bere quãdã rationẽ sicut dixim⁹. ¶Plura aũt tri bus nõ amplius est: ad patiẽdũ quidẽ eni sufficiẽs est vnũ: si aũt quatuor existẽtib⁹ due erũt cõtrarie tates oportebit seorsum vtrisq; esse alterã quãdã naturã mediã: si aũt ex inuicem poterit generare: ociosa vtiq; altera cõtrarietatũ erit. Simul autẽ ↄ ipossibile est plures esse contrarietates primas: substãtia eni vnũ quoddã genus est entis: quare in eo qõ prius ↄ posterius sunt differũt ab inuicez principia tm̃: sed nõ genere: semp eni in vno gene re contrarietas vna est: omnes enix contrarieta- tes reduci videntur ad vnam.

56 ¶Dicere igit̃ elemẽta esse tria est ꝑm rationẽ quo quomodo cũ cõsideratũ fuerit hoc de istis rebus ꝓpꝛie ↄ similib⁹ vt dixim⁹. ¶Plura aũt tribus nõ: in passione aũt sufficit vnũ. si igit̃ fuerit quatu or: ita q; contrarietates sint due ↄ indiget vtraq; contrarietas p se: alia natura existẽte inter illa: si igit̃ possibile est vt vnũ cõtrariox sufficiat: tũc re- liquũ erit supfluũ: ↄ cũ hoc impossibile est vt pri- ma cõtraria sint plura: substãtia eni est vnũ gen⁹ ↄ principia differũt ab inuicẽ ꝑm prius ↄ posteri- us tm̃ nõ ꝑm genus: in vno eni genere vna est cõ- trarietas ↄ oẽs ꝓprietates videnᵗ reduci ad vnaz.

56 ¶Dicere igit̃. Quoquomodo: q; ꝓpositiões quib⁹ vtitur in h̃ sunt famose: ↄ cũ declarauit q; principia nõ sunt vnũ ↄ apparuit ex disputatiõe ea esse tria: incepit declarare q; nõ sunt plura trib⁹. Deinde persecutabit̃ demonstratiõe: vtrũ sint duo aut tria. Deinde dixit: plura aũt trib⁹ nõ. ꝛ. q; in passiõe que est ꝑz generationẽ sufficit vna ꝓtrietas patiẽs: debet eni esse ꝓtrariũ ei a quo pat̃: ergo duo cõ- traria cũ subiecto sufficiũt in trãsmutatiõe: q; patiẽs quo- dãmodo est ꝓtrariũ: ↄ quodãmodo simile: ↄ est mod⁹ quo recipit actionẽ agentis: ↄ hoc nõ est ei nisi ex subiecto. D. d. si igit̃ fuerint quatuor ↄc. i. si igit̃ ꝓtraria fuerint dupli cia: tũc vtrũq; par indiget subiecto: ↄ tertia natura cõmu- ni ↄ hoc intẽdebat cũ dixit existẽte inter illa: qm̃ subiectuz est mediũ inter ꝓtraria: ↄ ipse dixit q; subiectũ est in simili tudine mediꝰ: est eni simile ei quoquomodo: q; ẽ i potẽtia vtrũq; extremũ: sed tñ subiectũ est vtrũq; extremũ potẽtia pura: mediũ vo est vtrũq; extremũ nõ pura potẽtia sed ali qua potentia: in medio eni est vtrũq; extremũ in actu: sed tñ nõ in vltima pfectiõe: est igit̃ in potẽtia vtrũq; extremũ quodãmodo ↄ in actu alio modo: subiectũ vo pura potẽ- tia est vtrũq; extremũ. D. d. si igit̃ alter ꝓtrariox sufficit reliquũ est supfluũ. i. si posuerimus q; principia essent ser: ↄ quatuor ꝓtraria ↄ duo subiecta: tũc si alter par ꝓtrariox cũ suo subiecto sufficiũt in hoc q; ex eis generenᵗ oĩa: tunc reliquũ par erit supfluũ ↄ natura nihil agit supfluũ: alter aũt par ꝓtrariox sufficit in generatõe oĩum entiũ: q; dictũ est q; prima principia debẽt esse cõmunia oĩb⁹ entib⁹ ↄ si gnũ eius est hoc q; oĩa entia alteranᵗ in inuicẽ. D. indurit secũdã rationẽ: ↄ. d. ↄ cũ hoc ipossibile est. i. ↄ ipossibile est vt prima ꝓtraria sint plura: q; prima ꝓtraria necesse est vt sint primi generis. ſ. substãtie ↄ cõtraria in quolibet genere sunt vnũ par: vnde necesse est vt prima ꝓtraria sint vnum par. D. d. ↄ principia differunt ↄc. potest itelligi q; prima principia cõtraria que sunt in vnoquoq; genere decẽ pre- dicamẽtox nõ differũt ab inuicẽ ꝑm genus: sed ꝑm q; que dã sũt prioza quibusdã: ↄ cause quorũdã: ↄ oĩa sunt in vno genere: sed reducunᵗ ad prima ꝓtraria que sunt causa alio rũ ꝓtrariox. Verbi gratia: qm̃ si prima ꝓtraria in vnoquo q; genere sint opposita ꝑz esse ↄ nõ esse: tũc opposita in sub stãtia ꝑm esse ↄ nõ esse sunt cause alioꝝ oppositoꝝ existẽtiũ in aliꝭ predicamẽtis: ↄ illa debẽt esse prima ꝓtraria: qm̃ hoc nomẽ prima ꝓtraria existentia in vnoquoq; genere nõ dicit̃ equiuoce: neq; vniuoce: sed ꝑm prius ↄ posterius: ↄ est modoꝝ noꝭ ambigui: ↄ põt intelligi alio mõ: ↄ est q; principia ꝓtraria que sunt in substãtia: ꝛz sint plura: tñ non differũt a se inuicẽ nisi ꝑm prius ↄ posterius: nõ q; sunt in generib⁹ diuersis: ↄ talia ꝓtraria reducunᵗ ad vnã ꝓtrarie tatẽ que est prioꝝ oĩbus. D. d. vno eni genere ↄc. forte intẽ dit dare cãm ꝓpter quã quedã cõtraria plura q̃ sunt in eo dẽ genere prioza quibusdã ꝑm secundã exꝓsitionẽ: ↄ forte iste sermo est maioꝝ ꝓpositio quã intẽdebat declarare qõ necesse est vt ꝓtrietas que est in primis principiis ẽ vna: ↄ syllogismus sic cõponitur. ¶Prima principia ꝓtraria sũt illa que sunt in genere substãtie. Et prima cõtrarietas que est in vno genere est vna: ergo. ¶Prima principia cõtraria sunt vnũ: ↄ ꝑm hoc erit iste sermo ꝓpꝛposterus: ↄ tũc sic de bet legi substãtia eni est vnũ genus ↄ in vno genere est vna ꝓtrietas: principia eni nõ differũt ab inuicẽ nisi ꝑz prius ↄ posterius: ꝑm vo aliã exꝓsitionẽ dz legi vt in tertu: ꝑz dz itelligi in eo maioꝝ ꝓpositio: dicẽs q; in vno genere ẽ vna ꝓtrietas: qm̃ ꝓ illã cõplebit̃ ꝓclusio. D. d. ↄ oĩa ꝓtraria videnᵗ reduci ↄc. põt intelligi q; oĩa ꝓtraria q̃ sunt in eodẽ genere cũ reducunᵗ in vnã ꝓtrietatẽ sũt in potẽtia ↄ prin cipia vnũ: vel sic q; oĩa ꝓtraria que sunt in eodẽ genere ꝑm vnũqodq; genus predicamentoꝝ cũ reducunᵗ ad ꝓtraria q̃ sunt in substantia oĩa erũt vnũ in potẽtia ↄ ꝑm respectũ.

¶Quod qdẽ igit̃: neq; vnũ sit elemẽtũ: neq; plu ra duob⁹ vel trib⁹ manifestũ est: hoꝝ aũt vtrũ sit vez quẽadmodũ dixim⁹ dubitationẽ hz multã. Sic igit̃ nos dicamus primũ de omni generatio ne aggrediẽtes. Est eni ꝑm naturã cõia prius di- cere: ↄ sic circa vnũqodq; ꝓpria speculari.

¶Manifestũ est igit̃ q; elemẽtũ nõ est vnũ: ↄ q; ele 57
mẽta nõ sũt plura duob⁹ aut trib⁹: vtrũ aũt sit ve rũ hz marimã qõnẽ: ponam⁹ igit̃ sermonẽ nostrũ hoc modo: primo incipiam⁹ ↄ cõsiderem⁹ de om ni generatiõe: qm̃ tũc ꝓcedem⁹ cursu naturali ↄ prius dicamus vniuersalia cõia deinde cõsidere- mus post de ꝓprijs existẽtib⁹ in ꝑticularib⁹.

¶Manifestũ est. Intendit hic ꝑ elemẽtũ principia q̃ sunt in 57
re: ↄ dixit: q; hz marimã questionẽ hz iã apparuerit ex dis- putatione principia esse tria: q; necesse est ponere illud qõ recipit esse generatũ ipm̃ esse subiectũ aut ꝓtrariũ. Si igit̃ fuerit ꝓtrariũ ꝓtinget ꝓtrariũ alterari in suũ ꝓtrariũ: ita q; nõ esse alteret̃ in esse ↄ mutet̃ in illud qõ est valde impro- babile: ↄ si posuerimus q; subiectũ est recipiẽs: ↄ q; ꝓtrari um recedit: ꝓtinget vt in substãtia nõ sit gñatio oĩo: subie ctũ eni est aliqd demonstratũ ↄ substãtia: ↄ vlr cõtingit vt aliqd sit anteq̃z sit: qm̃ si nõ sit nisi ex substãtia q̃ est subie- ctũ: ↄ ista substãtia sit cõis oĩb⁹ entib⁹: ↄ ens nõ generatur nisi ex ente: ergo ens ẽ anteq̃z generet̃: ↄ ista qõ cogit plu res antiquos ad negãdũ generationẽ. D. d. qm̃ tũc ꝓcede mus ↄc. ↄ in via doctrine. q. d. ↄ intẽdimus ꝓsiderare pri us de reb⁹ vlib⁹ cõib⁹: q; ista doctrina est nãl'ẽ. n. doctri na cuius ꝓpositiões accepte in ea sunt marime ↄ sine me- diꝭ ↄ cũ hoc manifestiores ↄ nõ accidit in ea iteratio: ↄ itẽ dit ꝑ cõmunẽ generationẽ q̃ fit in substãtia ↄ in oĩb⁹ predi camẽtis ↄ de substãtia generationẽ cõmunẽ quatuor cor- poꝛib⁹. ſ. igni: ↄ aque: ↄ aeri: ↄ terre: ↄ corporib⁹ cõpositis ↄ vlez generationẽ q̃ est vnius ex vno: ista eni generatio ẽ quatuor elemẽtoꝝ ↄ cõpositoꝝ: gñatio aũt q̃ est vni⁹ ex plu ribus pscrutãda est in libro de generatiõe: ↄ hoc itẽdebat cũ dixit. D. ꝓsiderabimus post de ꝓprijs. i. de ꝓprijs exi stẽtib⁹ in generatiõe vniuscuiusq; generũ generabiliũ: ↄ h̃ est in oĩb⁹ ptib⁹ istius sciẽtie: de generatiõe aũt corporum simpliciũ ↄ cõpositoꝝ logic̃ in libro perigeneseos ↄ quarto metheoroꝝ: ↄ de ꝓprijs vniuscuiusq; ꝓposito logic̃ in libro de

mineris ⁊ in libro de plātis: ⁊ in libro de aīalib⁹: ſz liber⁹ de mineris nō habem⁹ neqz de plātis niſi duos tractat⁹.

¶Dicimus enī fieri ex alio aliud: ⁊ ex altero alterꝫ aut ſimplicia dicētes aut compoſita: dico aūt hoc ſic. Eſt enī hoc fieri hoiez muſicū eſt aūt nō muſicū aliqō fieri muſicū: aut nō muſicū hoiez fieri hominē muſicū. Simpliciter qdē igit̄ dico qō fit hominē ⁊ nō muſicū: ⁊ qō ſimpliciter fit muſicū. Cōpoſitū aūt ⁊ qō fit: ⁊ qō factū eſt cū nō muſicū hominē dicimus fieri: aut muſicū: aut muſicū hoiez hoc aūt hoc qdē nō ſolū dicit̄ hoc aliqd fieri: ſed etiā ex hoc vt ex nō muſico muſicū: hoc aūt nō dicitur in omnibus vt ex homine factus ſit muſicus: ſed homo factus ſit muſicus.

58 ¶Dicamus igit̄ q cū dicimus aliqd generari ex aliquo alio: ⁊ q vniuerſaliter generabile generat̄ ex alio: forte intēdimus ſimplicia ⁊ forte cōpoſita ⁊ intelligo hoc qō narrabo: hō fit muſicus: ⁊ non muſicus fit muſicus: ⁊ hō nō muſicus fit hō muſicus: intelligo hoc dico generatū ſimpler. hoiez ⁊ nō muſicū. Et intelligo cū dico generatū ſimpler muſicū. Et intelligo etiā p generatū cōpoſitū hominē nō muſicū fieri hoiez muſicū. Sed alterum duoꝝ illoꝝ dicit̄ fieri ex hoc ⁊ fieri hoc. Dicimus enī q ex nō muſico fit muſicus. aut nō muſicus fit muſicus. Reliquū vō nō in omni dicit̄ vtrūqz. nō enī dicim⁹ q ex hoie fit muſic⁹: ſz hō fit muſicus.

58 ¶Dicamus igit̄. Et eſt manifeſtū q aliqd generat̄ ex aliquo aut ab aliquo: ⁊ intēdimus alterā duaꝝ intētionū qñ aut itēdimus p hāc ꝓpoſitionē rē ſimplicez aut cōpoſitā: verbi gra: qñ cū dicim⁹ q hō fit muſicus: itēdim⁹ q muſicus fit ex ſimplici qō eſt hō q eſt ſubiectū muſici. ⁊ ſili cū dicim⁹ q nō muſic⁹ fit muſic⁹: itēdim⁹ q muſic⁹ etiā fit ex re ſimplici q̄ eſt nō muſicū q̄ ē priuatio muſici: ⁊ cū dicim⁹ q hō nō muſicus fit muſic⁹: itēdim⁹ q muſic⁹ fit ex duobus. ſ. ex hoie ⁊ nō muſico: ⁊ hoc itēdebat cū dixit forte itēdimus ꝛc. ⁊ cū dixit: hō īmuſic⁹ fit muſic⁹ itēdit gnātiōem q̄ attribuit̄ ſubiecto in quo eſt generatū: ⁊ cū dixit: ⁊ īmuſicus fit muſicus: intēdit gnātiōez q̄ attribuit̄ oppoſito: ſiue ſit ꝓtrariū ſiue ſit priuatio: ⁊ cū dixit: ⁊ hō nō muſic⁹ fit muſicus: itēdit gnātiōez q̄ attribuit̄ vtriqz. ſ. ſubiecto ⁊ oppoſito. D. expoſuit hec tria: ⁊ dixit: ⁊ itelligo cū dico gnatuz ſimpler ꝛc. i. ⁊ itelligo cū dico q gnatio generati attribuit̄ rei ſimplici ſubiectū qō eſt hō in b exēplo: ⁊ oppoſitū qō ē nō muſicū: ⁊ itelligo p illud cui⁹ gnatio attribuit̄ rei cōpoſite illud qō attribuit̄ vtriqz. ſ. oppoſito ⁊ ſubiecto qō ē hō nō muſic⁹: ⁊ vlr dicit q gnatio attribuit̄ oppoſito ⁊ ſubiecto ⁊ ambob⁹ ⁊ p oppoſitū itellige ꝓtrariū ⁊ priuationē: ⁊ b ē cōe ſiue gnatio ſit in ſuba aut in alijs ꝓdicamētis: ⁊ cū notificauit q gnatio attribuit̄ his duob⁹ ſimplicib⁹: dedit dīaz inter illa ſm vocē ⁊ ſm rē ⁊ dixit: ſz alterꝫ duoꝝ ꝛc. i. ſz oppoſitū pōt pferri duob⁹ modis: dī. n. ipm fieri b: ⁊ ex ipſo fieri b: ⁊ b ē ſz idioma eoꝝ: ⁊ iō dixit: dicim⁹. n. q nō ex muſico ꝛc. reliquū vō. ſ. ſubiectū nō ꝓferet̄ niſi vnomō. ſ. ipz fieri b nō ex ipo fieri b. nō enī dicim⁹ q ex hoie fit muſic⁹: ſz dicim⁹ hoiez fieri muſicū ⁊ notādū ē q b ē ſz idioma eoꝝ: ⁊ qōdā accidit in hoc tpe hec. n. ꝓpoſitio ex in arabico eſt cōis: qñqz igit̄ notat oppoſitū ⁊ qñqz ſubiectū hec aūt ꝓpoſitio ab notat cām agētē tā q̄z ſubiectū ⁊ oppoſitū: oppoſitū vō in nr̄o idiomate nō dicit̄ fieri b: ſz tm̄ dicit̄ in ſubiecto: hec vō ꝓpoſitio poſt in nr̄o idiomate dī. ꝓprie de oppoſito ⁊ nō de ſubiecto: dicim⁹. n. poſt nō muſicū fit muſicū: ⁊ nō dicim⁹ q poſt hoiez fit muſic⁹: ⁊ cū dixit differētiā ſm vocē dedit differētiā ſm rē ꝛc.

¶Eoꝝ autez q̄ fiunt ſicut ſimplicia dicimus fieri. aliqd qdē pmanēs fit. aliud vō nō pmanēs. hō qdē pmanet muſicus factus ⁊ hō ē. ſz nō muſicuz ⁊ imuſicuz neqz ſimpliciter. neqz cōpoſitū pmanet.

¶Et illa q̄ dicimus ſm q̄ ſunt ſimplicia generari. 57
que dā generanť pmanēdo. ⁊ que dā nō pmanēdo hō enī pmanēs hō fit muſicus. nō muſicus vō nō pmanet. neqz ſimpler neqz qñ cōponit̄.

¶Et illa que dicunť gnāri ⁊ fieri aliqd aliud ſm q̄ ſūt ſimplicia: ⁊ ſūt illa duo q̄ pdixim⁹ differūt in b: qñ alterꝫ pmanet qñ generat̄ aliud ex eo: alterꝫ vō nō pmanet ſz deſtruit̄: ⁊ nō ē ps gnāti: alterꝫ vō pmanet: ⁊ ē ps gnāti: verbi gra: muſicus q generat̄ ex hoie: ⁊ ex nō muſico hō. n. pmanet qñ fit muſicus: non muſicus autem nō pmanet cuz ſit oppoſitus muſico: ⁊ ſi oppoſitum accipiatur ſingulariter: aut oppoſitum cum ſubiecto ꝛc. 59

¶Determinatis igit̄ his ex oib⁹ q̄ fiunt. hoc ē accipere ſi aliqs itēdit ſicut dicimus. qñ aliqd oportet ſemp ſubijci qō fit. Et hoc ſi numero eſt vnuz ſed ſpecie nō vnū ſpecie enī dico ⁊ ratiōe idē. non enī idē eſt hoi ⁊ imuſico eſſe. ⁊ hoc qdē permanet aliud vō nō pmanet. nō oppoſitū qdē pmanet hō enī pmanet. muſicū autē ⁊ imuſicū nō pmanet. neqz ex ambob⁹ cōpoſitū. vt imuſicus homo.

¶Et cū determinauimus iſta ex omni qō gnāť pōt 60
hō accipe hic ſi poſuerit ſuā cōſiderationē ex hoc qō dico ſz qñ ſemp idiget aliquo qō fit ſubiectum illoꝝ oiuz ⁊ eſt illud qō ē gnābile. ⁊ iſtud ſz ſit vnū numero. tñ ſm formā nō ē vnuz. ⁊ itēdo p formaz rōnē. rō enī hois nō ē rō nō muſici. ſz illō pmanet ⁊ hoc nō. illud aūt qō nō hz oppoſitū pmanet. hō enī pmanet. nō muſicus vō nō neqz compoſitum ex eis. vt homo non muſicus.

¶Et cū determinata ſunt hec duo principia ſimplicia quibus attribuit̄ generatio pōt homo accipe hec duo eſſe neceſſaria in oi gnātiōe ſi ꝓſideraueris in hoc ex hoc qō dico apparet enī bene q omne gnātū ſemp idiget aliquo ſubiecto: ⁊ eſt illō qō in rei veritate dicit̄ gnāri. ſ. in tpe in quo gnāť in actu: gnātū enī cōpletū fuit gnātū: ⁊ nō ē in actu: gnātio igit̄ ſm q̄ ē mot⁹ neceſſario hz ſubiectū: ⁊ eſt illud qō dicit̄ gnāri in actu ⁊ b qō dixit manifeſtū ē in ſubſtātia ⁊ alijs gnātū enī ē gnātū p motū que hz apō gnātiōez. D. d. ⁊ iſtō lz ſit vnū ꝛc. i. ⁊ iſtō qō ē gnātū i actu lz ſit vnū numero. i. ſubiecto: tñ nō eſt vnū ſm rōnē. i. ſm diffinitionē apparēt enī in eo duo quoꝝ vnū ē oppoſitū rei q̄ ē principiū gnātiōis: ⁊ aliud recipiēs illā rē: ⁊ oppoſitū equocat̄ i arabico qō ē finis gnātiōis: rō enī hois q fit muſic⁹ nō eſt rō nō muſici q fit muſic⁹: hō enī pmanet: muſica gnāta in ipo: nō muſica vō nō pmanet ſz deſtruit̄ qñ muſica gnāť i ſubiecto: ⁊ vlr illō qō caret oppoſito: er iſtis duob⁹ pmanet: vt hō q fit muſic⁹: muſica. n. nō ē oppoſita hoi: nō muſica vō exiſtēs i hoie ē oppoſita muſice vt nō eſſe ad eſſe: ⁊ iō deficit qñ fit muſica ⁊ b qō dixit itelligēdū ē cōiter in oibus ꝓdicamētis: ⁊ in ꝓdicamēto ſubē: in ſpmate enī qō fit hō neceſſe ē vt ſit aliqd: ⁊ ē illud p qō dicit̄ ſperma. rō enī hois q fit ē oppoſita rōni ſpmatis: ⁊ ēt vt i eo ſit aliqd recipiēs formā hois: ⁊ ē i rei vītate illō qō dicit̄ gnāri. ſ. illō i quo ſuenit̄ iſte mot⁹: mot⁹. n. dz ee i ſubiecto ſiē dixim⁹: ⁊ ipoſſibile ē vt ſit i illo cui⁹ ptes ſucceſſiue deſtruūť p gnātiōez ptiū illi⁹: ⁊ ē illō qō ē oppoſitū gnāto: ſz iſte mot⁹ ē i ſubiecto: ⁊ ſi nō eēt ſub m: nō eēt b aliqd deferēs iſtū motū neqz aliqd qō diceret̄ moueri: neqz aliqd qō eēt in potētia

aliquid ⁊ aufertur natura possibilitatis: sed hoc ignorant moderni propter consuetudinem.

¶ Sz ex aliquo fieri aliqd. ⁊ nō hoc fieri aliqd magis qdē dicit in nō pmanētib⁹. vt ex nō musico musicuz fieri. ex hoie autē nō. at vo ⁊ in pmanētib⁹ aliqſi dicit silr. ex ere eni statuā dicimus fieri. nō es statuā: hoc tñ ex opposito ⁊ nō pmanēti vtrolibet dr̄ ex hoc hoc. ⁊ hoc hoc. ⁊ nāqz ex imusico: ⁊ imusicus fit musicus. vnde ⁊ in cōposito silr ē. eteni ex imusico hoie. ⁊ imusicus homo dicit fieri musicꝰ.

61 ¶ Dicere vo aliqd generari ex aliquo nō ipz gñari hoc dicit ꝓprie in rebꝰ q̄ nō pmanēt: vt cū dicimꝰ qꝫ musicꝰ fit ex nō musico: ex hoie aūt nō: ⁊ rarissime dicit de eodē mō in rebꝰ q̄ pmanēt: dicimꝰ eni qꝫ ex cupro fit idolū: ⁊ nō dicimꝰ qꝫ cuprū fit idolū Jn oppositō vo qꝫ nō pmanet vtimur ꝓmōe vtroqz mō: dicimꝰ eni ex hoc fieri hoc: ⁊ hoc fieri hoc verbi gra: ex nō musico fieri musicū: ⁊ nō musicuz fieri musicū: ⁊ silr dicimꝰ in cōposito: verbi gratia ex hoie nō musico fieri musicum: ⁊ hominem non musicum fieri musicuz.

61 ¶ Dicere vo. Cū dedit differentiā inter illa duo ex qbꝰ est generatio ꝓm vocē ⁊ ꝓm rē: vult hic distinguere quō vsitate sūt iste ꝓpōes apud eos ⁊ dixit: dicere vo nc. ⁊ intendit p illud qd nō pmanet oppositū ⁊ apparet ex sermone eius qꝫ oppositū nō dicit fieri hoc: sed ex ipso fieri hoc: sed ipse dicet post: ⁊ iā dixit: qd dicit vtroqz modo. s. ex ipso fieri hoc ⁊ ipsuz fieri hoc: videt igit qꝫ ex ipso eiꝰ exꝑplo qd dixit nō ipsuz fieri hoc sit in rei vitate: ſz large: qm illud qd i rei vitate dicit apd eos fieri hoc: est subiectū. D. d. ex homine vo nō. i. ex subiecto vo nō dicit fieri hoc. verbi gra: ex homie fieri musicū. D. d. ſz rarissime nc. i. sed rarissime ⁊ trāsumptiue dicimꝰ has ꝓpōes ex ⁊ ab in rebus pmanētibus. s. subiectis: dicimꝰ eni ex cupro fieri idolū: sicut dicimꝰ qꝫ cuprū fit idolū: ⁊ hoc ē ꝓpriū idiomati eoz. D. d. in oppositō vo nc. i. in oppositō vo vtimur vtraqz ꝓpositione. dicimꝰ. n. qꝫ ex nō musico fit musicū: ⁊ ñ musicꝰ fit musicꝰ. ⁊ similiter faciūt in cōposito sicut dixit: ⁊ sermo eiꝰ est manifestus per se.

¶ Multipliciter aūt cū dicat fieri: ⁊ hoz qdez non simpliciter fieri: ſz hoc aliqd fieri: simpliciter autē fieri substātiaz solū: ꝑm qd aūt alioz: manifestum qꝫ necesse est subici aliqd qd fit: eteni quātū: ⁊ quale: ⁊ ad altez: ⁊ qñ. ⁊ ybi: fiūt in subiecto aliquo: propter id qd sola substātia de nullo alio dicit subiecto: ſz oia alia de substātia: qꝫ aūt substātia ⁊ q̄cūqz alia simpliciter entia ex quodā subiecto fiāt: cōsiderāti fiet vtiqz manifestū: semp eni est aliquid quod subijcitur ex quo fit quod fit: vt plante ⁊ animalia ex semine.

62 ¶ Et qz gñatio dicit multis mōis ⁊ sūt quedā q̄ nō dicūt fieri aut gñari simplr: ſz dicit hoc fieri hoc aut gñari. Dicit aūt simpliciter fieri aut gñari in substātijs tm̄: in alijs vo manifestū est qꝫ necessario idiget aliquo subiecto qd est generatū. dicere enim gñari: aut fieri in quanto: aut in quali ⁊ in relatiōe ⁊ in quādo. ⁊ in ybi: nō dicit nisi cū nādo imaginati fuerimus aliqd subiectū. qz sola suba nō dicit de alio subiecto oīno. alia vo oia dicūt de suba. ⁊ apparet ꝑ cōsiderationē qꝫ substātie ⁊ oia entia simpliciter idiget in gñatiōe subiecto. est eni hic semp subiectū ex quo fit gñatio gñati. verbi gra. qm̄ alia ⁊ vegetabilia generant ex spmate ⁊ semine.

¶ Et qz. Idest qz generatio dicit multipliciter. sūt eni q̄dā que nō dicunt gñari simplr: ſz gñari b aut fieri b. ⁊ sūt accidētia: gñari aūt simplr ꝓprie est suba: manifestū ē qꝫ necessario idiget aliquo qd dicat gñari. D. dedit cām in b ⁊ dixit: dicere eni gñari nc. i. ⁊ cā in b qꝫ subiectū apparet in istis rebꝰ. s. accidētib⁹ ē: qm̄ cū dicimꝰ quātū: aut ql̄e: aut ad aliqd: aut vbi: aut qñ: nō dicimꝰ nisi qñ imaginati fuerimus aliqd subiectū vnuscuiusqz eoz: qm̄ ista dicunt de substātijs: suba eni sola non dicit de subiecto: ⁊ cū possuit qꝫ subz trāsmutatiōis i alijs ꝑdicamētis ꝑter subaz ē manifestū p se: icepit declarare qꝫ silr apparet in suba ⁊ dixit: ⁊ apparet ꝑ ꝙsideratiōez nc. i. ex nā gñatiōis apparet illi q ꝙsideraverit qꝫ suba ⁊ oia gñabilia indiget in gñatiōe in eo qꝫ est gñatio aliquo subiecto: oia eni habēt aliquod subiectuz ex quo generant. Ulterius gra: in suba: ⁊ est spma aialiū ⁊ semē vegetabiliū: ⁊ dixit hoc: qz pfecte apparet qꝫ in spmate est aliqd cui⁹ ꝓportio ad aial gñatū ex ipo ē sic ꝓportio suba demōstrate ad albū ⁊ nigrū ⁊ vlr ad ꝑdicamēta accidētis: quēadmodū eni gñatio albi ꝑm qꝫ est motus idiget principio oppositō ei qd generat ex quo fit motus: ⁊ tertio subiecto motui: silr est in alijs gñatiōib⁹: ⁊ silr ptes oppositi successiue recedunt a subiecto: ⁊ fiunt in ipso ptes generati silr ē ⁊ in suba: in spmate. n. apud gñationez hois nō cessant ptes spmatis recedere: ⁊ partes fieri hois: donec forma hūana pficiat: ⁊ b si forma recipit ptitionē: si aūt nō: istud necessario accidit in accidētib⁹ ꝓprijs forme gñate: vñ necessario gñatio seqt alterationem ⁊ qz subm cē nectariū i suba appet et iductōe icepit notificar b: ⁊ dixit

¶ Fūt aūt q̄ fiūt simpliciter. alia qdē trāsfiguratiōe. vt statua. alia vo appositiōe. vt q̄ augmētant alia vo subtractiōe. vt ex lapide mercurius. Cōpositiōe aūt alia. vt domus. alteratiōe vo alia. vt q̄ cōuertunt ꝑm naturā. oia aūt que sic fiunt. manifestum. qm̄ ex subiectis fiunt.

¶ Et illa q̄ generant. quedā ꝑ trāsmutationē figure. vt idolū ex cupro. ⁊ quedā ꝑ additionē vt illa q̄ augmētāt. ⁊ quedā ꝑ diminutiōez. vt ex lapide bumus. ⁊ quedā ꝑ cōpositionē vt dom⁹. ⁊ quedā per alterationē vt illa q̄ mutant ꝑm materiā. manifestū est igit qꝫ gñatio ſz istos modos ē ex subiectis. 63

¶ Et illa apparet per inductionem qꝫ generatio indiget necessario subiecto: nō solūmodo in naturalib⁹ sed ⁊ in artificialibus: generatio enim aut est in qualitate: vt idolum ex cupro: aut in quantitate: vt augmētū ⁊ diminutio: aut ꝑm cōpositionem: vt domus ex lateribus ⁊ lapidibus: aut ꝑm trāsmutationem que est in ipa substantia: ⁊ hoc intēdebat cū dixit: ⁊ quedā per alterationem: vt illa que mutantur ꝑm mām. i. quoruz materia trāsmutatur: ⁊ omnia ista vident esse ex subiecto: ⁊ necessario est vt omne generatuz sit ex subiecto ⁊ in subiecto: ⁊ verificat hoc inductiō: ⁊ he due trāsmutationes. s. que est in accidentibus rei: ⁊ que est in substantia cōueniūt in hoc: qm̄ sunt alteratio eiusdē rei de vna qualitate in aliam: ⁊ de vna dispositione in aliam sed qz viderunt qꝫ quando res trāsmutatur in quibusdam istis dispositionibus: statim nomē ⁊ diffinitio eius transmutabunt: ⁊ in quibusdam nō: vocauerunt primū modū trāsmutationē in substātiā ⁊ alterationē substātialem: ⁊ vocauerunt istas dispositiones substantiales. Secūdam vo transmutationem in qua neqz nomen rei: neqz eius diffinitio trāsmutatur vocauerūt alterationē accidentalem: ⁊ cuz cōsiderauerunt illud quod defert vtramqz transmutationē inueniūt ipm idem numero: ⁊ est corpus demōstratum: videmus eni idem corpus in eodem loco trālferri de

carnecitate 63

carneitate in terrestritatem: ⁊ de terrestritate in vegetabilitatem: ⁊ mutabitur nomē eius ⁊ diffinitio: ⁊ videmus ēt transferri de albedine in nigredinem: sed non amittit nomen ⁊ diffinitionez: ⁊ er hoc scitur q̄ corpus quod est subiectum isti transmutationi permanet in nomine ⁊ diffinitōne: ⁊ q̄ est eius dispositio substātialis qua fit vnum numero: corpus autem cuius nomē ⁊ diffinitio mutātur p trās mutationem dispositionum: nō est vnum per dispositionem existentem in ipso dātem ei nomen ⁊ diffinitionem p priam: vnde necesse est vt istud subiectum sit vnum: q̄ nō habet formā dantē nomen ⁊ diffinitōem vnam: ⁊ est necesse etiam vt tres dimēsiones que videtur inseparabiles ab ipso ⁊ eedem numero que dicuntur corpus: sint accidentia ⁊ vnum: quia subiectum eoz nō habet nomē neq; diffinitionem vnam numero: nō per subiectum habens formam substantialem: qm̄ si essent de dispositionibus substantie nō mutaretur nomē istius subiecti: neq; eius diffinitio per mutationem alicuius dispositionis eius: ⁊ esset tota transmutatio in accidētibus: ⁊ cum ita sit. est igitur vnum subiectum numero nō habens dispositionem substantialem: sed habens naturā recipiendi istas dispositiones substantiales: est igitur in potētia ens omnes dispositiones substantiales ⁊ accidentales: ⁊ hec dicitur prima mā ⁊ primū hyle: etiam manifestū est q̄ ista mā nō denudatur a corporeitate: qm̄ tūc haberet dispositionem substā
tialem: ⁊ haberet nomē ⁊ diffinitionem: ⁊ er hoc patet q̄ qui ponit hanc materiam esse corpus peccat: ⁊ similiter qui ponit illud quod defert dimēsiones subiectum habēs formam in actu vt existimat Auicēna: ⁊ hoc quidē verificato dicamus q̄ generatio ⁊ corruptio: aut est alteratio in substantia aut cōgregatio ⁊ segregatio: ⁊ quomodocūq; fuerit nō erit nisi ex aliquo: ⁊ īō antiqui cōueniūt in hac ꝓpositione: ⁊ q; nō intelligebāt naturam istius subiecti: negauerūt q̄dam generationem ⁊ corruptōem: ⁊ q̄dam posuerunt oēm trāsmutationem de genere alterationis: ⁊ q̄dam appropriauit generationē ⁊ corruptōem ⁊ cōgregatōem ⁊ segregationē: q̄ aūt individuū substātie. s. compositum ex materia ⁊ forma fit ⁊ trāsmutet secūm totum de nō esse in cē fine aliquo deferēte trāsmutatōem: ipossibile est omno: nisi nō esse individui cōpositi mutaret in esse individui substātie cōpositi ⁊ mozari in ℔ est superfluū: ⁊ q; corpus celeste caret potētia ad aliquā dispositiōem nisi potētia generata ideo istud subiectū caret potētijs: ⁊ q; caret ℔ subiecto: īō caret forma q̄ sustētat p hoc subiectū: ⁊ fuit necesse vt forma eius eēt liberata ab ℔ subiecto: ⁊ vt nō hēret cōstitutionē p corp⁹ celeste: ℥ corp⁹ celeste ꝓstituit p illāvt scies alibi

¶ Quare ostensum ex dictis est: quoniam quod fit semper compositum est: ⁊ est quidē aliquid quod fit: est autem aliquid qō hoc fit: ⁊ hoc dupliciter aut eni subiectum: aut oppositum: dico aūt oppositum quidem nō musicum: subiectum autem hominem: ⁊ infiguratiōnē ⁊ inordinationez ⁊ informationem oppositum: es autem ⁊ lapidem ⁊ aurum dico subiectum.

64 ¶ Declaratum est igitur ex dictis q̄ omne generatum semper est cōpositum ex aliquo quod generatur: ⁊ ex aliquo quod est generatum: ⁊ hoc duobus modis: aut subiectū aut oppositum: ⁊ per oppositum intelligo nō musicum: ⁊ per subiectū hominem: ⁊ similiter etiaz nō figura ⁊ non idolum. ⁊ non ordo est oppositum: cuprum vō ⁊ lapis: ⁊ aurum est subiectum.

64 ¶ Declaratum est. Intendit per illud quod generatur formam: ⁊ cū dixit: ⁊ ℔ duobus modis: innuit illud qō generatur: dicimus enī subiectū fieri hoc: ⁊ silr oppositum ℥ qō predixit: sed generatuz in reiveritate est cōpositū ex forma ⁊ subiecto: oppositū vō quod est nō eē est de necessitate generatōis: qm̄ necesse est vt nō esse precedat generatuz ⁊ si nō: non esset generatū: sed nō esse recedit a forma ⁊ remanet subiectum: ⁊ sic generatū in rei veritate est cōpositum ex mā: ⁊ forma: quō igitur dixit q̄ omne generatum est semp ⁊c. D. diuisit illud quod dicitur generari in duo in non eē: ⁊ in subiectū: ⁊ nō eē recedit a generato qō ē forma: forte igit intēdit p generatum: nō illud quod est completum iā: sed illud qō est in via generationis: in hoc eniz tria exigūtur: subiectum. s. ⁊ pars de nō esse ⁊ pars de forma: ⁊ sic generatū ꝑm hoc erit cōpositum ex tribus: generatum vō cōpletum ē cōposituz ex duobus tm̄. s. subiecto ⁊ forma: ⁊ si istud subiectuz nunq̄z est extra nō esse: ℥ non esse: quod semp est cōiter cuz forma est priuatio forme oppositeilli forme: aut sermo eius ex aliquo qō generatur ex eo erit de dispositione generati: nō q; est cōpositum ex aliquo quod generat ⁊ ex aliquo quod est generatū: ⁊ est cuidēti⁹. D. d. ⁊ intelligo per subiectū. i. sōz musice. D. d. cuprum vō: ⁊ lapis: ⁊ aurz sūt subiectum. i. habētium figuram: ⁊ idolum: ⁊ ordinē quibus sūt opposita: nō figura ⁊ nō idolū ⁊ nō ordo q̄ sūt in eis añ figurā ⁊ idolū ⁊ ordinē.

¶ Manifestum igitur q̄ si quidē sunt cause ⁊ principia eorum que natura sunt: ex quibus primis sunt ⁊ fiunt nō ꝑm accidens: sed vnūquodq; quidē dicitur ℥ substantiā quod fit ex subiecto ⁊ forma componitur enim musicus homo ex hoie ⁊ musico quodāmodo: resolues. n. rōnes in rōnes eoz.

¶ Manifestum est igitur q̄ si cause ⁊ principia existentia naturaliter sunt illa ex quibus primo sunt aut generantur nō accidētaliter sed ꝑm intentionem quam intendimus per vnūquodq; eorum in sua substantia. tunc generatō cuiuslibet est ex subiecto ⁊ creatione. Dicere eni hominē musicū. est compositū ex homine ⁊ musico quodāmodo compositionis. potes enim resoluere vtrumq; sermonem in suas diffinitiones. 65

¶ Manifestū est. Cū declarauit q̄ principia sūt tria forma ⁊ priuatio ⁊ subiectū: ⁊ q̄ ℔ tria exigunt in gnātione: incepit notificare q̄ eoz sint p se: ⁊ q̄ p accns: ⁊ dixit manifestū est igit q̄ si cause ⁊ principia existētia nāliter sunt illa ex quibus primo fiūt illa quoz sunt principia: aut generātur si sint innata gnāri: ⁊ ℔ nō p accns: ℥ p se: ⁊ est vt vnūquodq; eoz hēat rē in suba cōpositi: ⁊ hoc intēdebat cū dixit: sed per itētionē ⁊c. i. sed sunt principia ꝑm itētōem quā itelligimus ex principijs q̄ sūt ps substātie rei: ⁊ cū idurit sermonē q̄ est quasi pcedēs idurit illū qui est q̄si ꝓsequēs: ⁊ est q̄ omne est ex subiecto ⁊ forma tm̄: nō ex priuatiōe: ⁊ tacuit de pcedēte illud p qō apparet cōsecutio consequētis ⁊ est q̄ ex subiecto ⁊ forma fit generatio rei per se: ⁊ syllogism⁹ componitur sic. Si principia naturalia sunt illa ex quibus generatur generabile per se ⁊ principaliter. Et talis est dispositio forme ⁊ subiecti. Necesse est vt oē generabile generetur ex forma ⁊ subiecto. Deinde dedit exēplum ⁊ dixit: dicere eni hominē musicum ⁊c. i. ex subiecto ⁊ forma: ⁊ ℔ quod dixit de qualitate itelligēdum est in substātia sed indurit exemplum in qualitate: q; est notius. Deinde dixit: potes enim ⁊c. i. potes enim dissoluere rōnem materie ⁊ forme ⁊ distinguere eas ꝑm diffinitionē ℥ nō in esse: non enim separantur a seinmicem in esse: ℥ separētur ratione.

¶ Manifestuz igitur est q̄ fiunt q̄ sunt ex his. Est autem subiectum numero qdem vnum. specie vō duo. homo qdem ⁊ aurz ⁊ omnino materia numerabilis est. hoc enim aliquid magis. ⁊ non ꝑm accidens ex ipso fit quod fit: priuatio autem ⁊ con

trarietas accidens. vnuz autem species. vt ordinatio. aut musica aut aliozuz aliquod sic predicatiū

66 ¶Declaratū est igit q generatio cuiuslibet qđ generatur est ex istis duob⁹ sed subiectū in numero est vnū. in forma āt duo. homo eni t auz t vlter materia est numerabilis t pōt numerari. qz est digniozvt sit demonstrata. t quod generatur ex ea. non generat per accidēs. priuatio autē t contrarietas est p accidēs. forma vo est aliud. vt ordo t musica. aut alia eoz que p̄dicātur hoc modo.

66 ¶Declaratū. Cum declarauit q oē generabile generat p se ex subiecto t forma icepit ēt declarare qūo accidit subiecto priuatio: t dat differētiā iter illa quā ignozauit ⁊Plato: quare nō distinxit iter mām t priuationē: t dixit: est ex istis duob⁹ fm rōnē duo: ꝛz sit vnū fm subiectū: est. n. ens t priuatio. D. d. hō eni t auz tc. i. t prima mā est aliud a priuatōe: qz ita se hz ad res sicut hō ad musicam: t auz ad mulū: t hō t auz: t vlr mā fm q est mā numerat in entibus: qđ nō est in priuatōe: ꝛz mā nō sit aliqd in actu fm q est mā: tū digniozē vt sit aliqđ demōstratū q̄z priuatio. i. tamē ppinquioz est dici eē in actu: q̄z priuatio: t dixit h: qz prima mā multū admiscet cū priuatiōe. Deinde idurit secūdā differētiā: t dixit: t qđ generat ex ea tc. i. t priuatō ēt differt a mā: qm̄ generatū est ex mā p se: cū sit ps ei⁹ ex priuatōe aūt est aliqd p accns cū nō remanet: ita q sit ps gnāti t itelligēdū ē h p accns t necessariū: illud. n. qđ ē p accns aliud ē necessariū: aliud rarissimū: qz est necessariū gnātōi: qz necessario p̄cedit gnātū: ꝛz cū attribuit substantie gnāte inueniet principiū p accns: ꝛz vlr nō sepat a mā ꝛz qñcūqz mā admiscet cū aliq forma tū admiscebit cum priuatōe forme oppositi illi: t ipa ēt nō hz in se formā p̄priā: neqz priuationē p̄priā. Nam si haberet formam p̄priā nō recipet oēm formā: t silr si hēret priuatōez p̄priā.

¶Unde est qdē sicut duo dicēda sūt eē principia: est āt sicut tria: t ē qdē sicut cōtraria: vt si aliqs dicat musicū t ⁊musicū aut calidū t frigidū: aut cōsonās: t icōsonāt ē āt sic nō: ab alterutris. n. ⁊ria pati ipossibile ē. Soluit āt ꝓpterea q aliō est ꝛz hoc. n. nō est ⁊riū quare neoz pla ⁊rioz sūt principia quodāmō: ꝛz duo vt ē dicere nūero: nz itez penit⁹ duo: pp id qđ altez est eē ipis: ꝛz tria: altez eni ē hominī t nō musico eē: t ifigurato: t eri.

67 ¶Et iō pōt qs dicere principia eē duo t pōt dicere eē tria: t pōt dicere ea eē cōtraria. Uerbi gra: musicū t nō musicū: aut calidū t frigidū: aut compositū t ñ cōpositū. t pōt dicere q nō ē ita: nā impossibile est cōtrarioz vnū pati a reliquo: ꝛz ista q nō dissoluit. qz subiectū ē aliud. hoc. n. nō ē cōtrariū. ergo principia nō sūt pla nūero cōtrarioz quodāmō: ꝛz quasi in nūero sūt duo: ꝛz tū nō sunt duo oībus modis: accidet. n. eē eoz aliud: ꝛz tria. dicere. n. in hoie ipm eē nō musicū est aliud ab ipo eē hoiem: t dicere in cupro ipm esse sine figura tali: est aliud ab ipo esse cuprum.

67 ¶Et iō. Cum declarauit q principia p se sūt duo: mā. s. t forma: t q si priuatio dicat principiū ē p accns: dicit q ex hoc mō dissoluētur qōnes p̄dicte: t dixit t iō pōt qs dicere principia eē duo. i. cū itēderit illa q̄ sūt principia p se: t pt dicere illa eē tria cū ñ fecerit diffinitōez iter illa q̄ sūt p se t p accns: t pōt dicere illa eē ⁊traria. i. cū solūmō ōsiderauit inductionē: aut fm q principia t ⁊traria cōueniūt in illis tribus ppriis p̄dictis. s. qm̄ nō sūt ex iuicē: neqz ex alijs t q oia sūt ex eis. D. d. t pōt dicere q nō est ita. i. pōt dicere q principia nō solūmō sūt ⁊traria: cōtraria. n. nō patiūtur abinuicē: patiēs. n. debet eē silē t nō ⁊trariū. D. d. sed ista qđ tc. i. ꝛz hoc nō phibet vt principia sint cōtraria t nō notificat q priuatio nō est principiū nisi p accns: ꝛz addit tertiū qđ nō est cōtrariū: t est subiectū. D. d. ergo principia tc. i. ergo fm q dixim⁹ prius: principia nō sūt plura numero cōtrarioz q̄ sūt duo. cū principia accipiātur p se: t hoc itēdebat cū dixit: quodāmō. D. d. ꝛz quasi in numero sūt duo tc. i. sūt duo p se: t nō duo cū accipiunt fm q sūt principia simplr nō distinguēdo illa q̄ sūt p se: ab illis q̄ sūt p accns: accidit eni principijs q̄ sūt p se aliud: t ē priuatio t sic erūt tria: cū priuatio sit de necessitate gnātōnis. D. d. ꝛz sūt tria. i. ꝛz fm hūc modū sunt tria: dicere. n. in hoie ipm eē nō musicū: qđ est priuatio musice est aliud a subiecto qđ est hō t hō t nō musicus sūt alia a musico. Sūt igit tria: forma t subiectū t priuatio.

¶Quot qdē igit principia circa generatōem phisicoz: t qūo tot sunt dcm ē: t oūnz ē: qm̄ oz subiici aliqd cōtrarijs: t cōtraria duo eē: sed quodā mō alio: nō necessariū est: sufficiēs. n. erit altez cōtrarioz facere absentia t p̄sentia mutationē.

¶Jam igitur dirimus quot sūt principia rez gnābiliū: t vñ sunt tot: t est declaratū q cōtraria debēt hēre subiectum: t qđ cōtraria sunt duo: alio vo modo nō est necesse: sufficit. n. altez cōtrarioz in hoc q agat trāsmutationē ipo p̄sente t absente. 68

¶Jā igit. Cum demōstrauit numez principioz: icepit facere sūmam de illis que declarauit: t dixit: iā igitur dirimus. i. declaratū est igit quot sūt principia rez nālium cū numerant p se: aut cū nymerant p se t p accns: t cā ppter quā sūt tali numero: t cū hoc declaratū est q necesse vt in generatōe in substātia sit aliqđ sub⁹m: t est prima mā: sicut est dispositō in gnātōibus alioz p̄dicamētoz. Deide dixit t q ⁊traria sūt duo. i. cū nō distinguat illud qđ est p se ab illo qđ est p accns: cū āt accipiunt fm q sūt p se: sufficiūt in h subiectū t forma: t h itēdebat cū dixit: alio vo mō nō est necesse: t dixit h: qz sufficit in gnātōe esse forme t in corruptōe nō eē ei⁹: t h itēdebat cū dixit: sufficit altez. i. fōza 68

¶Subiecta āt natura scibilis est fm ānalogiā: sicut eni ad statuā es: aut ad lectulū lignū: aut aliorum aliqđ habētiuz formā in mā. t informe se hz priusq̄ accipiat formā: sic ipsa se ad substātiā hēt t hoc aliquid t qđ est: vnū qdē igitur principium est nō sic vnū cristēs: neqz sic vnum sicut hoc aliquid: vnum autem fm qđ est ratio: amplius autē contrarium huic priuatio est.

¶Natura aūt subiecta cognoscitur p cōparatiōnē sicut est cōparatio cupri ad idolū: aut ligni ad scamnū t sicut cōparatur ad aliud habētiuz creationē materia eius: t priuatio illius creatōis anteq̄ creat: ita est cōparatio istius nature ad istam substātiā aut cōgregatā ex vtroqz: aut formā demōstratum ꝛz dispositio ei⁹ apud ens vlr: ista igit natura est vnū principiū: t nō est vna: neqz vnum vt demōstratum: t est aliud principium qđ est rō. t cōtrarium isti t est priuatio. 69

¶Natura aūt. Et ista nā que est subiecta substātie non pōt intelligi p se: cū nō sit aliqd in actu hns quidditatē ꝛz intelligitur fm cōparationē ppter latētiā sue substātie: t iō cū

voluerimus dare substãtiã eius: dicimus ipaz eẽ illud cuius ꝓportio ad substãtiã eẽ est sicut ꝓportio cuꝑi ad idolum: aut ligni ad scammũ. D. d. ꝙ sicut cõparat. i. ꝙ vniuersaliter sicut compatur ad aliud hñs creationẽ ꝙ formã mã eius priuatio creationis eius: ita ista nã cõparat ad substãtiam. i. ꝑm q̃ est subiecta substãtie ꝙ recipiẽs illã. D. d. aut cõgregatũ ex vtroqz: hic exposuit substãtiã cui cõparatur ista nã: substãtia. n. dicit de ꝙgregato ex hac mã ꝙ forma: ꝙ dicitur de forma etiam: ꝙ dicit ꝙ ista natura dicit in respectu substantie: aut substantie aggregate ex vtroqz .s. indiuidui demonstrati aut forme: ꝙ est illud per quod substantia est demonstrata in actu. D. d. ista igitur natura est vnum principium cẽ. i. ꝙ ista natura que est prima mã est vnũ principiũ cõe oĩbus entibus trãsmutabilibus que alterãtur in iuicẽ: ſz nõ est vna in se: ita q̃ sit substãtia simpler existẽs actu: neqz ita q̃ sit aliqd cõpositũ ex mã ꝙ forma: nã si haberet formã ꝑpriã nullã aliaz recipere ipa ꝑmanẽte: ſz statiz corrũperet q̃z cito alia forma generaret: ꝙ et qcquid recipit aliqd nõ recipit ipm ꝑm q̃ est in actu: ſz ſz q̃ est in potẽtia: si igit prima mã innata est recipere oẽs formas: necesse est vt sit in potẽtia oẽs forme: ꝙ vt nõ habeat in sua substãtia formã ꝑpriã qua est mã: ꝙ et si eet aliquod existẽs in actu. i. habẽs formã: tũc generatõ in substãtia eet alteratio: ꝙ forme essent accidẽtia. D. d. ꝙ ẽ aliud principiũ. i. ꝙ entia habẽt aliud principiũ a subiecto ꝙ est forma sed primũ principiũ in ꝺ genere nõ potuit sciri in hac scia sic primũ subiectũ. D. d. ꝙ et ꝺriũ isti. i. forme.

¶ Hec aũt quomõ duo: ꝙ quomõ plura dictũ est. Primũ quidẽ igit dictũ est q̃ principia cõtraria sunt: posterius aũt q̃ necesse est: ꝙ aliud quoddaz subiici ꝙ eẽ tria. Ex his aũt nũc manifestũ est que differẽtia cõtrarioz: ꝙ quomõ se habẽt adinuicez principia: ꝙ qd subiectũ: vtrũ ãt substãtia species: aut subiectũ nõdũ manifestũ est: sed q̃ principia tria: ꝙ quomõ ꝙ quis modus eozũ dictũ est.

70 ¶ Et iã dirimus prius: qũo ista sũt duo ꝙ qũo plura. Dirim⁹ eni primo q̃ principia sũt ꝓtraria tm̃ Et dirim⁹ post q̃ necesse est vt sit hic aliqd aliud subiectũ: ꝙ iã apparuit ex dictis nũc differẽtia iter cõtraria ꝙ quomõ se habẽt principia adinuicẽ: ꝙ qd est subiectũ: vtrũ vo forma sit substãtia: ꝙ subiectũ nõdum est declaratũ. Sed declaratũ est q̃ principia sũt tria: ꝙ qũo sunt tria: ꝙ declaratus est modus super quẽ fundat quis modus sit.

70 ¶ Et iã dirimus prius. i. cũ cõsiderant ꝑ se. s. mã ꝙ forma. D. d. ꝙ qũo plura. i. cũ cõsiderãtur ꝑm necessitatẽ generatõis tm̃: ꝙ nõ distinguat illud qd est ꝑ se: ab illo qd est per accns: apparet eni q̃ ꝑm hoc hec sũt tria: forma ꝙ subiectum ꝙ priuatio. D. d. dirim⁹. n. cẽ. i. ꝙ innuit sermonez in quo ꝓbauit q̃ principia sũt cõtraria: ꝙ iõ dixit: dirim⁹. n. q̃ principia tm̃ sũt cõtraria. D. d. ꝙ dirim⁹ post: ꝙ innuit sermonẽ in quo declarauit post q̃ ẽ necesse vt cũ ꝺriis sit aliquod subiectũ nõ in ꝑdicamẽtis accidẽtiũ tm̃: sed in predicamẽto substãtie. D. d. ꝙ apparuit ex dictis differẽtia iter cõtraria. i. qm̃ forma est principiũ ꝑ se: ꝙ priuatio est principiũ ꝑ accns. D. d. ꝙ quomõ se hãt cẽ. i. qm̃ subiectũ substãtat formã ꝑm q̃ forma nõ pot eẽ sine subiecto: forma aũt sustẽtat subiectũ ꝑm q̃ est cõplemẽtũ ei⁹: ꝙ ꝑm q̃ subiectũ nõ pot denudari a forma. D. d. ꝙ qd est subiectũ. i. ꝙ modus essentie ei⁹ est q̃ nõ est demõstratũ in actu: ſz est q̃ si mediũ iter nõ esse simplr: ꝙ eẽ in actu: ꝙ accidit substãtie eius vt sit in potẽtia oẽs forme: nõ q̃ potẽtia ei⁹ est in substãtia eius: tũc eẽ eius destrueret ablatiõe potẽtie ꝙ ꝑsentia forme in actu. i. forme ad quã habebat potẽtiã vt reciperet: ꝙ vniuersaliter si potentia esset in substantia eius: tunc substantia eius corrumperetur apud generationem: ꝙ esset in predicamento ad aliquid non in predicamento substantie. Ex his igit ꝑz q̃ istud subiectũ est substãtia nõ potẽtia: nz priuatio: ꝑs eni substãtie est substãtia: ꝙ forte hoc itẽdebat cũ dixit: ꝙ qd est subiectũ: ꝙ iõ dixit post: vtrũ vo cẽ. ꝙ forte innuit oia q̃ dixim⁹: ꝙ est melius: ꝙ itẽdebat cũ dixit vtrũ vo forma. i. vtrũ vo forma est magis substãtia q̃z subiectũ aut subiectũ magis q̃z forma: nõdũ declaratũ est: ſz in secũdo declarabit: ꝙ forte itẽdit q̃ hoc nõ est declarãdũ in hac sciẽtia ꝙ est melius. D. d. ſz est declaratũ q̃ principia sũt tria cẽ. i. ꝙ est declaratus quot sũt principia ꝙ qũo sũt. s. qm̃ duo eoz substãtie: ꝙ tertiũ priuatio: ꝙ declarat⁹ est modus ꝑm quẽ vniquodqz eoz est necessarium in esse generati: qm̃ super hoc sunt fundata.

¶ Quot qdẽ igit ꝙ q̃ sunt principia ex his cõsideret q̃ ãt singulariter sic soluit ꝙ antiquoz defect⁹: dicamus post hec: querẽtes. n. ꝑm philosophiã primi veritatẽ ꝙ naturã rez diuertẽtes: vt in viã quã dã aliã abscedẽtes ob infirmitatẽ: ꝙ dicunt neqz fieri coz q̃ sunt nullũ: neqz corrũpi, ꝑpter id qõ necessariũ est fieri qõ fit: aut ex eo qõ est: aut ex eo qõ nõ est: ex his ãt vtriqz ipossibile est cẽ: nz. n. qõ est fieri cõtingit: est. n. iã: neqz ex eo qõ nõ ẽ nihil vti qz fieri: subiici. n. aliud oportet.

¶ Ex istis igit cõsiderat ꝙ scit quot sũt principia ꝙ q̃ 71
sũt. Et declarãdũ ẽ post q̃ hoc solũmõ: dissoluet et qõ quã antiq querebãt: ãtiqssimi. n. in phia cũ fuerãt pscrutati ꝺ veritate ꝙ nã entiũ refleri sũt ab ea. ꝙ quasi expulsi ad aliã viã ꝓp paucitatẽ exercitij: ꝙ dixerũt q̃ nullũ ẽtiũ recipit gnãtionẽ ꝙ corrũptionẽ: nã qcqd gnãtur necesse ẽt generet: aut ex ente: aut ex ñ ente: ſz ipossibile ẽ aliqd gnãri ex aliquo istozũ: ens. n. ñ gnãt: qm̃ iã ẽ: ꝙ ex ñ ente nihil gnãtur. idiget. n. i generatõe alio qõ sit subiectũ.

¶ Ex istis. Cũ declarauit quot sũt principia: ꝙ q̃ eoz sũt ꝑ 71
se: ꝙ que ꝑ accidẽs: ꝙ que actu: ꝙ que potentia: incepit declarare q̃ ex istis rebus dissoluetur qõ quã querebãt antiqui nãlium: ita q̃ coegit eos negare principia ꝙ generationẽ ꝙ trãsmutatõem ꝙ muultitudinẽ: ꝙ dixit: ex istis igit cẽ. i. ex istis igit q̃ dirimus: põt quis scire numez ꝙ nãm eorum. D. d. ꝙ declarãdũ est post. i. qz sermo dmõstratiuus innatus est soluere oẽs qõnes accidẽtes in re: ꝙ hoc significat et q̃ ipse ꝛueniet hãc cãm. s. primã mãm ꝙ istũ numerum principiozũ: ꝙ itẽdebat ꝑ antiquos parmenidẽ ꝙ melissum. Deide icepit dicere qũo accidit antiquis ista questio: ꝙ que opiniones acciderũt eis ꝓpter hoc: ꝙ dixit: antiquissimi eni cẽ. i. antiquissimi eni cũ itẽdebãt pscrutari de entibus: ꝙ accidit eis ista qõ: ꝙ nõ potuerũt soluere eã ꝓpter paucitatẽ exercitij in dialectica: reuersi sũt a via pscrutatõis nãlis: ꝙ declinãtes ad res extrinsecas dicẽtes nihil generari ꝙ corrũpi: qm̃ generatio aut est ex ente: aut ex nõ ente: ſz nõ est ex ente: neqz ex nõ ente: ergo generatio nõ ẽ. Deide in destructõe vtriusqz ꝑdiuidẽtiũ vtunꝫ duob⁹ syllogismis in secũda figura: per primũ eni declarãt q̃ ipossibile est vt generatio sit ex ente sic. Generatũ est illud qd nõ est dũ generatur. Ens aũt est illud qd est. Ergo ens nõ generatur. In hoc aũt ꝑ qd declarãt q̃ nõ ens nõ generatur: vtũtur ẽt duab⁹ ꝓpositiõibus: quaꝝ vna ẽ q̃. Nullus quid generat: est aliquid dũ generat. Et nõ ens nõ est aliquid: ergo Nullus est nõ ens nõ generat: ꝙ hoc itẽdebat cũ dixit: ꝙ ex nõ ente cẽ. i. illud qd dicit gnãri dũ generatur: generatũ eni cõpletũ dicit generatum quia ante generabatur: ꝙ iõ qui ponit aliquid generari ex nõ ente: dicit aliquid habere dispositionem quã nullus hẽbat nz simpliciter neqz ĩ subiecto: qm̃ qm̃ nõ est generatũ: ꝙ ẽ in actu

habet hāc dispositionē ⁊ anteq̄z generare nō habuit illā q igitur dicit q generatū est ex nō ente cōtinget ei cōcedere alterū duoꝝ: aut q est hic trāsmutatū sine trāsmutatiōe aut q trāsmutatio est in priuatōe ⁊ totū hoc est ipossibile: sz moderni recipiūt tale ipossibile ꝓpter hoc q assueti sūt a puericia audire ipm: cōsuetudo.n. est altera natura.

¶Et sic cōsequēter cōtingēs augmētātes non esse multa dicūt: sz tm̄ qđ est: illi ergo talium accipiebant opinionē ꝓpter ea que dicta sunt.

72 ¶Et cū viderūt quid sequit hāc positionē ⁊ copulatur cū illa dixerūt q res nō sūt plēs sz solū ens illi.n. opinati sūt hāc opinionē ex ꝟ qđ dicimus.

72 ¶Et cuz cōsiderauerūt quid sequitur ex ꝟ quod dicunt q generatio ⁊ corruptio nō sūt: cōtingit apud eos vt oia sint vnū: qm̄ cū nō fuerit illic generatio neq̄z corruptō: nō erit mā neq̄z forma: ⁊ cū nō fuerit forma neq̄z mā: quibus res trāsmutent oia erūt vnū simpler: iste igit sermo coegit eos opinari cōtra illud quod apparet: ⁊ iō dixit ꝓmenides. Si ens generat hz principiū. Sz nō generat. Ergo nō hz principiū: sed iste sermo est vanus vt declaratū est.

¶Nos aūt qdē dicimus ex eo qđ est: aut ex eo qđ nō est fieri: aut qđ est: aut qđ nō est aliquid facere aut pati: aut quodlibet hoc fieri: vno quidē modo nihil differt: vt medicū aliquid facere aut pati: aut ex medico aligd esse aut fieri.

73 ¶Nos aūt vtemur in sermōe alio mō a primo: dicere enī q generatio est ex ente: aut ex nō ente: aut q nō ens aut ens agit aligd aut patit vt q hoc fit aligd ex quolibet nō hz differētiaz: nō.n. est differētia inter hoc q dicam⁹ q medicus agit aligd aut patit: aut dicam⁹ q nō medicus est algd: aut

73 sit aliquid quodcūq̄z sit simpliciter

¶Nos aūt. Cum idurit qōnē antiquoꝝ incepit dissoluere eam: ⁊ dixit: nos aūt ⁊c.i. ⁊ locus deceptionis istoꝝ hominū est: q: vtunt eo qđ dicit multipliciter vno mō: ⁊ sic mixtū est eisvez cū falso: nos aūt debemus distinguere ꝓpositiones coꝝ: ⁊ demōstrare modū ꝟm quē verificātur ⁊ ꝟm quē nō verificātur. D. incepit declarare ꝟ ⁊ dixit: ⁊ icepit ab hoc notificādo q nō est differētia iter ꝟ q aligs dicat q generatio est ex ente ⁊ nō ente: ⁊ iter ꝟ q dicat q nō ens aut ens agāt aligd aut patiātur ⁊ dixit hoc: qm̄ cū dicim⁹ q generatio est ex ente: aut nō ente intēdim⁹ q generatuz sit ex passiōe nō entis: aut entis: aut actōe eoꝝ: ⁊ hoc manifestū est. D. inducit exēplū qđ declarat ꝟ in gnātōe: ⁊ dixit: nō enī est differētia. i. ⁊ quēadmodū nō ē differētia inter ꝟ q aligs dicat q medicus agit aligd aut patit: ⁊ qui dicit q a medico inuenit aut generat aligd: sil'iter nō est differētia inter hoc q aligs dicat q ex nō ente gnātur aligd: aut ens sit aligd: aut dicat q ex nō ente gnātur aligd aut nō ens sit aligd: ⁊ cū declarauit differētiā iter ista icepit dēclarare ꝟm quot mōs dicit aliquid agere ꝟ aut pati aut generari ex hoc.

¶Quare qm̄ hoc dupliciter dicit manifestū: qm̄ ex eo qđ est: aut id qđ est aut facere aut pati: edificat qdē igit medicus nō ꝟm q medicus: sz ꝟm q edificatoꝛ: ⁊ albus fit nō inq̄tū medicus: sz inq̄tum niger: medicatur aūt ⁊ nō medicus fit inq̄tū est medicus: qm̄ aūt marime ꝓprie dicim⁹ medicū aligd facere aut pati: aut fieri ex medico si ꝟz q medicus hoc patiat aut faciat: manifestū q ex eo c nō nō est aligd fieri: ⁊ hoc significat inq̄tū nō est: qđ illi qdē nō ꝑcipiētes deliquerūt: ⁊ ꝓp hanc ignorātiā intātū ignorauerūt q nihil opinati sūt fieri: neq̄z ee alioꝝ: sz auferebāt oēm generatōez.

¶Et cū hoc dicit dupl'r: aut multipliciter: manifestū est q ita ē in hoc qđ dicimus ex ente: aut ens 74
agit aut patit. Medicus igit edificat nō ꝟm q est medicus: sz ꝟm q est edificatoꝛ: ⁊ medicus fit albus ū ꝟz q medic⁹: sz ꝟz q niger: mediciare āt ⁊ ñ mediciare ē ꝟm q ē medic⁹: ⁊ qz nō dicim⁹ ꝓprie ⁊ principaliter medicū agere aut pati: aut aligd generari a medico nisi qñ illud qđ agit aut recipit fuerit ꝟm q est medicus: manifestū est q cū dicimus q generatio est ex nō ente intēdimus hoc ēt .s. ꝟm q est nō ens: ⁊ qz illi nō distinxerūt hoc errauerūt: ⁊ qz ignorauerūt hoc: ꝑceauerūt adeo q existimauerūt q nihil generat: ⁊ q nihil fit oino: sed negauerūt generationē omnino.

¶Et cū hoc dicit ⁊c. i. dicere q a medico fit aligd: aut q 74
medicus agit aut patit aligd: qm̄ cū dicere q ex medico fit aligd. aut medicus agit aliquid aut patit: fuerit sicut dicere ēt q ex nō ente fit aligd: aut q nō ens patit: ⁊ sicut dicere ēt q ex nō ente generatur aligd: aut q non ens patit: manifestū ēst q ꝟm numez modoꝝ ꝟm quos dicit q medicus agit aut patit: aut fit ex eo aligd dicitur q nō ens agit hoc aut patit: aut fit ex eo hoc. Deide incepit numerare modos ꝟm quos dicit q medicus agit hoc: aut patitur: ⁊ notificare q sūt duo modi: vnus p se: ⁊ alius p accidēs: ⁊ dixit medicus igitur edificat ⁊c. i. ⁊ eidē attribuūtur plures actiōes ⁊ passiōes: quedā p se quedā ꝑ accidens verbi gratia: qm̄ medico attribuit actio edificādi: ⁊ dicit q medic⁹ edificat: aut q ex medico fit edificatoꝛ: ⁊ ꝟ ē p accidēs: nō enī edificat ꝟm q est medicus: sz ꝟm q accidit ei q fuerit edificatoꝛ: ⁊ silr attribuit ei pati ab albedine: sed nō ꝟm q est medicus: sz ꝟm q accidit medico q fuerit niger. D. d. mediciare aūt ⁊. c. i. mediciare aūt: ⁊ nō mediciare est ei p se: ⁊ ꝟm q est medicus dicē igit medicū curare aut a medico fieri curationē est aliud q̄z dicere medicū edificare: aut albefieri: aut a medico fieri edificationē aut albedinē. D. d. manifestū est ⁊c. i. cū passio ⁊ actio nō attribuit rei p se: nisi ꝟm q est cui attribuit nō ꝟm q accidit ei aliud: ⁊ intētio est p̄dicatio q̄ est p se: manifestū est q dicere q nō ens fit ens: ⁊ q ex nō ente fit ens: itelligēdū est q nō ens ꝟz q est nō ens fit ens qđ est ipossibile: q āt nō ens fit ens nō ꝟm q est nō ens: sz ꝟm q est aliqđ ens: nō est ipossibile: illi igit antiqui nō distinxerūt iter illud qđ est p se: ⁊ illud qđ est p accidēs: illud. n. qđ est p accns est possibile vno mō: ⁊ illud qđ ē p se: est ipossibile: iō existimauerūt q illud qđ est p accns est ipossibile: ⁊ sic destruxerūt gnātōes oino: vñ dixerūt q totū ens sensibile est vnū ⁊ declaratū est q ꝓpatio ē principiū generatōis p accns ⁊ q ē necessariū in gnātōe. s. ꝟm q accidit sbo ex q̄ ē gnātō ergo neče ēvt gnātō sit ex ñ ente p accns ⁊ ē ipossibile p se.

¶Nos aūt ⁊ ipsi dicim⁹ fieri qdē nihil simpliciter ex eo qđ nō est: sz tamē fieri ex eo qđ non est vt ꝟm accns ex priuatione. n. qđ est qdē p se nō ens non ex eo qđ est fit: mirabile aūt videt ⁊ impossibile sic fieri aliquid ex eo quod nō est.

¶Et nos ēt dicimus q nihil fit oio ex nō ente sim 75
pliciter: sed dicim⁹ q aligd generat ex non ente. Verbi gratia p accidēs: generat enī aliqđ ex priuatiōe: ⁊ est aliqđ nō ens p se ābsqz eo qđ fit in eo ⁊ hoc tenet ꝓ improbabili ⁊ existimatur esse ipossibile aligd generari ex nō ente.

Et nos cō-

75 ¶Et nos ꝓuenim⁹ cū eis in b q⁹ nihil oīno fit ex simplici ꝓ
uatione: qñ ſi ita eēt: tūc ens iueniret ꝑ ſe ex priuatōe ⁊ ſic
priuatio poſſet alterari: ſz dicim⁹ aliqd gnāri ex nō ente ꝑ
accīs. i. ex ſubo cui accidit q⁹ in eo fuerit priuatio rei ex q̄
gnātur ⁊ ſi b nō eēt. ſ. ſi priuatio forme nō p̄cederet in ſōo
nō gnāret ex eo. D. d. gnātur. n. aliqd ex priuatōe ⁊c. i. ne
eeſſe eſt. n. aliqd eē ex priuatōe cū ipoſſibile eſt vt gnātū in
ueniat ꝑ ſe abſq; eo q⁹ priuatō ei⁹ ſit in ſōo ex quo gnātur
98 ¶ Cū declarauit q tps nō ē mot⁹: neqz extra motū notificauit b ⁊ dixit: q necesse ē ex b vt sit accidēs motui. ⁊ cū itētio ē b scire qđ sit tps: oz pr̄⁹ pscrutari qđ accidētū mot⁹ sit tps. accidētia. n. mot⁹ st multa: ⁊ q tps nō sētiē nisi cuz sētire aliquē motū demōstratū ꝑm q sētiūt cū motu multa accidētia ei⁹ sēsibilia: qñ si ita eēt ꝓtingeret vt tps multipli careť ꝑm multiplicationē mot⁹. ⁊ si posuerim⁹ ipz seq aliquē motū ꝓprium. Ut. g. motum corpis celestis: tē q nō sēserit i aliq̄ hora ipz nō sentiet tps aut nō sētiet ipz oio: vt dicit Ipla. de incarceratis a puericia sub ra. s. q si nō ꝓphēdeť nisi p ꝓphētionē alicui⁹ mot⁹ sēsibilis. Ut. g. mot⁹ celi tē illi incarcerati nō sētirēt tpus: q nūq̄z sēserūt motū corpis celestis: ⁊ iō dixit (qñ ill̄ sētim⁹ motū ⁊ tps ⁊c).i. qñ sētire tps nō ē p sētir̄ aliquē motū ꝓphētū p aliquē sēsū. Nos. n. sētim⁹ tps existēdo in obscuro absq̄z eo q accidat sēsib⁹ nr̄is aliqs mot⁹: ⁊ b nō est nisi q: sētim⁹ motū i nr̄a aia q̄lēcūq̄z: qñ cū fuerim⁹ imaginati i aia nr̄a aliquē motū stati ꝓphēdem⁹ tps. ⁊ i b qđ dic ē qđ nō pua: qñ si tps nō segt aliquē motū existētē extra aiaz: sed segt motū imaginatiōis: ⁊ imaginatio nō hz eē extra aiaz: quo igit dicet Arist. p ipsū seq motū corpis celestis: ⁊ dat sup ꝓtinuatiōnē mot⁹ ex ꝓtinuatiōe tpis: ⁊ ēt si segt motū corporis celestis: ꝓtinget vt cec⁹ nō pcipiat tps q nūq̄z pcepit motū celi: ⁊ ēt si segt oēz motū: ꝓtinget ēt vt tps multiplicet p multiplicationē motuū: qđ ē impossibile. appet igit q tps: aut nō hz eē extra aiam: aut si hz segt oēz motū: ⁊ si multiplicabit p multiplicationē motuū: aut segt vnū motū: ⁊ sic q nō sētit illū motū nō sētit tps qđ ē impossibile. Nos ât dicamus qñ si nos sētire tps ē apđ sētir̄ quēlibet motū: ⁊ apđ imaginari quālibet trāsmutationē: mānifestū ē. Nos vo sētire tps apud sentire quēlibet motū pr̄io ⁊ cētialr̄: impossibile ē: qñ si ita eēt ꝓtingeret vt tps multiplicaret p multiplicationē sēsibiliū imo motuū imaginabiliū: si ât sētir̄ tps p sētire quēlibz motū nō fuerit pr̄io ⁊ cētialr̄: sed pp b q cū sētim⁹ quēcūq̄z motū sētim⁹ illū vnū motū cui accidit tē p⁹ nō accidet qđ ꝓdicta. s. q q nō sētiet illū motū vnū non sētiet tps: qñ ille mot⁹ vr̄ sētiri qñ sētiť qcūq̄z mot⁹ siue fuerit imaginat⁹ siue existēs: ⁊ appet qñ qs ituebit b q tps sētit essentialiter ⁊ primo: qñ nos sentim⁹ nos eē i eē moto ⁊ b sētire. s. nos eē i eē moto erit qñ imaginati fuerim⁹ quē cūq̄z motū: qñ cū fuerim⁹ in eē idiuisibili in trāsmutatiōe qđ ē instās: nō fiet tps: neqz reputabim⁹ ipz fieri. cū ât fuerim⁹ in eē diuisibili ꝑm trāsmutationē ⁊ nō pceperim⁹ nos eē in eē trāsmutabili nō pcipiem⁹ oio tps: si ât pceperimus nos eē in eē trāsmutabili statim pcipiem⁹ tps: ⁊ b manifestū ē: ⁊ nos eē i eē trāsmutabili sētiť p se. nos. n. sētim⁹ qđ istās in q̄ icepim⁹ scribē hūc sermonē ē alid ab illo i q̄ fuit ꝓplet⁹: mot⁹ igit q cū sentiť: sētiť pr̄io ⁊ cētialr̄: ē mot⁹ ex quo sentim⁹ nos eē in eē trāsmutabili ⁊ nō trāsmutari: q sum⁹ i b cē. Nos igit eē i eē trāsmutabili sentiť sic dirim⁹ cū senserim⁹ quēcūq̄z motū: sētire igit nos eē in eē trāsmutabili ē illd ex q̄ sequit nos sētire tps pr̄io: ⁊ mānifestū ē q nos nō sentim⁹ nos eē in eē trāsmutabili: nisi ex trāsmutatiōe celi ⁊ si eēt possibile ipm quiescer̄: eēt possibile nos eē in eē nō trāsmutabili: sz b ē impossibile: g. neēe ē vt sētiat hunc motū q nō sētit motū corporis celestis. s. p visum sz dormientes sētiunt ipm postq̄z surgunt a somno ex b qđ rememorāt motus imaginatiōis i sōno. cū ât sōnus fuerit ꝓfundus ⁊ nō fuerint rememorātes aliq̄z imaginationez sōni: neqz aliq̄z trāsmutationē: tē nō pcipiūt tps in q̄ dormiuerūt. qđ igit dz intelligi ex sermōe Ari. in q dic (q cū nos nō fuerimus trāsmutati ⁊c) nō ē q cū motus nō fuerit factus aut fuerit factus: sed cū nos non pcepimus non reputabimus tps fieri: sz cū nos nō fuerimus trāsmutati in nobilissimetipsis: quia sumus in eē indiuisibili ꝑm trāsmutationē q ē instans aut fuerimus in eē diuisibili ꝑm transmutationē: sz nō pcepimus hoc reputabimus tps nō fieri sz vna reputatio ē vera: ⁊ altera nō ē vera: pcipeť enī hanc trāsmutationē ē illa res q̄z segt pcipe tps cētialr̄: cū tps accidat huic trāsmutatiē i: ⁊ iō coactus fuit Aristo. ad hec verba scilicet cū dixit: cū nos ñ fuerimus trāsmutati i nō

metipſis :ꝛ nō dixit loco eius cū non fuerit transmutatio; aut fuerit: sed nō ꝓhendim⁹ ipaꝛ vt apparet ex exposito rib⁹ ꝛ in hoc etiā peccauit Gal. q intellexit q⁹ Ari. intēdebat per hoc quod dixit: cū nos nō fuerimus trāsmutati in nobis metiplis q⁹ nos nō ꝓhendimus tēpus: cū nō fuerimus moti per imaginationē. Sūt enim tres intentiones Quarū vna est q⁹ nos nō pcipimus tempus nisi qñ fuerimus moti in aīa nostra: ꝛ hoc existimauit Gal. ꝛ est corrupta per se. Secūda aūt est q⁹ nos nō percipim⁹ tēp⁹ nisi cū perceperim⁹ aliquē motū quicūqꝫ sit: ꝛ hoc est percipe per accidens. Tertia vō est q⁹ nos nō percipim⁹ motū neqꝫ tēpus: nisi cū peceperim⁹ nos transmutari q; sumus in esse trāsmutabili: ꝛ ista perceptio est pceptio quā sequit tēpus essentialiter ꝛ nō accidet ei aliqua questio ꝛ vba Ari. manifesta sunt �means hanc intentionē: vt cū dixit (si igit nos non ꝓhenderim⁹ determinare ꝛc). i. ꝛ �means hunc modū possumus ponere tempus sequi motū corporis celestis: ꝛ q⁹ sentiet tēpus qui nunqꝫ sensit corpus celeste: ꝛ iō oēs conueniunt in hoc q⁹ tempus segit motū celi: ꝛ ista questio nū quā potuit dilucidari mihi nisi post magnū tempus: ꝛ qꝫ gd scripsi de tpe secut⁹ sum exposītores. sed hic non: ꝛ cum numerauit qđ tempus sentit qñ motus sentit: dixit (silr et ꝛc) ꝛ intendebat per hoc declarare qđ temp⁹: ꝛ iste motus sequūtur se adinuicē perfecte. s. mot⁹ q cū sentit: sentit temp⁹ primo ꝛ essentialiter. ꝛ cū declarauit qđ tēpus non ꝓhendit nisi per ꝓhensionē isti⁹ motus. s. cōpreheñ si p intellectū: ꝛ qđ tēpus nō est motus: icepit narrare qđ ex hoc sequit vt sit accidens isti motui: ꝛ dixit (necesse est igit vt tēpus ꝛc). i. ꝛ cū vex est qđ temp⁹ ꝛ motus ꝓsequūtur se in esse: necesse est vt sit alterum duoꝝ. s. aut vt tēpus sit ipse motus aut aliquid cōsequens motum. Deinde excepit ipsum non esse motū: ergo sequitur vt sit aliquid mot⁹ aut consequens: aut causa: qñ cū sequit ipm aut erit pri⁹ aut posterius: sed q; tempns non apparet in diffinitione motus declaratur qđ nō est cā ei⁹: g. remanet vt sit accñs

¶ Qđ quidem igit mouet: mouet ex quodā in qdā: ꝛ ois magnitudo cōtinua est: sequitur magnitudinē mot⁹. ꝓpter id eniꝫ q⁹ magnitudo cōtinua ē ꝛ mot⁹ erit cōtinu⁹. Quāt⁹ vō mot⁹ est: tātū ꝛ tēpus vī fieri. prius aūt ꝛ posterius in loco primuꝫ sunt: hec quidē iam positiōe sunt ōterminata: qñ aūt in magnitudine primū ꝛ vltimū est: necesse est in motu esse prius ꝛ posteri⁹ ꝓportionalia his que sunt ibi: at vō in tēpore est pri⁹ ꝛ posteri⁹ pp id qđ sequit semper altex ipsoꝝ: est aūt prius ꝛ posteri⁹ ipsoꝝ in motu: quod qdē aliquando cū sit motus ē esse tamen ipsorum alterum est ꝛ non motus.

99 ¶ Et motū mouet de aliquo in aliqd: ꝛ ois mensura est cōtinua: iō motus sequitur mensuram: ꝛ qñ mēsura ē cōtiua: iō mot⁹ ē cōtinu⁹: ꝛ qꝫ mot⁹ ēt est cōtinu⁹ tps ēt erit cōtinuū: qñ ꝫ motū existimat semper tempus esse: ꝛ prius ꝛ posteri⁹ sunt primo in quantitate: sed hic sunt in situ. ꝛ quia prius ꝛ posteri⁹ sunt in quātitate: necesse est vt prius ꝛ posterius sint i motu etiā �means q⁹ illic. ꝛ in tpe ēt sunt pri⁹ ꝛ posteri⁹ qñ sequūtur se adiuicē semp: ꝛ etiā pri⁹ ꝛ posteri⁹ sunt in motu: �means vō q⁹ sunt in aliqua hora sunt motus in essentia: aut sunt aliud a motu.

99 ¶ Idest ꝛ vnū accidentiū motus est continuatio. ꝛ cā in hoc est: qꝫ illud per quod est mot⁹ ꝛ est mensura est cōtinuū: ꝛ motū ēt est tale. Et intendit per hoc quod dixit de aliquo in aliquid de vbi in vbi inter que est mensura: ꝛ qꝫ ois mēsura est cōtinua: sequitur vt motū moueat per continuuꝫ ꝛ cū motū mouet per cōtinuū mot⁹ ei⁹ erit cōtinu⁹: ꝛ intēdit p motum translatū ꝛ qꝫ apparet qđ dispositio terminis de motu est sicut dispositio motus de cōtinuo p qđ est motus: ꝛ tempus ē cōtinuū: sequitur ēt vt cā ꝓtinuatio nis ei⁹ sit cōtinuatio mot⁹ quēadmodū cā ꝓtinuatiōis motus est mēsura supra eā est mot⁹. D. d. (qñ ꝫm ꝛc). i. ꝛ signū ei⁹ qđ ꝓtinuatio accidit ei ex cōtinuatiōe motus ē: qñ quātitas tpis segit ēt quātitatē mot⁹. s. qꝫ est eqlis ei. ꝛ cuz declarauit q⁹ ꝓtinuatio est in motu ex ꝓtinuatione quātitatis p quā est motus: ꝛ q⁹ cōtinuatio mot⁹ ē cā ꝓtinuatiōis tēporis ꝛ intēdebat declarare q⁹ qñ mot⁹ accipit cōtinu⁹ tēpus erit ꝓtinuū: ꝛ si diuisus: tempus erit diuisū: incepit ēt inducere aliud accidēs: ꝛ dixit (ꝛ pri⁹ ꝛ posteri⁹ ꝛc). i. ꝛ qꝫ pri⁹ ꝛ posteri⁹ inueniūt i mēsura in qua fit mot⁹ primo: ꝛ est illa que est in situ: necesse ē ēt vt in motu inueniāt pri⁹ ꝛ posteri⁹: ꝛ si nō habeat situ qñ pars motus que est in pte mēsure prioꝝ �means initiū ex quo est mot⁹ necesse est vt sit prioꝝ motu qui est i pte cōsequēte mēsurā. D. d. (ꝛ in tpe ēt ꝛc). i. ꝛ ex hoc q⁹ pri⁹ ꝛ posteri⁹ inueniūt in ptib⁹ motus segtur vt inueniātur ēt in ipso tpe: ꝛ cū declarauit b ꝛ vult declarare q⁹ tempus est pri⁹ ꝛ posteri⁹ in motu: ꝛ iā posuerit q⁹ temp⁹ differt a motu: incepit primo declarare q⁹ pus ꝛ posteri⁹ q̄ sunt i motu hūt gdditatē aliā a quidditatē motus lz sint cū motu idem in subiecto: ꝛ ēt prius ꝛ posterius in motu ꝛc. ꝛ intēdit p hoc qđ dixit (i aliqua hora). i. �means subiectū: ꝛ. q. d. ꝛ ēt de fundamētis ponēdis ad hoc qđ q̄rimus scire supra illa que posuim⁹ est: qñ prius ꝛ posterius cū fuerint accepta �means q⁹ sunt in subiecto. tūc erunt ptes mot⁹: cū aūt fuerint ꝓsiderata �means diffinitionem ꝛ gditatē: tūc prius ꝛ posteri⁹ erit aliud a motu: qñ mot⁹ est in quātitate: ꝛ pri⁹ ꝛ posteri⁹ sunt in numero.

¶ Āt vō tēp⁹ cognoscim⁹ cū diffinim⁹ motū pri⁹ ꝛ posteri⁹ determinātes: ꝛ tūc dicim⁹ fieri tēp⁹: qñ prioris ꝛ posterioris in motu sensu percipim⁹: determinam⁹ āt motū accipiēdo aliud: ꝛ aliud ipsuꝫ ꝛ mediū ipoꝝ altex: cū eniꝫ alter a extrema mediꝫ intelligim⁹ ꝛ dicit aīa ipa nūc duo: hoc quidē pri⁹ illud vō posteri⁹: tūc ꝛ hoc dicim⁹ eē tēp⁹: ōterminatū aūt ipso nūc temp⁹ esse vī ꝛ supponatur.

¶ Et tēp⁹ ēt nō scim⁹ nisi motu determinato p pri⁹ 100
ꝛ posteri⁹: ꝛ tūc dicem⁹ tēp⁹ esse cū senserim⁹ pri⁹ ꝛ posterius in motu; ꝛ nos determinauim⁹ illa videndo illa diuersa: ita q⁹ inter illa sit aliud: qñ cū videm⁹ per intellectū duo extrema: ꝛ iudicauerit aīa q⁹ altex instās est pri⁹: ꝛ altex est posteri⁹: tūc dicimus esse tempus: quoniam hoc quod modo diffinimus existimatur esse tempus.

¶ Cū ꝓposuit q⁹ tēp⁹ sentit primo ꝛ essentialr cū senserim⁹ 100
motū in q̄ sentimus nos trāsmutari. i. eē in esse trāsmutabili: ꝛ posuerimus q⁹ motus ꝫm q⁹ est motus inuenit i eo prius ꝛ posterius: sic inuenit in eo ꝓtinuatio: ꝛ q⁹ essentia poris ꝛ posterioris ē alia ab essētia mot⁹: vlt ꝓiūgē huic aliō motū de tpe ēt: ꝛ est q⁹ nos pcipē tēp⁹ ex pceptiōe mot⁹ ñ ē ex pceptōe mot⁹ ꝫm q⁹ est mot⁹. s. mot⁹ i quo sumus trāsmutati: sed ōterminamus i imaginatiōe aliquā ptē illius determinatā: ꝛ hoc erit cū senserimus duo instātia prius ꝛ posterius: qñ iste motus nō diuidit p instantia nisi i nostra mēte: ꝛ nō determinat nobis aliq̄ ps eius determinata: nisi qñ diuiserimus motū per duo instātia: quēadmodū linea nō determinat nisi qñ iter duo pūcta fuerit q̄ sūt vltima eius: quēadmodū igit pūcta sunt vltima linearū terminantia illas ex qbus accidit eis numeratio: ita instātia sunt vltima ptiū istius motus: ꝛ sūt cā in hoc q⁹ numerāt ꝛ hoc intendebat cū dixit (ꝛ scimus tēpus ꝛc). i. ꝛ nos cognoscimus tēpus qñ determinamus hūc motū per instās

prius ꝛ

prius ⁊ posterius: determinatio.n. motꝰ erit ꝑ determinationē instātis priorꝭ ⁊ posteriorꝭ quēadmodū determiatio linee erit ꝑ duo pūcta. ⁊ signū eiꝰ est qñ q ꝓcipit vnum instās nō ꝓcipit tps sicut accidit diuinis. Et cū declarauit q̄ determinatio motꝰ erit ꝑ determiationē duoꝝ instātiū ſaltē: incepit declarare quō determiaī ꝑ duo instātia ⁊ dixit (⁊ nos determinabimꝰ illa ⁊c). i. determinaī ꝑ duo instātia qñ videmꝰ illa duo instātia eē diuersa ⁊ ꝫ erit qñ videmꝰ iter illa eē aliud diuisum ab eis: sicut est dispō in determinatiōe duoꝝ pūctoꝝ. ꝫ.n. non erit nisi qñ imaginati fuerimꝰ aliqđ tertiū. ſ. lineā: cū āt abſtulerimꝰ lineā q̄ ēẽnt duo pūcta tūc duo pūcta fierēt vnū: ⁊ ſimlr est de duobꝰ instātib⁹. D. fecit ſummā de hoc: ⁊ dixit (⁊ ꝫ erit qñ viderimꝰ ⁊c) ⁊ dixit alteꝝ prīꝰ ⁊ alteꝝ posteriꝰ: qñ ſi imaginati fuerimꝰ duo instātia inſimul nō fiet motꝰ. ſ. ſi diuiſerimus motū ꝑ duo instātia: quoꝝ alteꝝ nō est prius reliquo ⁊ ſi sit falſa imaginatio. Deīde dixit (ꝫ.n. qđ mō diffiniuimꝰ ⁊c). i. ⁊ ſeqr̄ ex ꝫ ꝫmone q̄ motꝰ diuiſus ꝑ duo instantia: quoꝝ alteꝝ est prīꝰ ⁊ alteꝝ est posteriꝰ est ipm tps. ſ. ꝫm q̄ est diuiſus ⁊ ꝯpositio iſtiꝰ ꝫmonis est ſic. Motꝰ termiaī ad duo instātia. Et qđ terminaī ad duo instātia est tps. Igīr motꝰ ꝫm q̄ terminaī ab his duobꝰ instātibus est tps: ⁊ dixit: ⁊ ponaī ita: q̄ post declarabiī magis.

¶ Qñ qdem igīr tanꝯ vnū ipm nunc ſentimꝰ: nō āt sicut prīꝰ ⁊ posteriꝰ in motu: aut sicut idem qdez priorꝭ ⁊ posteriorꝭ alicuiꝰ nō vī tps fieri: nullus qdem: nꝫ motꝰ: ſed cū prīꝰ ⁊ posteriꝰ ẽ tunc dicimꝰ tps: hoc.n. est tps numerꝰ motꝰ ꝫm prīꝰ ⁊ posteriꝰ. Nō ergo tps motꝰ ẽ: ſꝫ idez ꝫm q̄ nūer̄ hꝫ motꝰ.

101 ¶ Cū igīr ſenſerimꝰ aliqd quaſi in eodē instanti: ⁊ nō ꝑcipimꝰ in motu prīꝰ ⁊ posteriꝰ: aut ſenſerimꝰ ipm vnum vniꝰ nō ita q̄ ſit prīꝰ ⁊ posteriꝰ: nō reputabimꝰ ipm fieri in tpe: cū nō hēat motū: ⁊ cuꝫ ſenſerimꝰ prīꝰ ⁊ posteriꝰ: tūc dicemꝰ tps eſſe: ꝫm hoc igīr tps est numeratio motꝰ ꝫm prīꝰ ⁊ posteriꝰ: tps igīr nō est motꝰ: ſed quodāmodo est nūerꝰ motꝰ.

101 ¶ Cū intēdit declarare tps eē numeꝝ motꝰ ꝫm prīꝰ ⁊ posteriꝰ ex ꝫ q̄ nos ſentimꝰ motū cū diuiſerimꝰ ipm ſaltē ꝑ duo instātia prīꝰ. ſ. ⁊ posteriꝰ: ⁊ iſta via est aliqđ inuenire ꝑ aliud inuentū: ⁊ iſta via est diminuta niſi ꝯiungaī ei via ablatiōis. ſ. inueniēdo cās ⁊ diffinitiōes rer̄ reuerſus est ad vtē dūvia ablatōis: ⁊ dixit (cū igīr ſenſerimꝰ aliqđ ⁊c). i. ⁊ quē admodū nō ſentimꝰ aliqđ eē in tpe niſi cū ſenſerimꝰ ipſum ſaltē eſſe in duobꝰ instātibꝰ ꝓxi ⁊ posteriozi: ita cū ſenſerimus aliqđ eē in eodē instāti: aut fuerimꝰ imaginati duo instātia eē inſimul: tūc nō reputabimꝰ tps fieri. D. d. (cum nō hēat motū). i. qñ cū fuerit imaginatū vnū instās tūi: aut duo instātia inſimul nō imaginabimur motū: ⁊ ſic nō imaginabimur tps oio. ⁊ ex ꝫ potes videre q̄ ipſe intendit ꝑ hūc motū nō quēlibet motū ſed motū ꝑ quē videmꝰ res gelcētes eſſe in trāſmutatiōe eterna: ⁊. q. trāſlatas: q̄ ſunt in trāſlatabili ⁊ cū verificauerit ꝑ hāc viā q̄ iſta est ſubstātia tpis: ⁊ iſta via multotiēs vtīr Ariſ. lꝫ Alfarabi ꝛeprehēdat illā: indurit diffinitionē tpis: ⁊ dixit (ꝫm ꝫ igīr tps est numerare numeꝝ motꝰ ⁊c). i. manifeſtū est igīr ex ꝫ ꝫmone q̄ diffinitio tpis est numerare nūeꝝ motꝰ ꝫm prīꝰ ⁊ posteriꝰ. i. ꝯprehēſio nūerati motꝰ: ⁊ ꝫ est numerꝰ eius qñ qñ numeramꝰ numeꝝ motus q̄ fit ex diuiſione eius ꝑ iſtātia prioza ⁊ posterioza tūc fit tps: ergo tps nihil aliud ẽ q̄ꝫ numeratio numeri motꝰ q̄ fit in eo ex diuiſione eiꝰ ꝫm prīꝰ ⁊ posteriꝰ instātiū. ⁊ q̄ tps fit apud diuiſionē motꝰ ꝑ instātia q̄ꝫ ꝫ ſeqr̄ necessario numeratio: iō numerꝰ motus ẽ tanꝯ dūia. D. d. (tps igīr nō est motus: ſed quodāmō est numerus motus). i. ſed ꝫm prius ⁊ posterius est nūerus motus .i. numerat motū ꝑ ſuas ꝑtes priores ⁊ posteriores: ꝫm q̄ ſūt priores ⁊ posteriores nō ꝫm q̄ ſunt inſimul. Dixit ale. ⁊ nō est intelligendū ex hoc q̄ dixit in diffinitiōe tꝑis q̄ est numerus motus ꝫm prius ⁊ posterius ex ꝫ q̄ tps nūerat motū: ſed dꝫ intelligi ex ꝫ q̄ tps est numerus priorꝭ ⁊ posteriorꝭ existentiū in motu. ⁊ in libro Aler. nō est numerare numeꝝ motus: ſed numerus motus. diffinitio igīr in qua nō est dubitatio est dicere. q̄ tps est numeratiuū prioris ⁊ posteriorꝭ existentium in motu.

¶ Signum est āt plus qdem. n. ⁊ minus iudicamꝰ numero: motum āt vt plurem ⁊ minorem tempe. Numerus itaqꝫ quidam tps est: qñ āt numerus est duplex: ⁊ nanqꝫ qđ numeramꝰ ⁊ nūerabile numerum dicimꝰ: ⁊ quo numeramus quidem. Tēpus āt est qđ numeratur ⁊ nō quo numeramꝰ. est āt alteꝝ ⁊ quo numeramus: ⁊ qđ numeratur.

¶ Et signum eius est hoc qđ narrabo: qñ nos determinauimus per numeꝝ magis ⁊ minus: ⁊ per tps determinauimus motum: magis ⁊ minus tēpus igīr est aliquis numerus: ⁊ cum numerus est duobus modis: dicimus. n. numeꝝ illō qđ numeratur: ⁊ numeratuꝫ: ⁊ illud ꝑ qđ numeraī: tps est illud qđ numeraī: nō illud per qđ numeraī: ⁊ illō qđ numeraī est aliud ab illo ꝑ qđ numeratur. 102

¶ Cum posuit q̄ genus tpis est numerus motꝰ dedit signū de ꝫ hoc mō: per tempus determinaī magis ⁊ minus ex motu: ⁊ oē per qđ determinaī magis ⁊ minus ex aliquo ẽ numerus illius: ergo tps est numerus eius per qđ determinatur. Deinde cōiungit huic q̄ tps determinatur ꝑ prius ⁊ posterius motus: ergo in tertia: tps est numerus motus ꝫm prius ⁊ posterius: ⁊ pp ꝯuersionem affirmatiue in eo vniuersalis: est necesse vt illud ꝑ qđ determinaī magis ⁊ minus ex aliquo sit aliquis numerus: qñ illud ꝑ qđ determinaī magis ⁊ minus ſimpliciter est numerus ſimpliciter: qñ ſi illud qđ est calidū ſimpliciter est ignis ſimpliciter illud qđ est aliqđ caliduꝫ est aliquis ignis. ⁊ q̄ omne ꝑ qđ numeraī oia aut est numerus ſimpliciter: ⁊ ꝫ est numerans nō numeratū eſſentialiter: aut aliquis numerꝰ alicuius generis: ⁊ ꝫ accidit vt ſit numerās quodāmō ⁊ nūeratum alio mō: ⁊ iſta ſunt que numeraī ꝑ vnitates eriſtētes in illo genere nō ꝑ vnitatē ſimplicem: ⁊ tps ẽ in hoc genere. ſ. q̄ est numerās ⁊ numeratū: icepit declarare ꝫ: ⁊ dixit (⁊ cū numerus ⁊c). i. ⁊ cū numerus est duobus modis. ſ. numerās tūi nō numeratū: ⁊ numerās numeratum ⁊ dixit. (Nos. n. dicimꝰ numeꝝ ⁊c). i. ⁊ numerus ẽ duobus modis: q̄ nos dicimus numerum illud per qđ numeratur aliqđ genus ⁊ in ſe est numeratū nō numerās: ⁊ qđ numerat ipm in actu: ⁊ est numeratū in potētia anteq̄ꝫ numeret illud: vt exponit Aler. ⁊ vocamus numeꝝ ēt illud ꝑ qđ numeraī oia: ⁊ ꝫ est numerās nō numeratū oio eſſentialiter. Deīde icepit declarare q̄ numerꝰ acceptus in diffinitiōe tpis nō est numerus ſimplr: ſed de genere numeri cui accidit q̄ fuit numeratus: ⁊ dixit (tps. n. ⁊c). i. ⁊ cū dicimus q̄ tps est numerus: itendimus numeꝝ q̄ numeraī nō illud ꝑ qđ numeraī ſimplr qđ est numerus nō numeratū. ⁊ pōt aliqs dicere q̄ ſi intēdebat ꝑ numeꝝ acceptuꝫ in diffinitiōe tēporis numeratū. ſ. prius ⁊ posterius in motu quare nō dixit q̄ tps est numeratū motus: loco eius q̄ dixit q̄ est numerus motus: dicamus igīr q̄ ꝫ qđ tēpus numerat motū ⁊ mēſurat illud est ei eēntialr. ⁊. q. ꝫ mō aſſimilaī numero ſimplr ipm āt ex eē numeratū ꝑ aliqđ ẽ ꝑ accñs .ſ. q̄ accidit tpi ēt mēſurari ⁊ nūerari: aut ꝑ accñs ſimplr: aut ꝑ motū: motui.n. accidit ei mēſurare tps vt dicemus post: ⁊ Themiſtius exꝓīt ꝫ numeꝝ ꝑ nūerato: ⁊ nō ꝯſiderat ꝫ qđ diximus: qñ vo nūerus motus est tanꝯ gen⁹ tē-

poris: manifestū est. numerus. n. mot⁹ alius est ptiū mot⁹ ſm q̄ sunt insimul: ⁊ alius est ſm q̄ in eis inuenīt̄ prius ⁊ posterius. i. nūerus prioris ⁊ posterioris existētiū in motu ⁊ est manifestū q̄ tps sit: q̄n motus nūerat̄ p prius ⁊ posteri⁹: ergo tps necessario est numer⁹ prioris ⁊ posterioris existentiū in motu. ⁊ itelligendū est ꝛ b q̄ dicim⁹ ipm esse numez motus. i. numez cuiuslibet mot⁹: cū sit ipossibile imaginari ipm: nisi ſm q̄ numerat motū. ⁊ iō dr̄ q̄ est numerus mot⁹: ⁊ intelligēdū est p prī⁹ ⁊ posteri⁹. prius ⁊ posterius existētia in motu p cui⁹ cē inuenīt̄ tps p⁹: ⁊ est ille per quē intelligim⁹ nos trāsmutari. i. nos cē in cē trāsmutabili. ⁊. q. d. tps est numer⁹ cuiuslibet mot⁹ p prī⁹ ⁊ posterius q̄ sūt in motu in quo sentimus nos cē in cē trāsmutabili: q̄n si cē tpis eēt p cē prioris ⁊ posterioris in quolibet motu: tūc tps multiplicarēt̄ p multiplicationē motuū: aut nō bret cē nisi solūmō in mēte: sed ex b q̄ est numer⁹ oīuz motuū b mō nō segī ipm multiplicari p multiplicationē motuū: vt post declarabit Aris. ⁊ Aler. dicit q̄ b q̄ dicit numer⁹ motus p prius ⁊ posterius nō est intelligendū ipsum cē nūeratū p numez ptiū mot⁹ prioz ⁊ posterioz: neq; numerus eaz: sed numerus prioris ⁊ posterioris in motu. i. numeratum eoz: ⁊ per hoc distinguitur nā temporis a natura motus ſm diffinitionem.

¶ Et sicut mot⁹ semp alius sic ⁊ tps. Simul autez ⁊ tps oē idem est: ipm. n. nunc idem est q̄d qdem erat: esse autem ipsi alterum est.

103 ¶ Sed quēadmodū motus est sp vnus post alium ita est tps. Tēpus vo esse insimul est idem q̄n instās est idez: cū fuerit: ſm autē esse diuersatur.

103 ¶ Adest quēadmodū mot⁹ nō inueniunt̄ ptes ei⁹ insimul: ſz q̄libet ps: aut iam defecit: aut nōdū venit: ita est tps: ⁊ intēdebat p b dissoluere q̄ez p̄dictā in cē tpis dicētem: q̄ si tps ē necesse ē vt oēs ptes ei⁹: aut quedā sint insimul: ſz nō est ita. ponit igit̄ b q̄ rectū ē dicere q̄ ptes ei⁹ inueniūtur q̄dam post alias nō insimul: sicut est dispositio in ptib⁹. s. q̄n q̄dam inueniūtur p alias. Deīde dedit dr̄iam ī er tps ⁊ motū: ne existimet̄ q̄ tps est motus ⁊ dirit (tps vo esse insimul est idē). i. sed motus differt a tpe: q̄n motus nō est idē apd illa q̄ mouent̄ insimul: ⁊ tps est idem illis q̄ sūt in tpe insimul: ⁊ cā in b q̄ tps est idē q̄n instans q̄d ē agens tempus est idem in omni motu cum fuerit demonstratum sed esse eius diuersatur. s. p prioritatem ⁊ posteritatem.

¶ Ipsum āt nunc mensurat tps ſm q̄ est prī⁹ ⁊ posteri⁹: ipm āt nūc est qdez sicut idez: est vo sicut nō idez: ſm qdez. n. q̄ in alio ⁊ alio est: alterz est: hoc āt erat ipsi nūc: inquātū āt q̄dūcūqz ens est ipz nūc idem est. Segī. n. sicut dictū est magnitudinē motus: hūc āt tps sicut dirimus: ⁊ similr iam punctū id q̄d ferī: quo motū cognoscim⁹: ⁊ prius in ipso ⁊ posteri⁹. Hoc āt qdem q̄dūcūqz ens est idē est: aut punctū. n. aut lapis: aut aliqd hmōi est: rōe autez alterz est: sicut sophiste accipiūt alterz. Coriscuz in theatro esse: ⁊ Coriscū in foro: ⁊ q̄d hoc iam in eo q̄ alibi ⁊ alibi est alterz: id āt q̄d ferī segī ipm nūc sicut tps motū. Eo. n. q̄d ferī cognoscim⁹ prius ⁊ posteri⁹ in motu. ſm āt q̄ numerabile est prī⁹ ⁊ posterius ipm nunc est: ārē in his qdē q̄d est cū ē ipz nūc est idem: prī⁹ āt ⁊ posteri⁹ est q̄d in motu est: ſz in ipso cē alterz ſm. n. q̄ numerabile est prī⁹ ⁊ posteri⁹ est ipm nunc: ⁊ notum āt marime hoc ē. Et motus. n. pp id q̄d mouet̄: ⁊ loci mutatio pp id q̄d ferī aliqd est: mot⁹ āt nō est. Est qdez igit̄ sicut idē ipm q̄d nūc dr̄ semp: est aūt sicut nō idem: ⁊ nāqz est similiter quod fertur.

¶ Et instans mensurat tps ſm q̄ terminat illō p prī⁹ ⁊ posteri⁹. Et potes dicere q̄ istās quodāmō est idē ⁊ quodāmō nō: q̄n ſm q̄ est vnū post aliud est diuersuz: ⁊ hec est rō instātis: ſm vo q̄ instans est in aliqua hora est idem. Quātitatē. n. sicut dirim⁹ segī mot⁹: ⁊ motū segī tps: sicut dirim⁹: ⁊ ſz hūc modū trāslatio segī trāslatū: ⁊ est illud p q̄d cognoscīt mot⁹ ⁊ prius ⁊ posteri⁹ in eo: ⁊ trāslatuz ſm q̄ est in aliqua hora est idez. Est. n. aut pūct⁹ aut lapis: aut aliud simile: ſm āt cōparationē diuersat̄: sicut sophiste dicūt q̄ sor. diuersat̄ cū fuerit in domo ⁊ cū fuerit in foro: q̄n ipz esse in locis diuersis facit diuersitatez: ⁊ instās segī trāslatum sicut tps segī motū: q̄n p trāslatū cognoscim⁹ prius ⁊ posterius in motu: ⁊ ſm q̄ prī⁹ ⁊ posteri⁹ sunt numeratū est instās. Et silr ēt ſm q̄ instās est i aliqua hora est idē: q̄n prī⁹ ⁊ posteri⁹ sunt in motu: in esse vo diuersat̄: q̄n ſm q̄ prī⁹ ⁊ posteri⁹ est numeratū est instās: ⁊ hoc ppie ē magis cognitū. Motus. n. cognoscīt p rem motā: ⁊ trāslatio p trāslatū: q̄n trāslatū est aliqō demōstratū ⁊ mot⁹ nō est ita. Instās igit̄ quodāmō ē. q. idē sp: ⁊ quodāmō nō est. q. idem: q̄n translatum est tale.

104 ¶ Vult b dissoluere q̄em dictam de instāti dicentez: quo mō dr̄ instās esse vnum aut plura. ⁊. d. (⁊ instās mēsurat tps ⁊c). i. ⁊ instās est cā in mensuratiōe tēporis: q̄n diuidit motus in prius ⁊ posterius: ⁊ b est diuisio ipsius temporis. s. q̄n cum diuiserimus tēpus p instantia accidet in eo prius ⁊ posterius. Cā igit̄ in mensuratione tpis est instans quēadmodum cā in mensuratiōe linee sunt puncta. D. d. (⁊ potes dicere ⁊c). i. ⁊ instans quodāmodo est idez ⁊ quodāmodo diuersum: ⁊ iō dissoluit̄ q̄d predicta: q̄n illa q̄d accidit ex b q̄ instans accipit̄ vnum aut plura simpliciter. cū igit̄ accipit̄ vnū quodāmō: ⁊ plura alio mō dissoluet̄ q̄d. Deinde exposuit istos duos modos: ⁊ dirit (ſz enī q̄ est in alio: ⁊ alio est diuersuz ⁊c). i. q̄n instās ſm q̄ accidit ei vt sit idem in rebus diuersis: vt vnū individuum q̄d inuenit̄ in pluribus locis est diuersum vt sor. esse in foro aliud est ab ipso esse in domo. D. d. (⁊ b rō instantis) .i. ⁊ nō instātis est in diuersitate: q̄n ſm numeratum i quo est rōe est numeratū: ⁊ ſm subiectum est idem. D. d. (ſm vo q̄ instans est in eodē subiecto est idem). i. ſm subiectuz ⁊ dirit: in aliqua hora in loco eius q̄d est in subiecto: sicut fecit in priori ⁊ posteriori: q; subiectū est in aliqua hora: ⁊ .q. d. ſm aūt q̄ est in aliquo vno est vnū: q; est in aliquo ⁊ est in vna hora ⁊ trāslatū est idem: ⁊ exposito dz cē talis: q; instās nō est in aliqua hora: ⁊ sermo ponit sic. instans est in aliquo existente in dispositionibus diuersis: ⁊ q̄d est tale est vnum ſm subiectum ⁊ duo ſm rōnem: ergo instās est vnum in subiecto: ⁊ duo rōne. D. d. (quātitatem enim ⁊c). i. ⁊ cā in hoc q̄ instans est tale est b q̄d dicam. iam. n. predixim⁹ q̄ motus seqtur quātitatem in b q̄ sit ꝓtinu⁹ q̄n ꝓtinuatio ⁊ alia que bz ſm q̄ est quātitas ꝓtinua sunt in eo ex mensura: ⁊ similiter tempus ēt sequitur motum: ⁊ ſm hunc modum trāslatio seqtur translatum ⁊ tempus instans: q̄n instans agit tempus sicut translatū trāslationes ⁊ punctus mensuram vt geometre dicunt cū mouet̄ facit mensuram: ⁊ cum ista sequunt̄ se sc ad inuicem: necesse est etiam

ēt vt agentia ista ꝯsequant̄ se inuicem: ꝛ sic instans sequit̄ translatum: sicut instās segt̄ trāslationem agentem dimē sionem quēadmodum segtur motus dimensiones. D. d. (ꝛ est illud p qō cognoscit̄ motus ꝛc). i. ꝛ translatum cuz b qō agit motum est notius qz motus: cū p ipz cognoscit̄ motus: ꝛ pri⁹ ꝛ posterius q̄ sunt in eo sūt p illud: ipm. n. eē motū facit ipm eē in locis diuersis: ꝛ ipm eē in locis diuer sis dat ꝓbus motus prioritatē ꝛ posteritatem: ꝛ similit instās est noti⁹ in tpe. Deide icepit declarare q trāslatum est vnū ꝑm subiectū ꝛ plura ꝑz diffinitionē ꝛ dixit (ꝛ trāsla tum ꝑm q est ꝛc). i. ꝛ trāslatū ꝑm q est in vno subiecto cō tinuo nō est idem: ꝛ dixit loco eius in aliqua hora: qñ cuz idem indiuiduū cozrūpit̄ ꝛ postea reuertit̄ erūt duo nō idē vt post declarabit̄. D. d. (aut pūctus ꝛc). i. U. g. q transl latum sit aut vnus punctus: vt imaginātur geometre: aut vnus lapis: aut aliud: ꝛ cū declarauit q trāslatū est idem ꝑm q est nō cozruptibile neqz generabile. s. qō cū trāslatū cozrūpit̄ ꝛ postea reuertit̄ erit translatū: incepit declarare modū ꝑm quē est diuersum: ꝛ dixit. ꝑm vo ꝓparationez. i. ꝛ cū trāslatū accipit̄ p se erit vnū: ꝛ cū accipit̄ in respectu ad loca diuersa in qbus est apud suā translationē erit di uersum ꝑm prioritatem ꝛ posteritatē ꝛ accidit ei numerus vt sophiste dicūt q⁹ soz. est aliud in foro ab ipso in domo: ergo soz. est idem ꝛ aliud: ꝛ intēdit q si nō eēt b aliqua plu ralitas nō possent sophiste accipe esse ipm plura simplr: ꝛ dicēdū est eis q⁹ soz. est idem quodāmō ꝛ est ꝑm subiectuz ꝛ diuersuz alio mō. i. ꝑm diffinitionē. ꝛ cū posuit q transl latum est tale: icepit narrare q instās segtur trāslatū: ꝛ di xit (ꝛ instās segtur trāslatū ꝛc). i. ꝛ trāslatū qō agit motuz est cā in esse instantis qō agit tps: quēadmodum tps segt̄ motū. s. q: motus est cā eius q: est subiectū illius: quēad modum magnitudo est cā motus: qñ est subiectū motus. D. d. signū sup hoc: ꝛ dixit: (qñ p trāslatū ꝛc). i. ꝛ signū eius est: qñ er cognitiōe translati prioris ꝛ posterioris co gnoscitur prius ꝛ posterius in motu: ꝛ p b q⁹ translatū pri us ꝛ posterius est numeratum erit istās numeratū ꝛ inuit q esse translati est cā in esse instantis: ꝛ numeratio eius ē cā in numeratione istius. ꝛ cum declarauit q trāslatum ē vnū ꝑm subiectum ꝛ plura ꝑm rōem. s. ꝑm prioritatez ꝛ po steritatem: ꝛ q instans est ꝑm q translatum est ꝛ numeratū ꝑm q trāslatū est numeratū: intēdit ꝓcludere er b q instās est idem ꝑm subiectū: ꝛ plura ꝑm diffinitiōem. i. ꝑm prioritatē ꝛ posteritatē: ꝛ dixit (ꝛ similr ēt ꝛc). i. ꝛ cū istās est p esse trāslati ꝛ numerat̄ p numeratōez illius: ꝛ iā po suimus q⁹ trāslatum est vnū ꝑm subiectū ꝛ plura ꝑm diffi nitionē: ꝛ ita dz eē ēt in instanti: qñ ꝑm q est in vno subie cto semp est idem: qñ ipm est prius ꝛ posteri⁹ in motu. i. qñ instās prius ꝛ posterius in motu est idē: ꝙ trāslatū est idē ꝛ est numeratū: ꝙ trāslatuz numerat̄. Deinde iterauit eām in b ꝛ dixit: qñ ꝑm q prius est numeratū est instans .i. ꝛ cā in b est illud qō dixim⁹. s. qñ eē instātis ꝛ numera tio eius est er b q trāslatū numerat̄. i. multiplicat̄ p pri⁹ ꝛ posterius. D. d. (ꝛ b ꝓpie est notius). i. ꝛ trāslatū cū b q⁹ est pri⁹ instāti in esse est ēt notius apud nos. D. d. (mo tus. n. cognoscit̄ ꝛc.). i. vt mihi vꝫ qñ cū motū ē noti⁹ mo tu q⁹ ē demōstratū: ꝛ motus nō ē demōstratus. s. ꝙgregatus insimul sed mēs facit ipm: ꝛ mot⁹ est notior tpe: sequit̄ q trāslatū qō agit motū sit notius instāti: cuius ꝓportio ad tps ē sicut ꝓportio trāslati ad motū. Deinde fecit reme morationē de b qō declarauit: ꝛ dixit (instans igit̄ ꝛc). i. declaratū est igit̄ er b ꝑmone q⁹ instās quodāmō est quasi idem ꝛ nūqz trāsmutabile: ꝛ quodāmō est transmutabile ꝛ multiplicabile: ꝛ cā in hoc est: ꝙ trāslatum est tale ꝛ per hoc dissoluetur qō de instanti predicta.

¶ Manifestum est aūt q⁹ nisi tps sit ipm nunc non erit vtiqz: siquidem ipm nunc nō erit: tempus nō erit. Simul. n. sunt sicut id qō fert ꝛ loci mutatio: sic numerus q est eius qō fert ꝛ q est loci mutatio nis. Tēpus qdem. n. est loci mutatiōis numerus ipsuz aūt nūc est sicut qō fert: vt vnitas est numeri: ꝛ cōtinuum iam tēpus est ipsi nunc: ꝛ diuiditur ꝑm ipsum nūc: segt̄ aūt ꝛ hoc ad loci mutationez ꝛ ad id qō fert. Et mot⁹. n. ꝛ loci mutatio vn cuz quo fert: ꝙ vnū ꝛ nō q⁹ qñ est ꝛ nāqz si deficiaz: ꝛz nō rōe: ꝛ nāqz determinat prioꝛē ꝛ posterioꝛē tmo tum hoc: segt̄ aūt hoc quodāmō ad punctuz. Et punctū. n. cōtinuat quodāmō longitudinem ꝛ de terminat: ē. n. huius qdē principiū: illi⁹ aūt finis.

¶ Et manifestū est ēt q⁹ cū nō fuerit tēpus nō erit 105
instans: ꝛ cū nō fuerit instās nō erit tēpus. Quē admodū igit̄ trāslatio ꝛ translatū sunt insimul: si militer numerus trāslatiōis ꝛ numerus translati sunt insimul. Numerus. n. trāslatiōis est tēpus: ꝛ instans est numer⁹ trāslati: vt vnitas est de nume ro tēpus. n. est cōtinuū p instans: ꝛ diuisum p in stans: ꝛ hoc segtur trāslationem ꝛ trāslatuz. Ado tus. n. ꝛ translatio sunt idem trāslati si fuerit idez non ita q⁹ sit in aliqua hoꝛa: hoc. n. deficit intētio ne. Et hoc ēt distinguit prius ꝛ posterius in mo tu: ꝛ hoc ēt segt̄ punctū quodāmō. Pūct⁹. n. cō tinuat longitudinem ꝛ diuidit illam: est enim pri cipium ꝛ finis huius.

¶ Cum declarauit q⁹ instās est vnuz quodāmō ꝛ plura alio 105
mō: vult declarare substātiā eius qd sit: ꝛ incepit b declarando q⁹ instās ꝛ tps ꝓsequūtur se in eē: ꝛ dixit (manifestū ē ꝛc.) Deinde dedit cāz in b ꝛ dixit (quēadmodū igit̄ trāslatio ꝛc). i. ꝛ cā in b q⁹ instās ꝛ tps sūt insimul ē: qñ istās ē numerus trāslati: ꝛ tps ē numer⁹ trāslatiōis: ꝛ numerus trāslati ꝛ numerus trāslatiōis sūt insimul: ꝙ trāslatio ꝛ trāslatū sūt insimul. D. d. (ꝛ instās ē numerus trāslati ꝛc). i. ꝛ instās qō ē numerus trāslati ita se hz de tpe: sicut vnitas de numero. D. dedit modū ꝑm quē instās assimulat̄ vnita ti: ꝛ modū in quo differt ꝛ dixit (tps. n. ē ꝓtinuū ꝛc.). i. ꝛz tps ꝓtinuat̄ p instās ꝛ diuidit̄ p ipm. p vnitatē vo diuidit̄ numer⁹: sed nō ꝓtinuat̄: ꝛ instās ꝓtinat tps: cū accipit̄ p termino cōi duob⁹ tpibus: sicut pūct⁹ accipit̄ vltimuz cōe duabus lineis: ꝛ diuidit illud qñ accipit̄ p ꝓncipio futuri ꝛ fine ꝑteriti vt post declarabit̄ bñ. ꝛ cū narrauit q⁹ tps ē vnū ꝑm q⁹ ē ꝓtinuū: dedit cām in b: ꝛ dixit (ꝛ b segt̄ ꝛc). i. ꝛ ꝓtinuatio in tpe ipm eē vnū segt̄ trāslationē ꝛ trāslatum .s. q⁹ cā in b ē: qñ trāslatio cui accidit tps ē vna ꝛ cōtinua ꝛ cā in b q⁹ ista trāslatio ē ꝓtinua ē q⁹ ē vn⁹ trāslati nō trā lati existētis in aliq̄ hoꝛa ꝛ nō in alia: qñ trāslatū qñ defi cit in eē in aliq̄ hoꝛa deficit motū eē. s. q⁹ qñ ꝑuat̄ i aliqua hoꝛa ꝑuat̄ mot⁹: ꝛ simili qñ gelcit ꝛ b itendebat cū dixit (nō ita q⁹ sit i alia hoꝛa) b. n. diminuit itētionē. i. qñ mo tus ē vnus ꝛ ꝓtinuus cum fuerit vnius trāslati nō deficiēs in trāslatiōe in aliqua hoꝛa: qñ si tps eēt in trāslato defi ciēte in aliqua hoꝛa: tūc tps deficeret in aliqua hoꝛa: ꝛ sic tps eēt in tpe: ꝛ er b apparet: ꝓtinuatio motus cui accidit tps: ꝛ q⁹ nūqz deficiet. D. d. (ꝛ b ēt diuidit ꝑus ꝛ posteri⁹ ꝛc). i. ꝛ instās diuidit prius ꝛ posterius in motu: qñ p illd diuidit mot⁹ prioꝛ a posterioꝛi: ꝛ ita actio istātis segt̄ actō nē pūcti. s. q⁹ ista actio q̄ ē diuidere ꝛ distinguere ē puncti pricipalit̄ ꝛ instātis secūdario: ꝛ dixit quodāmō q⁹ pūctus in actu inuenit̄ sup lineā ꝛ instās iuenit̄ in potētia in mo tu: cū sit ipossibile demōstrari vnū instās bis. D. d. (punct⁹. n. ꝓtinuat lōgitudinē ꝛc). i. qñ pūct⁹ ꝓtinuat lineā cuz intelligit̄ dꝫa cōis: ꝛ diuidit illā: cū itelligit̄ pricipiū vni⁹ linee ꝛ finis alteri⁹ linee: ꝛ b intēdebat cū dixit (ꝛ erit prin-

cipiū istius ⁊ finis illius).i.⁊ ista actio p̄cti erit qñ accipitur principiū istius linee ⁊ finis alterius linee ex duab⁹ lineis ꝓtinuis p illū p̄ctuz:⁊ similiter est de instāti.s. qñ dividit tp̄s ⁊ ꝓtinuat ipsum etiam.

¶Sed cū qdez sic accipiat aliqs tanꝯ duob⁹ vtēs vno:necesse est stare:si qdem erit principiū ⁊ finis ipsum p̄ctum:sed ipm nunc pp id qđ mouet: qđ ferr̄ semp alterꝫ est:quare numerus tp̄s est non sicut ipsius puncti:qz ē principiū ⁊ finis. Sed sicut vltima ipsius magis:⁊ nō sicut partes:pp qd dictum est. ¶Medio enim puncto tanꝯ duobus vtimur:ergo quiescere accidet.

106 ¶Sed cum fuerit acceptū hoc:hoc mō ita q vn⁹ punctus accipiat̄ pro duob⁹:necesse est cessare vt idem p̄ctus sit principiū ⁊ finis:instās vo qz trāslatū semp mouet̄ diuersatur:tp̄s igit̄ est numerus nō sicut attributus eidem puncto:qz est principiū ⁊ finis:sed sicut duo fines vni⁹ linee nō sicut ꝓtes ex dictis. ¶Punctus enim medius accipitur pro duobus:ita q quies est necessaria ei.

106 ¶Cum assimilauit instās in tpe vnitati in numero:⁊ dedit dr̄iam inter illa deinde assimilauit illud p̄cto cui magis assimilat̄ ꝫ vnitati:incepit dare dr̄iam inter illū ⁊ p̄ctū ⁊.d.(sed cū fuerit b̄ acceptū ⁊c).i.sed istās differt a p̄cto qñ cū instās fuerit acceptū sicut p̄ctus accipit̄.s.q possibile sit ipm bis demōstrari:sicut est possibile p̄ctuz bis demōstrari:⁊ iō necesse est tp̄s gescere nō moueri:qđ ē impossibile:⁊ cū dirit ita q vnus p̄ctus accipiat̄ ꝓ duob⁹: intēdit q illud qđ est in eo quasi vnus p̄ct⁹ accipiat̄ in linea bis.s.principiū ⁊ finis:⁊ b̄ intēdebat cum dirit(duobus p̄ctis).i.bis:ex quo seq̄t vt hēat situm:sicut linea:⁊ vt sit gescēs.⁊ cū narrauit q si instās fuerit imaginatū in tpe ꝑm q imaginat̄ p̄ctus in linea.s.gescere ad modum p̄cti seq̄t impossibile qđ est tp̄s sequi ad gescens.D.d.cām er qua fuit hoc necesse in puncto:⁊ dirit(cum punctus sit principiū ⁊ finis).i.⁊ est necesse vt iste punctus sit in actu cum sit principiū alicui⁹ in actu ⁊ demonstrati ⁊ finis alterius ēt existentis in actu.instans vo est finis deficientis:⁊ principium deficientis.s.preteriti ⁊ futuri.⁊ cum narrauit q instans in hoc differt a puncto dedit cām in hoc:⁊ dixit(instans vo ⁊c).i.instans non pōt demonstrari bis: qz sequitur translatum qđ semp mouetur:vñ necesse est ipm diuersari adeo q instans qđ demonstrat̄ in scda sit aliud a demonstrato in primo ⁊ cū dedit differentiam inter punctum ⁊ instans ex qua accidit vt numeratio linee sit a puncto ⁊ numeratio motus a tempore:incepit narrare b.punctus enim est cā numeri linee:quēadmoduz instans est cā numeri tp̄is:sed punctus ꝑm q est quiescens ex cā numeri linee inquātum accipit̄ principium vnius linee ⁊ finis secū de.instans vo qz est impossibile ipsum quiescere est impossibile vt sit cā numeri temporis hoc modo.s.idem instans demonstratum:ita q sit finis preteriti ⁊ principium futuri qñ si ita esset tunc esset possibile idem instans demonstrari bis:⁊ hoc accidit in instanti cum fuerit imaginatum sicut punctus:⁊ fuerimus imaginati tempus sicut lineam: ⁊ ideo necesse est vt instans mēsuret tempus saltem p duo instantia prius ⁊ posterius:⁊ ambo sint fines eiusdem temporis:quēadmodum duo p̄cta sunt fines eiusdem linee: ⁊ ideo dirit Aristoteles supius q si nō peceperimus multiplicationē instātis:nō peipiemus tp̄s. Themistius vo vī ꝓcedere tp̄s peipi ad peceptionē vnius instātis qñ assimilatur instās p̄cto:⁊ sicut vn⁹ p̄ctus sufficit in numeratōne linee.s.in diuisione eius saltem in duo:ita est instans ⁊ b̄ erit qñ imaginat̄ pars prior motus in illo instanti ⁊ posterior eo ⁊ hoc erit in tribus instantibus presentibus:⁊ ideo nō est sicut existimauit.nisi esset possibile vnum instans demonstrari bis:⁊ b̄ nō eēt possibile:nisi tp̄s haberet situm ⁊ dirit(tp̄s igit̄ numer⁹ ē ⁊c).i.tp̄s igit̄ est numerus attributus motui pp instans:nō est sicut numerus q attribuit̄ linee:ex hoc q idem tp̄s accipit̄ principium ⁊ finis.sed ꝫ q instans accipitur duo eiusdem tpis.s.vnū principiū et⁹ ⁊ altez finis:⁊ b̄ intēdebat cum dirit:sed sicut duos fines eiusdem linee.D.d.nō sicut ptes ⁊c).i.ex dictis post.s.q punctus ⁊ instans sunt indiuisibilia ⁊ nō sunt ptes coīū in quib⁹ sunt.D.d.(p̄ctus.n.⁊c).i.b̄ dat cāz pp quā ē possibile idem p̄ctum accipi principiū vni⁹ linee ⁊ finem alterius:⁊ qñ p̄ct⁹ demōstrat̄ bis:ita q pp b̄ accidit ei necessario qes:⁊ est impossibile in instāti:qñ seq̄ret ex b̄ vt instās gesceret qđ est impossibile:qz sequit̄ translatum.

¶Et adhuc manifestū q nulla ps ipm nunc tpis est:neqz diuisio mot⁹:sicut neqz p̄cta linee:linee aūt due ptes vni⁹ sunt:ꝑm igit̄ q terminus est ipm nunc: nō est tp̄s sed accidit:ꝑm vo q numerat numerus. Termini qdem ipsius.n.solum sunt cuius sunt termini:nūerus autem qui est horum equorum decem:⁊ alibi est.

¶Et qz manifestū est q instās nō est ps tpis:neqz diuisio ps mot⁹:quēadmodū p̄ct⁹ nō ē ps linee: 107
sed due linee sūt partes vnius linee: tunc instans ꝑm q est finis non est tēpus ꝫ accidēs qđ accidit ei:ꝫ aūt q numerat est numer⁹ qñ fines sūt fines illius solius cuius sunt fines. ¶Numerus vo vt decem arius:sicut dr̄ de vno vnitas:sic dr̄ de decez denarius:vt idem denarius est istorum equorū decem demonstratorum:⁊ aliorum.

¶Cū dedit dr̄iam inter numez tpis ab instāti ⁊ numerum 107
linee a p̄cto:incepit declarare ēt q instās nō est ps tpis ⁊ dirit(⁊ qz manifestū est ⁊c).i.⁊ qz manifestū ē q instās nō est ps tpis qz est dr̄ia iter motū priorē ⁊ posteriorem:⁊ dr̄ia q̄ est iter duos mot⁹.s.priorē ⁊ posteriorē nō est pars mot⁹:ergo instās nō ē ps tpis.D.d.(sicut p̄ct⁹ ⁊c).i.cū sit dr̄ia iter duas lineas.D.d.(sed due linee ⁊c).i.ꝫ due ptes linee q̄s p̄ct⁹ diuidit sūt ille due linee nō p̄ct⁹ vt declarabit̄ i sexto pfecte:vbi declarabit̄ q oē tp̄s ē semp diuisibile:⁊ q instās ē idiuisibile.D.d.(istās igit̄ ꝑm q est finis ⁊c).i.vult declarare q cū b̄ q instās nō ē ps tpis ē accns ei.i.instās ꝑm q est finis in motu nō ē tp̄s:sed ipm eē finē ē accns ei.D.d.(ꝑm aūt q numerat ⁊c).i.ꝑm autē q diuidit tp̄s ē numer⁹.D.d.(fines.n.⁊c)b̄ declarat cāz pp quā instās nō est instās ꝑm q est finis alicuius demōstrati:⁊ ē ꝑm q ē nūer⁹:⁊ ē qñ fines sūt in eo cui⁹ sunt fines ⁊ instās nō inuenit̄ in aliq̄ ppio:⁊ nō i alio sic ē dispositio in nūero:vñ dictū ē in diffinitōe ei⁹ q ē nūer⁹ trāslati

¶Quod qdem igit̄ tp̄s numerus motus ꝑm prius ⁊ posterius sit:⁊ continuū:cōtinui nanqz manifestum est. ¶Minimus aūt numerus est: q simplicit̄ quidē dualitas est. Quidā aūt numerus est: q est qdem sic:est aūt tanꝯ nō est:vt linee minimus qdem multitudine est duo aut vnus: magnitudine aūt ñ est minimus:semp.n.diuidit̄ ois linea: quare ⁊ similiter ⁊ tempus:minimum.n.ꝑm numez ē vnum aut duo:ꝑm aūt magnitudinem non est.

¶Manifestū est igit̄ q tp̄s est numerus mot⁹ ꝑm prius ⁊ posterius:⁊ qđ est cōtinuū cū sit nūer⁹ cōtinui:⁊ habem⁹ accipe numez minimū de ipo simplicter

pliciter. Quod aũt ẽ aliqs numer⁹: possibile quodãmõ inueniri numeꝝ. Et alio mõ impossibile. U.g. qñ minimũ linee est vna linea aut due: i mẽsura vo nõ hz minimũ: qñ ois linea diuidit̃ semp ⁊ similiter est de tpe ẽt: qñ minimuz tps in numero est. U.g. aut vnum tempus aut duo tempora: in mensura vo non est.

108 ¶ Cum dedit differentiã inter nũeꝝ acceptũ in diffinitione tpis ⁊ numeꝝ simplr: ⁊ numeꝝ q est istantia: q est cã in numeratiõe prioris ⁊ posterioris: quẽadmodũ numerus q ẽ pũcta ẽ cã in nũeratiõe linee: p lineas vult inducere accñtia qb⁹ nũer⁹ accept⁹ in diffinitõe tpis differt a nũero simplit̃: ⁊ dirit (manifestũ est igit̃). i. qñ est nũer⁹ mot⁹ nõ ſm q mẽs accipit illũ hñs ptes tñ: sed ſm q accipit illuz hñs ptes priores ⁊ posteriores: ⁊ fecit rememoratiõnẽ de b in b loco pp b q vult ꝓsiderare de accñtib⁹ tpis: ⁊ iõ dirit (⁊ qõ est ꝓtinuũ). i. ⁊ apparet ex hac diffinitiõe q ẽ cõtinuũ cũ sit numer⁹ ꝓtinui. s. mot⁹: ⁊ qz est numer⁹ ꝓtinui: ⁊ nõ est numer⁹ simplr dedit dñam inter numeꝝ simplr in b q paucitas iuenit̃ in eo ⁊ iter numeꝝ alicui⁹ vt ascendat ad modũ quo iuenit̃ in eo paucitas ⁊ mltitudo: ⁊. d. (⁊ habem⁹ accipe ⁊c). i. ⁊ in numero simplr inuenit̃ minimum. U.g. duo aut vnũ si itellererim⁹ p minimũ illõ qõ ẽ idiuisibile. s. vnitatẽ. ⁊ cũ declarauit q in nũero simplr possibile est iuenire minimũ ⁊ idiuisibile. s. vnitatẽ declarauit q numer⁹ alicui⁹ ẽ ecõtrario: ⁊ q quodãmõ inuenit̃ in eo minimũ ⁊ quodãmõ nõ: ⁊ dirit (qõ aũt est aliqs numer⁹ ⁊c). i. illud aũt q est nũer⁹ alicui⁹: possibile est ſm q ẽ numerus vnitatũ idiuisibiliũ: in illo gñe inueniri mimmũ ci⁹: ⁊ ſm q est numer⁹ alicui⁹ cui accidit diuisio in infinitũ nõ in uenit̃ i eo minimũ. D. d. (U.g. linea ⁊c). i. qñ cũ linea accipiat̃ ſm q est numer⁹ mẽsurãs ⁊ numerãs: tũc minimuz eius erit: aut vna linea si itelligit̃ p mimũ illõ qõ nõ est diuisibile in illa mẽsura. s. p qõ mẽsurat̃ nũer⁹ illi⁹ linee: ⁊ ẽ illud qõ est er eo. q. vnitas aut due lince si itelligit̃ p minimũ prima multitudo numeri: duo. n. sũt hmõi. s. qñ sunt minima multitudo numeralis. ⁊ cũ declarauit q accidit ei ſm q est numer⁹ vt ex eo inueniat̃ mimũ illis duob⁹ modis qbus iuenit̃ in nũero icepit declarare q ſm q est mẽsura: ⁊ nõ nũerus simplr accidit ei ẽt vt in eo nõ iueniatur minimũ ⁊ est diuisibile in duo nãlr: ⁊ dirit (mensura ⁊c.) .i. qñ nõ diuidit̃ in indiuisibile sicut diuidit̃ numer⁹: ⁊ b declarabit̃ in sexto istius libri. ⁊ cũ declarauit q in ꝓtinuo quodãmõ inueniunt̃ ppria nũero ⁊ quodãmõ ppria ꝓtinuo ⁊ b erit cũ numerat̃: ⁊ tps fuerit ꝓtinuũ: ꝓclusit ex b q tps est hmõi: ⁊ dirit (⁊ similr est de tpe). i. qz tps est ꝓtinuuz necesse est vt in eo inueniat̃ minimũ quodãmõ ⁊ alio mõ nõ inueniat̃. ſm igit̃ q numerat̃ inueniet̃ in eo minimũ ⁊ ẽ vnũ tps p qõ numerat̃: aut duo tpa. ſm aũt q est mensura nõ inuenitur in eo mimmum.

¶ Manifestũ est aũt pp qõ tarduz qdez ⁊ velox nõ dr: multuz aũt aut paucuz: ⁊ breue ⁊ lõguz. ſm. n. q cõtinuuz est lõguz ⁊ breue: ſm aũt q numerus multum ⁊ paucum. Velox aũt ⁊ tardũ nõ est. Nõ .n. numer⁹ quo numeram⁹ velox ⁊ tard⁹ vllus ẽ.

109 ¶ Manifestuz est igit̃: q in eo nõ dr velox ⁊ tardũ ⁊ dr in eo multuz ⁊ paucũ: ⁊ lõguz ⁊ breue: ſm aũt q est cõtinuuz est longuz ⁊ breue: ſm aũt qõ est numer⁹ est multũ ⁊ paucũ. Velox vo ⁊ tarduz nõ est. qñ nz numer⁹ p quẽ nũerat̃ ẽ velox aut tardũ oio.

109 ¶ Hic dat tria ,ppria tẽpori: quoꝝ vnũ ẽ q nõ est velox aut tardũ. Scdm aũt est qñ põt dici multũ ⁊ paucũ qõ ẽ ppriũm numero. Tertiũ aũt est qñ est longũ ⁊ breue: qõ ẽ ppriũ quãtitati cõtinue: ⁊ b põt dici ſm qõ est cõtinuũ. i. qz segt̃ ꝓtinuũ. multũvo ⁊ paucũ põt dici ſm qz est numerus velox aũt ⁊ tardũ nõ põt dici qz ẽ numer⁹: ⁊ numer⁹ nõ pt dispõi p altez istoꝝ oppositoꝝ: ⁊ ꝟia sũt falla in eo qõ nõ est subiectũ ppriũ eis qõ nõ accidit i ꝟijs. Et ꝙret aliqs: si tps quodãmõ est ꝓtinuũ ⁊ quodãmõ discretũ: quare diffinitũ est p discretũ cũ dr ipm cẽ numeꝝ: dicam⁹ igit̃ ad b q eẽ mentẽ nõ est nisi motũ: ⁊ mot⁹ ⁊ tps nõ sũt nisi qñ mẽs diuidit motũ in pri⁹ ⁊ posteri⁹: ⁊ b est itentio mot⁹ .i. motũ cẽ numeratũ: g. substãtia tpis q est in eo. q. forma est numer⁹: ⁊ qõ ẽ in eo. q. mã est mot⁹ ꝓtinu⁹: qñ nõ ẽ numer⁹ simplr sed numer⁹ mot⁹: ꝓtinuatio igit̃ accidit ei gña mãe: ⁊ discretio. s. numer⁹ gña forme: ⁊ est ꝓpositũ ex duabus quãtitatib⁹. s. discreta ⁊ ꝓtinua: ⁊ ista ꝓpositio accidit mẽsuris qñ diuidunt̃: ⁊ ꝓsideratio q est in decimo euclidis est de magnitudinibus: in illo. n. tractatu ꝓsiderat de magnitudinibus ſm q sunt numerus.

¶ Idem aũt vbiqz est silr: ⁊ pri⁹ aũt ⁊ posteri⁹ non idez: qz ⁊ mutatio qdẽ vna pñs: facta aũt ⁊ futura altera. Tẽpus ãt numer⁹ est. Nõ quo numeram⁹ ſz qõ numerat̃: vel numerat⁹. Hoc ãt accipit pri⁹ ⁊ posteri⁹ sp altera: ipa. n. nũc ⁊ altera sũt. Est ãt numer⁹ vn⁹ qdẽ ⁊ idẽ q est cẽtuz equoꝝ: ⁊ q est centum hoiuz: quoꝝ autem numerus est: altera sunt: vt equi ab hominibus.

¶ Et in oi loco qõ vere est ĩsimul est idez: pri⁹ autẽ ⁊ posteri⁹ nõ est idez: qñ trãsmutatio ẽt pñs nõ est idez. Qõ aũt fuit ⁊ erit: est diuersuz: ⁊ tps nõ nũerus est p quez numerat̃: ſz numer⁹ numerat⁹ ꝓtingit huic: vt pri⁹ ⁊ posteri⁹ ex eo sint sp diuersa: qñ instãtia sũt diuersa. Et numer⁹ centũ equoꝝ: ⁊ numer⁹ centuz hoiuz est idez: illa autez quoꝝ est hic: sunt diuersa: quia sunt equi ⁊ homines. 110

¶ Nititur in b ſmone narrare accidẽtia q̃ accidũt tempori ſm q ẽ numer⁹ ⁊ accidẽtia qb⁹ differt a nũero ſm q nõ est numer⁹ simplr: ſz numer⁹ nũerat̃: ⁊ dirit (⁊ in oi loco ⁊c). i. ⁊ in oi loco illud qõ accipit̃ de tpe pñs ⁊ in actu ẽ idem ⁊ nõ multiplicat̃ p multiplicationẽ motoꝝ: aut motuũ cũ sit nũer⁹ eoꝝ: ⁊ numer⁹ nõ multiplicat̃ p multiplicationez nũerati. ⁊ cũ declarauit b qõ accidit tpi ſm q est nũer⁹: incepit ẽt declarare q accidit ei ſm q est nũeratũ. i. nũerus mot⁹ ⁊ nõ nũer⁹ simplr: ⁊ dirit (pri⁹ ãt ⁊ posteri⁹ ⁊c). i. pri us aũt ⁊ posteri⁹ tpis sũt idẽ ſm subiectũ: sed est diuersum ſm diffinitõez: ⁊ b nõ accidit in nũero simplr: sed b accidit tpi: qz tps est nũer⁹ trãsmutati: ⁊ trãsmutatũ ẽ idẽ ſm diffinitionẽ ⁊ subiectũ. pri⁹ vo ⁊ posteri⁹ diuersant̃ ſm diffinitõnez. s. in prioritate ⁊ posteritate vt dcũ ẽ supius. D. d. (⁊ tps ẽ numer⁹ ⁊c) ⁊ intẽdebat declarare p b q ex b mõ accidit ei diuersitas in ꝑterito ⁊ futuro: ⁊ vlr i ꝑsenti ⁊ posterio ri: ⁊ b ẽ cẽle instãti ⁊ tpi: ⁊ iõ dirit post (⁊ ꝓtingit b ⁊c). i. ⁊ segt̃ ex b q tps ẽ nũerus ⁊ nũeratũ. i. numer⁹ mot⁹ vt pri⁹ ex eo ⁊ posteri⁹ diuersent̃ ſm diffinitõez: ſz sint vnũ ſz subiectũ. D. d. (instãtia. n. sũt diuersa). i. ſm prioritatẽ ⁊ posteritatem. D. d. (numer⁹. c. hoiuz ⁊c) declarauit ex b: qñ ẽ ppriũ nũero simplr b q nõ multiplicat̃ p multiplicationẽ suoꝝ subiectoꝝ: ⁊ q subiecta multiplicant̃: ⁊ qõ illud qõ ẽ nũer⁹ quodãmõ ⁊ nũeratũ alio mõ: sicut ẽ dispõ i tpe accidit ei vtrũqz. s. multiplicari p multiplicatõez subiecti: ⁊ aduuuari p formã. s. ſm q ẽ nũer⁹: ⁊ ex b mõ pri⁹ ⁊ posteri⁹ in tpe sũt idẽ in oib⁹ motib⁹ nõ multiplicata p multiplicationẽ coꝝ: sicut ẽ dispõ in instãti: ⁊ cã i b ẽ: qñ ẽ pri⁹ ⁊ posteri⁹ i motu ꝓtinẽti totũ: ⁊ iõ oia sũt in tpe: qz sũt i spera mũdi: vñ qdã cristimauerũt tps eẽ sperã aut mundum.

¶ Ampli⁹ ãt sic cõtigit motũ eẽ ipz: ⁊ vnũ itez: ⁊ iteruz sic ⁊ tps cõtingit vt annũ: aut ver: aut autũnũ.

111 ¶Et ēt sicut ē possibile vt idē mot⁹ itereť itez post alium: similiter est hoc possibile etiā in tpe. V.g. hyems ⁊ ver ⁊ autumnus.

111 ¶Declarat b̄ q̄ accidit tpi illō qō accidit motui circulari ⁊ b̄ demōstrat ip̄m seq̄ motū circulare nō motū rectū: motus.n.q̄ pōt iterari itez post alīū est idē cū circulari: ⁊ adduxit p̄monē p̄m modū p̄monis dicētis cām ei⁹ qō est tps circulare. Et.q. aliqs diceret: quomō est possibile tps reuolui. Et tūc diceť illi: q̄ declaratū est ēt ip̄m seq̄ motum ⁊ quēadmodū possibile est eūdē motū reuolui in se. s. circulare sili⁹ tps. V.g. hyemē: ⁊ autūnū: ⁊ estatē: ⁊ ver: quoniā vnumquodq̄z resoluitur.

¶Nō solū aūt motū tpe metimur: sz motu tps qō diffiniať ad inuicē. Tps qdē.n. determinat motū cū sit nūer⁹ ipsi⁹: mot⁹ āt tps: ⁊ dicim⁹ multū ⁊ pau cū tps motu mēsurātes: sicut ⁊ numerabilib⁹ numez. Vt vno equoz numez. Nūero.n. equoruz multitudinē cognoscim⁹: itez āt vno equoz nūez ip̄m: sili⁹ āt est ⁊ in tpe ⁊ in motu: tpe qdem.n. motum: motu autem tempus mensuramus.

112 ¶Et nō solūmō mot⁹ mēsurať p tps: sed tps p motū ēt: q̄m vtrūq̄z determiat reliquū. Per tps enī determiat mot⁹: q̄ est nūer⁹ illi⁹ ⁊ q̄ñq̄z ēt tps per motū: dicim⁹.n. tps magnū ⁊ parūm nos mēsurā do ip̄m p motū: quēadmodū ēt p nūeratū terminam⁹ numez. V.g. q̄m q̄ñq̄z notificam⁹ numerū istoz equoz p vnū equū illoz: quēadmodū igiť p nūez notificam⁹ nūez equoz ⁊ p vnū equū ēt notificam⁹ illū nūez: ita ē ēt de tpe ⁊ motu: mēsuram⁹.n. tempus p motum ⁊ motum p tempus etiam.

79 ¶ Idest ꝛ ista ratiocinatio ꝛ ipsa in qua concludit q̄ motuz nō peruenit ad extremuz spatij q̄ pertransit medietates infinitas sunt eedez genere aut spē. D. d. (sed differunt ꝛc). i. qñ diuisio in prima ratione est p̄m medietatem. s. in mediate ipsius magnitudinis. Hic autem diuisio infinita est p̄m excessum qui est inter duo mota: ꝛ nō est p̄m medietatez: sed est diuisio notata a ꝓportione que est inter motum velocis ꝛ tardi: vt declarauim⁹ (ꝛ ista rōcinatio sequitur ꝛc) .i. p̄m diuisionē que accipitur i vtraq̄ in infinitū in magnitudine (sequitur enim in vtraq̄ rōcinatione non peruenīri ad extremum ꝛc). i. qñ quēadmodū in questione medij sequitur vt motum non peruenīat ad extremum spatij: ita b sequitur vt velocius non peruenīat ad vltimum in quo est tardius: ꝛ dirit (aliquo modo diuisionis) quoniam ois diuisio qua magnitudo diuiditur est infinita: vt dictum est in sermone de infinito. D. d. (sed additum est in ista ꝛc). i. sed consequens acceptum in hoc syllogismo est aliud a consequēte in primo: illic enim fuit dictuz q⁹ si mot⁹ sit sequiť vt nullum motū pertranseat aliqđ spatiū: hic aūt dicit q⁹ si motus sit: sequitur velocissimum nūq̄z attingere tardissimū. D. d. (ex quo necesse est vt dissolutio ꝛc). i. ꝛ cum cō sequens est in eis idem ex quo accidit deceptio: necesse ē vt dissolutio questionis sit eadem in eis. i. in hoc qđ post dicet: quoniam motū nō pertransit medietates in actu in spatio: ꝛ hoc manifestum est ex dictis q⁹ motū est in spatio in instanti. D. d. (hoc aūt quod affirmauit ꝛc). i. hoc aūt qđ probauit ex hoc quod dirit: q⁹ precedens nō attingitur est falsum: ita q⁹ fere equiuocantur in arabis: quoniam ꝛ si nō attingitur dum precedit necessario cum fuerit precedēs ꝛ elongabitur spatium attingetur: cum concesserit q⁹ motum pertransibit spatium. Quoniam cum hoc fuerit positum ꝛ velocius mouetur per maius spatium in tpe equali necesse est vt velocius moueatur in tempore motus tardioris per spatium excedens spatium tardioris p̄m quantum distant. Qñ p̄m velocitatē ei⁹ minoratur spatiū excedēs donec perficiatur sicut perficitur spatium per quod motuz mouetur cum igiť concesserimus q⁹ motum pertransit spatium: segtur vt veloci⁹ attingat tardum.

¶ Tertia autem que nūc dicta est: qñ sagitta q̄ fertur stetit. accidit autē p̄m q⁹ accipit tp̄s componi ex ipsis nunc: non dato enīz hoc non erit syllogism⁹

¶ Tertia aūt rōcinatio ē quā iam dirim⁹ in hoc loco: qñ sagitta transferť ꝛ est quiescens: ꝛ ista segť ex hoc q⁹ cōposuit tp̄s ex instantibus: si enī hoc nō cōcedať nihil cōcludet ex syllogismo. 80

¶ Dicit tertia vo rōcinatio ē illa quā induxim⁹ in initio ist⁹ sermonis: ex qua apparet sagittā quiescere dū transferť. D. d. (ꝛ ista sequitur ꝛc). i. videtur q⁹ ista rōcinatione b sequitur q⁹ opinatus est q⁹ tp̄s ꝓponiť ex instātib⁹ q⁹ si essz instantia essent in actu: ꝛ si b esset ꝛ esset positum q⁹ illud qđ mouetur p aliquā magnitudinem est in eo in instanti: contingeret motū quiescere in magnitudine. D. d. (si enīz hoc nō cōcedatur ꝛc) ꝛ hoc quod dirit manifestum est. 80

¶ Quarta aūt ratiocinatio ē ex his que i stadio mouenť ex contrarietate equalium magnitudinū iuxta equalia: horz quidē a fine stadij: illorz autez a medio equali velocitate. In quo accidere opiať equale tempus duplici medium.

¶ Quarta vo rōcinatio ē quā posuit in magnitudinibus equalibus que mouenť contra magnitudines equales sibi motu contrario: ita q⁹ ille moueā tur a fine stadij: he vo a medio: motu equali in velocitate. Ex quo videť seq q⁹ tp̄s dimidiū sit equale duplo. 81

¶ Ista deceptio fūdať super b: q⁹ si mot⁹ sit tūc mota eqlia i velocitate nō ptrāsibūt in equali tpe spatiū eqle. Sz in eo dē tpe vr̄ pertrāsire vnū spatiū ꝛ suū duplū: ꝛ post ꝺclarabit hāc deceptionē ꝛ dirit (quā posuit in magnitudinibus ꝛc). i. quā accepit ex magnitudinib⁹ equalib⁹ quoz vtrūq̄z mouetur motu equali ꝺrio motui reliq in spatio eqli. D. d. (ita q⁹ ille moueaňt ꝛc). i. ꝛ tūc ꝓtingit in istis magnitudinib⁹ eqlib⁹ que mouentur sicut boies mouēť in stadio: vt altera v deať sensu moueri i eodē tpe: p idē spatū: ꝛ suū duplū: aut altera moueatur p spatiū duplū ei per qđ reliq̄ mouēť. Cū posuerim⁹ magnitudines quaz due sunt eq̄les stadio ꝛ oēs sunt eq̄les: ꝛ posuerim⁹ q⁹ alie due icipiūt moueri in ordine a medio stadij: ꝛ alie due incipiant mouere ab initio stadij: in ordine ad ptē ꝺriā ei ad quā alie mouētur. Hoc. n. posito apparebit dual magnitudines eq̄les esse in velocitate: q̄z altera in eodē tpe ptrāsit duplū ei qđ ptrāsit reliqua vt declarabiť post. D. d. (ex q̄ vr̄ seq ꝛc). i. ꝛ ex hocvr̄ sequi q⁹ tempus dimidū sit equale suo duplo qñ cū posuerim⁹ q⁹ idem motū equalis velocitatis ptrāsit magnitudines equales in tpe equali: ꝛ q⁹ ptrāsit duplum spatiū in tpe duplo: ꝛ illud quod mouēť ex his magnitudinib⁹ vr̄ pertransire vnū spatiū ꝛ suū duplū in eodē tpe: seq tur si retinētes fuerim⁹ b q⁹ motū ptrāsit duplū spatij i duplo tp̄is: vt duplum temporis sit equale suo dimidio: ꝛ b intendebat cum dirit (vt tempus dimidium sit equale duplo). si sequitur ex b vt temp⁹ dimidiū sit eq̄le suo duplo. 81

¶ Est aūt deceptio in eo qđē q⁹ hoc extra mouēť: illud aūt extra qescit: equalem magnitudinē volens equali velocitate p̄m equale fieri tp̄s: hoc aūt falsū est: vt sint equales stantes magnitudines in quib⁹ sunt. a. a. a. alie aūt in quibus sunt ipsa. b. b. b. incipientes a medio ipsorum a. que equales p̄m numerum ꝛ magnitudinem sunt. alie autem in quib⁹ ipsa. c. c. c. ab vltimo. b. equales his sunt numero ꝛ magnitudine ꝛ eque veloces ipsis. b. Contingit igitur primum. b. simul cum vltimo a. esse ꝛ primū c. ab inuicem eorum que mouētur. accidit aūt ip̄m


.c. iuxta

c.iurta oia.a.a.a.trāsire ipsum.b.ad media.a.qua re mediū erit tps. Equale.n. vtrūqz erit ad vnum quodqz. Simil aūt accidit ipm.b.ad oia.c.c.c.trās actū eē: simul enim ē primū.c.z primū.b.in cōtrarijs vltimis equali tpe ad vnūquodqz factum ipso ruz.b.b.b.quātum quidez est ipsoz.a.a.a.vt dicit ex eo q ambo i equali tpe circa.a.a.fieri: rō quidē igitur hec est: accidit aūt ad dictā falsitatem.

8z ¶Et deceptio in rōne accidit: qz posuit q alterz eorum que sunt equalis velocitatis mouet ad partez moti: reliquū aūt ad partē gescētis p equalē mēsuraz: z hoc ē falsum. U.g. sint magnitudines.a.a. equalia quiescētia. Et magnitudies.b.b. equales istis numero z quātitate: z sit initiū motꝰ eoz a medio illarū magnitudinū.s.a.a. Et magnitudines c.sint equales istis numero z quātitate z velocitate. Et sit initium motus eorum ad finē magnitudinū.b.b. Cum igitur iste magnitudines mouean cōtra inuicez necesse erit vt prima magnitudo magnitudinū.b.perueniat ad finē illꝰ. cū peruētu prime magnitudinis magnitudinū.c.ad finē eiꝰ. Et necesse erit.c.pertransire p oēs magnitudines.b. z.b.transire per dimidia eoz.ex quo segt vt tps sit dimidiū: nā vtrūqz dimidioz magnitudinū equale ē vtriqz eoz cōtra q̄ mouet. cū quo segt vt.b.b. ptrāseat p oēs magnitudines.c.insimil eni puenit prima magnitudo magnitudinū.c.z prima magnitudo magnitudinū.b.ad finē cōtrarioz. Et sic tps dicit in eiꝰ ptrāsitu p magnitudines.c.erit equale tpi in ptransitu eiꝰ p magnitudines.a.qz transeunt per magnitudines.a. in tpe equali. Ratio vo hec est: z cōtingit ex falso predicto.

¶Demōstratio q si magnitudo moueatur in oppositū mobilis: mobile in minorī tpe eā ptransibit.

Magnitudo stans.




8z ¶Idest z deceptio accidit in hoc q̄n qz neče est.s. vt alteruz duoz motoꝝ equaliū i velocitate mouet p gescēs: reliquū aūt per motū ad cōtrariā partē: iō necesse est hoc in duob⁹ motis equalib⁹ in velocitate: quoz vtrūqz mouet p quiescē tē magnitudinē. Q̄n in his necesse est vt ptrāseant spatiū equale in tpe equali: z ipse decipit videndo q illud qō contingit in duob⁹ motis que mouet p rē gescētē cōtingit silr in eis quoz vnū mouet p rē gescētē: reliquū aūt p rē motā z hec deceptio est p̄m quid z simpliciter deinde idurit exemplū: z dicit (C. U.g. z c) .i. pōant igit due magnitudies equales ꝓtinue quiescētes. U.g.a.a. z sint alie due magnitudies equales istis duab⁹ magnitudinib⁹: z sint ordinate in motu ita q sint cōtigue z mote per has duas magnitudines: imaginando q prima illaz erat quiescēs per primā magnitudinē.a.a. deinde incepit moueri. Et sic erit motꝰ istarum duaz magnitudinū incipiēs a medio duaz magnitudinum gescētiū: z sint iste due magnitudines.b.b. Et sit prima magnitudinū.b.añ motū super primā magnitudinū.a.z sic initiū motus istaz duaz magnitudinū erit a medio duaz magnitudinū quiescētiū. Deide dicit (z magnitudines.c.c.z c) .i. sint alie due magnitudines cōtinue etiā z mouean ordinarie z ꝓsequēter z sint.c.c. equales duab⁹ magnitudinib⁹. b.b.z quātitate z velocitate z sit initiū motꝰ eoz ex magnitudinib⁹.b.b. motis ad ōriā partē ad quā mouent magnitudines.c.c. Deinde dicit (cū igit mouet iste magnitudies z c) .i. cū igit magnitudines.b.b. moueant a duob⁹ medijs magnitudinū.a.a.z magnitudines.c.c. moueāt.a. fine magnitudinū.b.b. motu cōtrario motui magnitudinū .b.b.z equali ei in velocitate: necesse est vt prima magnitudo magnitudinū.b.z est illa q̄ mouet ex duob⁹ medijs magnitudinū.a.a. gescētiū pueniat ad finē magnitudinū.a.cū puēte prime magnitudinis ēt magnitudinū.c.c. ad finē magnitudinū.b.b. vt figuraliter assignauim⁹. Nā i tpe in quo prima magnitudinū.b.b. ptransit alia magnitudinē magnitudinū.a.a. gescētiū: in eo ptransit prima magnitudinū.c.c. duas magnitudines.b.b.cū moueant ad cōtrariū motui magnitudinū.c.c. motu equali motui magnitudinū .b.b.z magnitudines sunt eq̄les. Deinde dicit (z necesse erit vt.c. trāseat z c) .i. qz.c. primū cū transiuerit p magnitudines.b. b.in tpe in quo trāsiuit p medietatē magnitudinū duaz.a. a.z due magnitudines.b.b.sūt equales duab⁹ magnitudinib⁹.a.a. necesse est vt.c.trāseat p duas magnitudines.b. de magnitudinib⁹ aūt.a.nō trāsit nisi p medietatē tiū z hoc in tpe equali. Deinde dicit (ex quo segt vt tps sit dimidiū) .i. ergo necesse est vt tps in quo.c. primū trāsit p magnitudinē.a.sedaz sit medietas temporis in quo.c. primū trāsit p duas magnitudines.b.b.cū due magnitudies.b.b. sint duplū magnitudinis.a.sede: z hoc intendebat cum dixit (q̄n vtrūqz duoz modoz magnitudinū z c) .i. q̄n insimul pueniat magnitudo prima magnitudinū.c.ad finē magnitudinis.a.secūde: z perueniat prima magnitudo magnitudinū c.ad finē duaz magnitudinū ꝓtriaz. s. magnitudinū.b. b.qz sunt equales z equalis motꝰ. Deinde dicit (z sic erit tē pꝰ z c) .i. ex quo segt vt fingit si motꝰ sit vt.c. primū trāseat p magnitudines.b.in tpe equali transitui eiꝰ p alterā duaz magnitudinū.a.z qz altera duaz magnitudinū.a.est dimidiū duarū magnitudinū.c.c. necesse ē vt pertranseat illā in medietate istiꝰ tpis: z sic medietas tpis erit equalis toti. Et cū ꝓpleuit hāc rōnē dicit (rō vo b est z cōtingit ex falso predicto) .i. nam propositio dicens q duo mota equalia i velocitate pertrāseūt spatiū equale nō est vera: nisi cū hac determinatione. s. vt illud per qō est motꝰ sit gescens. Si aūt motū falsa erit ꝓpositio: ergo illud quod verum est p̄m qd existimauit esse verum simpliciter.

¶Neqz igitur p̄m mutationē in cōtradictiōem nullū nobis erit ipossibile: vt si ex albo mutaī in nō albū: z i neutro ē. Tāq̄ ergo neqz albū erit neqz nō albū: nō eniz si nō totū in quolibet ē nō dicet albū aut nō albū. albū eniz aut nō albū dicim⁹. nō quo totū sit hmōi sz quo plures aut magis ꝓprie partes. nō idē aūt ē nō esse in hoc: z nō eslet in hoc totū. silr aūt z in eē z in nō eē z in alijs q̄ p̄m cōtradictionem sūt: erunt quidē eni ex necessitate in altero oppositoz: in neutro aūt nō totum semper

¶Neqz etiā cōtingit nobis ipossibile oīno ex transmutatiōe q̄ ē in cōtradictoria. U.g. q̄n si aliquid 8z

transmutaꝫ de albo in nō albū: nō ē in altero eoꝝ ⁊ sic neqz erit albū aut nō albū. qm̄ nō si ꝑz totū nō fuerit aliquid in altero eoꝝ qōcūqz sit nō dicet eē albū aut nō albū. ¶Dicim⁹ eni aliqd eē albū aut nō albū. nō qz totū est tale: sed qz maxime partes eius ⁊ plures sunt tales: ⁊ intētio in hoc q aliqd sit tale est eadē intētio in hoc quod aliquid totū sit tale. ⁊ ꝑm hoc est etiā de ente ⁊ de nō ente ⁊ de alijs q̄ dicūt ꝑm cōtradictionē. ¶Qm̄ necesse est vt res sit in altero eoꝝ idest q ꝑm totū nō est alterum eoꝝ.

¶Demōstratio q si magnitudo moueatur in oppositū mobilis: mobile in mīnori tpe eā ptransibit.



83 ¶Ista questio est qō per se in esse motꝰ ꝓter qōnē zenonis ⁊ ꝓpositio eiꝰ ē talꝫ si trāsmutatio sit de nō esse i eē: aut de eē in nō eē: necessario dū trāsmutatio ē trāsmutatū: aut erit i eē: aut nō eē: aut in vtroqz: sed impossibile est ipsū eē in nō eē: cū nōdū est nedū vt sit trāsmutatū: ⁊ impossibile ē ipsuz transmutari in esse nā eē est ḡs quoquo mō. silr ⁊ impossibile ē ēt vt sit ens ⁊ nō ens ilsimul: ⁊ cū hec tria sint impossibilia: ergo impossibile est transmutationē fieri de nō eē i eē aut ecōtrario ⁊ dixit (neqz cōtingit nobis ⁊c). i. q̄ fit de eē in nō esse: aut ecōtrario: aut que fit etiā de cōtrario i ꝓtrariū. Accidit eni huic vt sit de nō esse in esse quodāmodo. de inde indurit qōnē ⁊ dissoluit eā: ⁊ dixit (. U. g. ⁊c). i. nā nō sequit si illud quod transmutaꝫ in albedinē dū trāsmutaꝫ neqz est albū neqz est nō albū vt neutrū sit simpliciter: hoc enim est impossibile: sed illud quod sequit est vt dū trāsmutatio est sit ꝑm quādā partē nō albū: ⁊ ꝑm aliaz nō albū: ⁊ ꝑm hoc nō sequit ipossibile. Et hoc intēdebat cū dixit (qm̄ si ꝑm totū nō fuerit aliqd ⁊c). i. qm̄ si aliqd nō fuerit ꝑz totū: in altero duoꝝ oppositoꝝ nō sequit ipsum nō disponi ab vtroqz opposito in duab⁹ ptib⁹ diuersis: sed segt ipsum nō dispōi ab vtroqz opposito insimul: ⁊ simplr. s. q cum nō fuerit verꝝ aliquid esse albū ⁊ nō albū totaliꝫ: nō erit verꝝ ipsū eē albū ⁊ nō albū insimul: nā erit verꝝ ipsum eē albū in pte: ⁊ nō albū in alia parte: ⁊ B intēdebat cū dixit (dicim⁹ enim ⁊c). Deinde cōfirmauit hoc ⁊ dixit (⁊ nō est intētio in hoc q aliquid sit tale ⁊c). i. ⁊ dicere aliquid esse tale ꝑz partē: ⁊ ipsū esse tale ꝑm totū: nō est idē. Impossibile enim nō accidit nisi cū aliquid dicit ꝓtraria habere insimꝫ ꝑz totū ꝑm particulas vo nō est ipossibile. D. d. (⁊ ꝑm hoc est de ente ⁊ nō ⁊c). i. qm̄ dissolutio est eadē in eis. Deinde dixit (qm̄ necesse est ⁊c). pōt intelligi: qm̄ neꝯ est vt aliqd sit in altero duoꝝ oppositoꝝ: ⁊ est qm̄ illud ꝑm totū nō est i vno eoꝝ vel pōt intelligi qm̄ neꝯ est vt duo opposita sint i aliquo insimul: cū neutrū sit in ipso toto: ⁊ q nō est necesse q in aliquo sit alterꝫ oppositoꝝ cū in eo toto sit alterꝫ eoꝝ: ꝑm igitur primā expositionē erit hec dictio altero superflua. ꝑm autem secūdam diminuitur a suis verbis negatio ita q sic legaꝫ. (Qm̄ necesse est vt nō sit aliqd in altero duoꝝ oppositoꝝ cū illud totū nō fuerit in altero eoꝝ) aut in istis verbis forte est inuolutio ista q sic debet legi (qm̄ aliqd ne cesse ē vt sit in altero duoꝝ oppositoꝝ cum totū fuerit in al tero eoꝝ ⁊ ipsuz nō ꝑm totū in hoza transmutatiōis est in al tero eoꝝ ⁊ ista expositio est euidentioꝝ.

¶Silr aūt in circulo ⁊ in spera ⁊ oino q̄ in ipsis mo uēt qz acciderct ipsa quiescere. In eodē enim loco ꝑm tempus quoddam sunt ⁊ ipsa ⁊ partes. Quare quiescent simul ⁊ mouebuntur.


¶Et ēt necesse est in circulo ⁊ spera ⁊ vlr in reb⁹ q̄ 84
mouēt in eis vt sint qescētes. naz hec ⁊ sue partes sunt aliquo tempoꝝ in eodez loco: ex quo sequitur vt sint quiescentes ⁊ mote insimul.

¶Hec ē quta questio zenonis in destruēdo motū qm̄ si mo 84
tꝰ sit: neꝯ ē vt circulus ⁊ spera sint quiescētes ⁊ moti ilsiꝫ: nā cū spera mouet nō separaꝫ a loco in quo mouet neqz ꝑm totū: neqz ꝑm ptes: sed oē qō mouet separaꝫ: ergo spera ē qescēs ⁊ mota: qō est impossibile: ergo motꝰ nō ē: ex B eniz segt ipossibile. D. d. (hec enim ⁊ sue ptes ⁊c). i. ⁊ cū circu lariter moueaꝫ. s. circa suū cētrū: ⁊ in eodem loco.

¶Primū qdē eniz ptes nō sunt in eodē nullo tpe. Postea ⁊ totū semp mutaꝫ in alterū. nō eni eadez est ab ipso. a. accepta circulatio q̄ ē ab ipso. b. ⁊. c. ⁊ ab alioꝝ vnoquoqz signoꝝ: nisi sicut musicꝰ homo ⁊ homo quia accidit. Quare mutatur semper ab altera in alteram: ⁊ nequaq̄ quiescit. Eodem aūt modo ⁊ in spera ⁊ in alijs que in seipsis mouentur.

¶Ad hoc aūt dicamꝰ primo qm̄ ptes nō retinēt eūdē 85
locū aliquo tpe oino. Deinde totū ēt trāsferꝫ sem p ad aliud ab eo in quo erat: arcꝰ eni q accipiꝫ cuiꝰ principiū ē a pūcto. a. nō ē idē cū arcu cuiꝰ principiū ē a puncto. b. aut a pūcto. c. aut ab aliquo alioꝝ pun ctoꝝ: mīs sicut musicꝰ ⁊ hō sunt hō. qz accidit ei. vī necesse ē vt vnꝰ eoꝝdē arcuū trāsferaꝫ ali ad alte rū semper ⁊ nunq̄ quiescat: ⁊ similiter de spera etiam: ⁊ de alijs que in eis mouentur.

¶Demōstratio q totū ex circulo trāsferꝫ sic trāsferūꝫ ptes



¶Cū indurit qōez zenonis in spera ⁊ circulo icepit dissolue 85
re ⁊ dixit illam (ad hoc aūt dicamꝰ ⁊c). i. dicaꝫ igitur i dis solutione istiꝰ qōnis. primo vo qz hoc quod ponit q ptes eiꝰ sunt inseparabiles ab eodē loco est falsuz. D. d. (dein de totū trāsferꝫ ⁊c). i. secundo vo dicamꝰ qm̄ totū ex spera ⁊ circulo transferꝫ sicut transferūꝫ partes: trāsferꝫ. n. de ali quo in aliud ab eo in quo erat: ⁊ cū narrauit hoc de spera ⁊ de circulo incepit declarare hoc in circulo vt transferaꝫ de circulo ad sperā ⁊ dixit (arcus enim ⁊c). i. necesse est vt totꝰ circulꝰ transferatur apud motū circa centrū de alio in aliqd. Qm̄ si imaginati fuerimus multa puncta esse i con nero eiusdē circuli tūc ille circulꝰ diuidetur p illa puncta i multos circulos. Ois enim punctꝰ positus in circulo deseri

bit

bit circulū aliū ab eo: quē describit alius punct⁹. s. q⁹ numerus circuloꝝ erit ꝑm numerum pūctoꝝ. ⁊ cū ita sit tunc circul⁹ cū transferē in cōcauo: aut sup connexum circuli transferē de circulo in circulū diuersum ab eo rōne: ⁊ si sint idē subiecto: ⁊ cū isti circuli q sūt i rotūdo in q̄ ē trāslatio ꝫ numerū circuloꝝ qui sunt in rotūdo quod transferē: necesse est vt circulus trāsferat de circulo in circulū: ergo circulus transferē ꝑm totū de loco in locū diuersū ꝑm formā: ꝫ non sit diuersus ꝑm māiā: ⁊ similiter est de spera. spera. n. diuidit in speras infinitas per lineas que imaginantur in circūferētia crūtes a polo ad polū. s. medietates circuloꝝ. Quaꝝ iste medietates diuidunt sperā in multas speras sicut pūcta diuidūt circulos. D. d. (arcus enim ⁊c) ⁊ intendit p arcū arcū ꝙplete circulatiōis. i. q̄n circul⁹ sicut dixim⁹ diuidit per pūcta in multos circulos ꝑm numeꝝ pūctoꝝ. D. d. (nisi sicut music⁹ ⁊c). i. ⁊ circul⁹ quē diuidit alt⁹ punctus nō dr̄ idem numero nisi sic dr̄ q⁹ hō ⁊ music⁹ sūt idē in numero. i. qz accidit eis q⁹ fuerint idē nō per se. Nō enī ⁊ music⁹ sunt idē ꝑm subiectū: ⁊ quod est idē ꝑm subiectū est idez per accidens: idē enim in rei veritate est idē ꝑm formam: ⁊ silr circuli quos pūcta diuidūt. s. q̄ imaginat in eodē circulo sūt idē per accidēs: qz subiectū eoꝝ est idē: ⁊ sunt plures qz forme eoꝝ sunt plures. si igit illud quod mouet in loco necesse est ipsuꝫ mutare locuꝫ. loc⁹ aūt differt a loco: aut p se tm̄: aut ēt p se: ⁊ p accidēs: necesse ē vt oē motū mutet locū: aut ꝑm formā. i. sicut ē in spera: aut forma ⁊ subiecto sic̄ est in eis q̄ mouētur recto. Zeno aūt cū videret sperā nō mutare locū p accidens existimauit ipsaꝫ nō mutare illud per se er quo dirit sperā gerere. Auicēna vo qz nō distinxit alietatez que est in loco per se: ab ea que est p accidēs. s. alietatē que est ꝑm subiectū: nō ꝑm formā: ⁊ cōcessit speraz moueri: coact⁹ est appellare motū spere, motū in loco. Uñ nitit vt dcm̄ est sanare egritudinē per maius egrū: declaratū ē enī q⁹ in predicamento situs nō est mot⁹ qz ē ad aliqd: ⁊ illud qđ ē ad aliqd ē indiuisibile. Si igit intēdebat q⁹ iste mot⁹ ē i pdicamēto positōis: qđ ē i ipsa positiōe: qz spera trāsferē de positiōe in aliā: erit vez: sed tm̄ mot⁹ ei⁹ nō erit in positione: sed de positiōe in aliaz: ⁊ hoc inuenit de trāslatis i loco recte. q̄n transferūt de pōne in aliā aut diuersā ꝑm numeꝝ aut ꝑm spēm. spera aūt trāsferē de pōne in aliā diuersā ꝑm numerū. qd igit vtile dedit nobis cū dixit q⁹ iste mot⁹ est in situ: nisi intendebat q⁹ illud qđ mouet hoc motu nō diuerlat ꝑm situ. Hoc enī ꝓprīū ē huic motui scdm tm̄ nō sequit̄ ex hoc q⁹ mot⁹ ei⁹ est in situ: nā iste sermo valde est sophisticus. D. d. (ergo necesse ē vt vn⁹ arcuū ⁊c). i. ergo necesse ē vt vn⁹ arcuū pfectoꝝ circuli: quē describit aliqs pūct⁹ trāsferē semp ab arcu ꝙpleto circuli: suppōit ad aliū arcū completū ēt: deinde de illo ad aliuz ⁊ silr donec reuertat ad arcū cōpletū: a quo est separatus. Et tunc vnus arcuū transferē ꝑm totū: qz transferē de vno arcu ad alīū: ⁊ forte intendit: ergo necesse ē vt vn⁹ arcus trāsferat semp p trāslatiōez alteri⁹ arc⁹ sequentis ad aliā sequētē: ⁊ hoc ē apparentius. D. d. (⁊ silr est de spera ⁊c). i. ⁊ qz transfertur ꝑm totuz vt dirimus in circulo.

¶ Ostensis aūt his dicim⁹ q⁹ impartibile nō cōtingit moueri nisi ꝑm accidēs. vt in coꝝpore moto aut magnitudine in qua ē: sicut si in naui moueat a nauis motu: aut pars totius motu. impartibile aūt dico qđ est ꝑm quātitatē indiuisibile: ⁊ nāqz ptiū motus alteri sunt ꝑm q⁹ partes ⁊ toti⁹ mot⁹. videbit ār aliqs in spera maxime differētiā. Nō enīz eadē velocitas erit ipsoꝝ que sunt iuxta cētrū: ⁊ q̄ extra ⁊ q̄ toti⁹ sunt: sicut nō vnius sēper existēte motu. Sicut igitur dicebā sic quidē cōtingit moueri impartibile sicut in naui sedens naui eunte. Per se enīz non contingit.

16 ¶ Hoc quidē declarato dicēdū ē q⁹ indiuisibile moueri impossibile est nisi per accidēs. U. g. cū coꝝp⁹ aut magnitudo mouet per illud i quo est. Ut illud quod est in naui per cursuꝫ nauis: aut sicut ps mouet p motū toti⁹: ⁊ dico indiuisibile illud qđ nō diuidit in quātitate: qm̄ mot⁹ partū etiā sunt diuersi ꝑm ipsas partes: ⁊ ꝑm motum toti⁹: ⁊ ista diuersitas sicut i spera p̄prie: velocitas ei⁹ enim quod vicinatur centro: ⁊ eius quod est extra: ⁊ velocitas eiusdem ipsius: nō est eadem velocitas: ac si mot⁹ non esset vnus. Est igitur vt dirimus: ꝫ vo hunc modum possibile est vt impartibile moueatur scilz ꝑm quem mouentur sedentes in naui cum nauis currit: per se autem impossibile est.


¶ Cū idurit qōnes zenonis in motu vult declarare q⁹ idiui 86
sibile nō mouet nisi p accidēs: deinde oñdit motū q ē p accidēs ⁊ dixit (. U. g. ⁊c). i. ⁊ vnū coꝝ q̄ dicūt moueri ē cum sint in re mota vt illi q sūt in naui dicūt moueri: ꝫ p se quescant. ⁊ vlr vt dr̄ q⁹ ps mouet p motū toti⁹: ⁊ qz indiuisibile dr̄ illd cui⁹ gen⁹ nō ē receptiuū diuisōis: ⁊ illud cui⁹ gen⁹ recipit divisionē: ꝫ aūt principalr dr̄ iptibile ⁊ indiuisibile: dixit (⁊ dico idiuisibile ⁊c). q̄n ꝫ dr̄ idiuisibile principalr ꝺ quo vult ꝫ declarare ipz ee imobile: ⁊ qz dixit q⁹ illd qđ mouet p accidēs sic ē mot⁹ ptiū p motū toti⁹: ꝫ inter motū p accidens ⁊ motū partū p motū toti⁹ ē dīa. Deinde dedit illas ⁊ dixit (mot⁹ enī ptiū ⁊c). i. ⁊ signū ei⁹ q⁹ mot⁹ ptiū p motū toti⁹ nō ē mot⁹ nisi p accidēs ē: qz mot⁹ ptiū differt a motu toti⁹: ⁊ ipsi a se inuicē: ⁊ itēdebat vt mihivr̄ q̄n si mot⁹ eaz cēt p accidēs a motu toti⁹ differret a toto i suo motu: neqz a scipsis ab inuicē: nā coꝝpa q̄ mouet p se sē hmōi: ⁊ cū idurit ꝫ icepit ꝺclarare in q̄ moto appet ꝫ ⁊ dixit (⁊ ista diuersitas ⁊c). i. qz ille q̄ magis vicinat cētro ptrāscūt miores circulos circulis q̄s ptrāscūt ptes q̄ magis vicināt circūferētie ⁊ i tpe eq̄li nece ē vt ptes ꝙpingoꝝes cētro sint tardiores: ⁊ remotioꝝes velociores. D d. (⁊ velocitas ipsi⁹ ⁊c). i. neqz velocitas totius spere ⁊ velocitas partium est eadem velocitas: potest autem aliqs dicere q⁹ ꝫ nō inuenit nisi in motu circulari. i. recto vo mot⁹ ptiū sūt eq̄les: ⁊ silr mot⁹ toti⁹ i eo ē eq̄lis motui ptiū. ꝫ forte dicet in ꝫ q⁹ ptes spe videt moueri p se magis q̄z illd qđ mouet recte: cū spa dr̄ p manē ꝫ totū ⁊ moueri ꝑm ptes: ꝫ nō ē vez vt declaratū ē sed ꝫ totū mouet ⁊ cū ꝺclaratū ē q⁹ ptes spe nō mouet q̄z to magis ptes ei⁹ qđ ē recti mot⁹ nō mouebūt p se: ⁊ q̄si itē dit ꝙgregare ꝫ duo q̄z vnū ē notificare q⁹ mot⁹ ptiū p motū toti⁹ nō ē p accns pure: neqz p se principali: ptes enī non mouet p se q⁹ mouet i moto in q̄ ꝙueniūt cū accntib⁹ ⁊ forte mis q̄ nō sī inata moueri p se: ⁊ cū ꝺclaratū ē q⁹ accntia ⁊ forte mouet p accidēs p motū subiecti: ⁊ ptes sūt tales: visū ē q⁹ ptes mouet p accns: ⁊ ꝫ appet er vbis Aris. ⁊ iō excepit istū modū mot⁹: ⁊ idurit crēplū ernēū ab vno illoꝝ ⁊ dixit (possibile ē vt iptibile ⁊c). ⁊ māifestū ē q⁹ mot⁹ pūcti p motū coꝝporis ē hmōi. D. d. (per se aūt ipossibile ē ⁊c). i. ē motus aūt indiuisibile per se: ⁊ primo impossibile est.

¶ Mouet. n. er. a. b. i. b. c. siue er magnitudie i magnitudinē siue er spēi spēz: siue ꝫ cōtradictōnē: tps ār sit i quo prio mutat. d. ergo neēe ē ipz ꝫ q⁹ mutatur tps aut i. a. b. eē: aut i. b. c. aut aliqd qdē hui⁹ in hoc: aliō ār i altero: oē enī qđ mutat sic se habuit: i vtroqz qdē igit nō erit aliqd ipsi⁹: ptibile enī eēt: at vo neqz i. b. c. mutatū enī erit: cōcessū ār ē mutari: relingt igit ipz qdē i. a. b. eē ꝫ qđ mutat tps gescet ergo i eodē enī ꝑm tps esse quoddā quiescere est.

¶ Ponat igitur ipsū trāsferri de a. b. in. b. c. siue ꝺ 87
magnitudine in magnitudinem. siue de forma in formam: siue ꝑm cōtradictionē: Et sit tempus in

quo primo transfertur. d. Necesse est igitur vt in tempore i quo transfertur sit aut in. a. b. aut i. b. c. Aut quiddam est in hoc: ⁊ quiddam in hoc: declaratū est enim q̄ hec est dispositio cuiuslibet qđ trās mutatur. Impossibile est igitur vt qddam eius sit in vtroq; Quoniam tūc erit diuisibile: Neq; etiā in. b. c. Quoniā tūc erit iam trāslatū: sed positū est transferri. Remanet igitur vt sit in. a. b. in tpe in quo trāsferet. Erit igitur gescens. Quoniā iā declarauim⁹ q̄ manere in eodem aliquo tpe ges est.

¶ Demōstratio q̄ impossibile ē ī partibile p se moueri



87 ¶ Ponaē igiē vt trāsmutet: aut in loco. Vl. g. de. b. i. c. aut in augmēto ⁊ diminutiōe. Vl. g. de minore magnitudine in maiorē: aut in qualitate. ⁊ hoc itēdebat cū dixit (de forma in formā) aut in substātia: ⁊ hoc intēdebat p cōtradictionē Deinde dixit (⁊ sit tps ⁊c). ⁊ intēdit p. a. b. illud ex quo mouetur siue fuerit vbi quale: aut quātū: aut substantia ⁊ itendit per. b. c. illud ad qđ transmutaē: ⁊. q. d. necesse ē igiē vt transmutatū in tpe in quo transmutaē: sit aut in eo in quo transmutaē: aut in eo ad qđ: aut qddā in eo ex quo: ⁊ qddā in eo ad quod. Deinde dixit (declaratū est enim ⁊c). i. declaratū est enim cū declarauim⁹ q̄ oē motū est diuisibile q̄ de moto q̄ mouetur quedā pars ei⁹ est in eo ex quo. Et q̄dam in eo ad qđ. Et cū posuit hoc fundamētū dixit (impossibile est igiē. Vt quiddā ei⁹ sit in vtroq; qm̄ tunc erit diuisibile). i. quod est ꝓpositū. Deinde declarauit hoc ꝑm rememorationē ⁊ dixit (neq; etiā in. b. c. qm̄ tunc erit iā translatū: sed positū est transferri) i. ⁊ impossibile est dum mouet vt sit in eo ad quod. s. in. b. c. qm̄ tūc cōplebit mot⁹: sed ipz positū est adhuc moueri. Deinde dixit (remanet igiē vt sit in. a. b. in tpe i quo trāsferet). i. si igiē nō fuerit in eo ad qđ est mot⁹. s. in. b. c. remanet vt sit in eo ex quo est mot⁹. s. in a. b. in tpe in quo mouet. Deinde indurit: impossibile qđ sequitur ex hoc: ⁊ dixit (erit igiē quiescens: qm̄ iam declarauimus q̄ manere in eodē aliquo tpe ges). i. ⁊ si motum dū mouet fuerit in eo ex quo: tunc erit gescēs ⁊ motū insimul. ipsum enī ē in eo ex quo est in tempore: ⁊ iā declarauim⁹ q̄ oē qđ est in aliquo tpe. i. demōstratū in actu ē i eo quiescēs. ⁊ sic dū mouet erit gescēs qđ est impossibile: ⁊ cū destrurit hec duo remanet tertiū: ⁊ est vt qdā pars ei⁹ sit in eo ex quo. ⁊ quedam in eo ad quod non in actu sed in instāti: qm̄ tunc esset gescens nō motū. ⁊ cū qdā pars ei⁹ fuerit i eo ex quo ⁊ qdā in eo ad quod necessario diuiditur quod est contra positū: positū enim est ipsum esse indiuisibile.

¶ Quare nō cōtingit ipartibile moueri neq; omnino mutari. Solum enī sic esset ipsi⁹ mot⁹: si tempus esset ex ipsis nūc. Semper enī in ipso nunc est motū eē ⁊ mutatū: Quare moueri quidē nequaq̄ ē: motū aūt semper esse est. Hoc aūt qđ impossibile sit ostensuz est prius neq; enī ex ipsis nūc est tempus neq; linea ex punctis: neq; motus ex mōētis est: nihil enī aliud facit hoc dicens aut motū ex indiuisibilib⁹ sicut si tēpus ex ipsis nūc: aut magnitudinem ex punctis.

¶ Impossibile est igiē ipartibile moueri aut trāsmutari oīno. Posset enī hoc mō moueri scilicet si tēpus cōponeret ex istātibus Qm̄ semp moueret ⁊ trāsmutaret in istāti: ⁊ sic nūq̄ mouerē ⁊ esset iam motū. Et iā declarauim⁹ hoc esse impossibile. Tempus enī nō cōponiē ex istātib⁹: neq; linea ex pūctis neq; mot⁹ ex finib⁹. Dicēs enī hoc nihil magis dicit q̄ q̄ mot⁹ cōponiē ex ptib⁹ idiuisibilib⁹: ac si diceret q̄ tps cōponiē ex istātib⁹: ⁊ lōgitudo ex pūctis 88

¶ Cū declarauit q̄ indiuisibile nō mouē: vult dare causaz in hoc ⁊ est q̄ tps ⁊ mot⁹ ⁊ magnitudo sunt continua: ⁊ q̄ hoc nō esset possibile nisi tempus cōponeret ex instantib⁹ ⁊ motus ex finibus motuū ⁊ magnitudo ex punctis ⁊ hoc i tendebat cū dixit (posset enīz moueri ⁊c). Deinde dixit (sē per enim mouerē ⁊c). i. ex ꝺ enim sequeret vt motū semp trāsferet de instanti ad instans: ⁊ de magnitudine indiuisibili ad magnitudinē indiuisibilē. Motū enīz idiuisibile tūc eēt si eēt i magnitudīe indiuisibili i tpe idiuisibili: ⁊ essz motus ꝓposit⁹ ex finib⁹ motuū. Deinde indurit ipossibile: qđ segiē ex hoc: ⁊ dixit (semp enim mouerē in instanti ⁊c). i. si ita eēt tunc motum iam esset motuz ⁊ transmutatū absqz eo q̄ ante moueretur: idest tunc finis mot⁹ esset sine motu: nam mot⁹ qui est ē in tempore indiuisibili necesse ē vt sit in diuisibilis: ⁊ sic esset finis mot⁹ ⁊ in fine motus dicitur motum iam esse motū hoc intēdebat cū dixit (⁊ sic nunq̄z moueret ⁊c) Deinde dixit (dicens enim hoc ⁊c). i. dicens enī motū ē indiuisibile contingit ei dicere q̄ mot⁹ componiē ex motib⁹ indiuisibilib⁹: ⁊ q̄ magnitudo ꝓponiē ex pūctis: ⁊ ꝺ quod dixit manifestū est: qm̄ cā in cōtinuatione motus est hoc q̄ motum est de nā continui: ⁊ hec est causa etiam in hoc q̄ tempus sit de natura continui.

¶ Ampli⁹ aūt ex his mānifestū ē: q̄ neq; pūctū neq; aliō idiuisibile nullū cōtigit moueri. Oē enī qđ mouet ipossibile p⁹ mai⁹ moueri ipsi⁹: q̄ aut equale: aut min⁹: Si igiē hoc manifestū ē q̄ ⁊ pūctū min⁹ aut equale mouebit primū. Qm̄ aūt idiuisibile ē: ipossibile ē min⁹ moueri prius: Equale ergo ipsi: Quare erit linea ex punctis: semp enīz p equalem motū oēm lineā punctū mēsurabit: Si aūt hoc impossibile ē ⁊ moueri indiuisibile ipossibile.

¶ Et apparet etiā ex dictis qm̄ ipossibile ē punctuz moueri neq; aliud idiuisibile: Omne enī motū impossibile ē moueri p spatiū mai⁹ ipo ātecq̄ mouebit aut p equale aut p min⁹: Ergo manifestū ē etiā q̄ cū pūctus mouet prius mouebit: aut p min⁹ seipso aut p equale: Sed pūct⁹ ē indiuisibilis: ergo ñ mouebit p min⁹: ergo mouebit p equale: quapropter linea cōponet ex pūctis: nā cū pūctus semp moueatur p equale mēsurabit totā lineā: Sz hoc ē ipossibile: ergo ⁊ ipossibile ē indiuisibile moueri. 89

¶ Hec ē alia ꝺclaratio a ꝓdicta: i pria enī vtit eiusdē ꝓpositiōib⁹ qb⁹ vsus ē: cū declarauit q̄ oē motum ē diuisibile: ⁊ declarauit p eas inducēdo ad ipossibile. declarauit. s. q̄ oē qđ nō vidit nō mouet: ⁊ si appet ꝑm ꝓuersionē p ꝓpositionē: q̄ si oē motū ē diuisibile: g̃. oē qđ ñ vidit ñ mouet ꝑm Ari. itēdit i oib⁹ q̄ ꝺclarauit nām rei ꝺc q̄ logtur nō res accidētales. Auēpa. vo nō bñ dixit: fingit enī q̄ visibilitas quā negauit a moto ē alia a visibilitate quā ꝺdit ꝺ moto ⁊ q̄ illa visibilitas quā illic ꝺclarauit ē visibilitas ꝓtinui

ꝑm illud

ſm illud ex quo ꝛ ſm illud ad qđ: ꝛ iam determinauimus ꝫ ſuperi⁹. Hec aũt declaratio fũdata eſt ſup ꝓpoſitões alias Quaꝝ vna eſt q⁹ impoſſibile eſt aliqđ ptranſire ſpatiũ maius ipſo qn prius pertranſeat: aut equale aut min⁹. Deinde poſuit q⁹ punctus impoſſibile eſt vt pertranſeat mi⁹ ſe anteq̃ mouetur per maius: ex quo ſequit ipſũ moueri per eq̃le: ꝛ ex hoc ſequitur lineã cõponi ex punctis. quod eſt falſuꝫ Impoſſibile ergo illud ex quo ſequitur eſt impoſſibile: q⁹ aũt ſi indiuiſibile mouetur per equale: linea erit compoſita ex punctis manifeſtum eſt. Quoniam motum tũc pertranſit ſpatiũ qñ menſurat illud per ſe. Si igitur indiuiſibile mẽſurat lineaꝫ quã pertranſit: ergo menſurat illa ꝙ pũcta contigua que ſunt partes illius: ꝛ quod eſt tale videt cõponi ex punctis ꝛ hoc quod dixit neceſſe eſt: ꝛ ſi nõ contingeret q̃ ſtio zenonis. Nam ſi motũ eſſet indiuiſibile ꝛ moueret per indiuiſibilia. ſ. per puncta ꝛ puncta in linea ſunt infinita: neceſſario ſequitur nunq̃ motũ peruenire ad finem ſpatij: ꝛ iſta conſecutio hic eſt alio mõ ab eo a q̃ vtit ea zeno.

¶ Amplius aũt ſi omne in tpe mouetur: in ipſo aũt nunc nihil: omne aũt tempus diuiſibile: erit vtiq; aliquod tempus minus quolibet eorum que mouẽtur: in quo mouetur quãtũ ipſum eſt. Hoc quidem igitur omne erit tempus in quo mouetur propter id quod omne in tẽpore mouetur. Temp⁹ autem oẽ diuiſibile eſſe oſtenſum eſt prius. ſi ergo punctũ mouetur aliquod erit tempus minus in quo ipſum motum eſt. ſed impoſſibile eſt: in minori enim minus neceſſe eſt moueri. quare erit indiuiſibile diuiſibile in minus: ſicut ꝛ tps in tempus: ſolum enim diuideretur impartibile ꝛ indiuiſibile: ſi eſſet in ipſo nunc moueri poſſibile atomo. eiuſdem enim ratiõis eſt i ipõ nũc moueri: ꝛ idiuiduũ aliqõ moueri

90 ¶ Et declaratum eſt etiã q⁹ oẽ tempus eſt diuiſibile. ſi aũt punctũ mouet: erit tempus minus tpe in quo mouetur ſm illud: ſed hoc eſt impoſſibile. naꝫ illud quod mouetur in tempore minori: neceſſe eſt vt ſit minus: ergo indiuiſibile erit diuiſibile in minus ſm proportionez illius temporis ad iſtud: qñ hoc ſolũmodo poſſet impartibile ꝛ indiuiſibile moueri. ſ. ſi eſſet poſſibile impartibile moueri in inſtãti. Ratio enim eadem eſt in hoc q⁹ motus ſit in inſtanti: ꝛ in hoc q⁹ indiuiſibile moueatur.

90 ¶ Hec eſt tertia declaratio q⁹ oẽ indiuiſibile nõ mouet: ꝛ fũdatum ſuper hoc quod narrabo. Primo aũt ponit q⁹ oẽ quod mouet in tpe. Deinde q⁹ oẽ tps eſt diuiſibile in tpa. Ergo oẽ motũ mouet in tpe diuiſibili in tpa: deinde poſuit q⁹ omne tps quod eſt pars temporis moti motũ mouetur in eo per ſpatiũ minus ſpatio per quod mouet in toto tpe: ex q̃ ꝛcludit q⁹ oẽ motũ mouet i tpe in ptib⁹ illi⁹ tpis per minorẽ magnitudinẽ. deinde poſuit q⁹ omne motũ i aliquo tpe per ſpatiũ equale ſue magnitudini mouet in partibus illius tpis per minus ſua magnitudine: ex quo ſequit vt oẽ motũ ſit diuiſibile: ꝛ dicit (ꝛ declaratũ eſt q⁹ oẽ temp⁹ eſt diuiſibile) ſi igitur punctus moueatur erit hoc tps minus tempore in quo punct⁹ mouet per ſpatium equale ſue magnitudini quod eſt impoſſibile ꝛ. D. d. (qđ enim mouetur minus ꝛc). i. ꝛ hoc ſequitur qz iam poſuim⁹ q⁹ omne quod mouetur in tempore minori tempore in quo mouetur aliquod equale magnitudini ci⁹ neceſſe eſt vt moueat in eo per aliquod minus magnitudine eius. Si igitur punctus mouetur in tempore minori tpe in quo mouetur equale cõtingit ipſum eſſe diuiſibilem ſm proportionem temporis in quo mouetur equale ei: ꝛ ad tempus quod eſt minus. In hoc igitur ſyllogiſmo nõ exceſſit niſi duas ꝓpoſitiones ꝙrum vna eſt q⁹ omne tempus eſt diuiſibile. Secunda autez q⁹ cum motum mouetur minori tempore mouetur per minus: q̃ per quod mouetur in maiori tempore: ꝛ omiſit propoſitionem dicentem q⁹ in omni tempore poteſt fieri mot⁹ ꝛ ſimiliter dimiſit concluſiones quas nos expoſuim⁹ ſupi⁹ D. d. (quoniam hoc ſolummodo ꝛc). i. ꝛ qz ſequit ex hoc vt non ſit tempus minus tempore in quo punctus mouet per aliquod ſibi equale: ex quo nõ ſequit ipoſſibile. D. d. (eadem enim etiaz rõ ꝛc). i. quoniam vtrunq; ſequit ad reliquũ. ſ. qñ poſito aliquod indiuiſibile moueri ſeq̃t motuz eſſe in inſtanti. ꝛ ſimiliter poſito q⁹ motus ſit in inſtanti, ſequitur indiuiſibile moueri.

¶ Mutatio autẽ non eſt neq; vna infinita. Omnis enim eſt ex quodam in quiddam: ꝛ que eſt in cõtradictione. ꝛ que eſt in contrarijs. Quare eorum que ſunt ſm contradictionez affirmatio vel negatio terminus eſt: vt generationis quidem eẽ: corruptiõis aũt non eſſe. Eoꝝ autem q̃ ſunt in contrarijs cõtraria. Hec enim vltima ſunt mutationis: quare ꝛ alterationis omnis. ex contrarijs autem quibuſdaz eſt alteratio: ſimiliter autem augmenti ꝛ decremẽti eſt. augmẽti quidem terminus eſt qui eſt ſm naturam propriam perfecte magnitudinis. Decrementi autem qui eſt ab hac remotio.

¶ Et tranſmutatio omnino non eſt in infinituz ſem 91
per. Jaz eni declarauimus q⁹ tranſmutatio eſt de aliquo in aliquid: aut in contradictorijs: aut in contrarijs. In cõtradictorijs vo fines erũt affirmatio ꝛ negatio. U. g. qñ finis gſtiõis ẽ eẽ: corruptiõis vo finis nõ eẽ. in cõtrarijs vo fines ſunt duo cõtraria. hic eni duo ſũt extrema trãſmutatiõis: ſũt igit fines ois alterationis. alteratio eni fit ex cõtrarijs ꝛ ſm hoc ꝛ augmẽti ꝛ diminutiõis erũt. finis enim augmẽti eſt peruenire ad perfectam quantitatem propriam rei. Finis vo diminutionis eſt maxime diſtare ab hac diſpoſitione.

¶ Intẽdit declarare q⁹ null⁹ q̃ttuor motuũ ẽ infinit⁹: neq; 91
ex vtroq; extrẽo: neq; ex extrẽo ad qđ ẽ mot⁹ pter trãſlationẽ circularẽ. Poſita enim infinita ex vtroq; extrẽo nõ ſeq̃t impoſſibile ꝛ dixit (ꝛ nulla tranſmutatio eſt infinita) ꝛ intendit hoc per tranſmutationẽ modos quatuor motuũ. D. d. (iã enim declarauim⁹). i. in initio quinti. D. d. (aut i contrarijs) ꝛ intendit per contraria oppoſita q̃ inueniũt in alteratiõe que dicũt cõtraria principaliter ꝛ proprie: ꝛ q̃ inueniuntur in augmẽto ꝛ diminutione. ſ. magnũ ꝛ parũ. D. d. (in cõtrarijs vo fines erunt ꝛria). i. que dicũtur ꝓprie D. d. (ꝛ ſm hoc augmẽti ꝛ diminutiõis erũt fines). i. qñ maximum augmentum ꝛ maxima diminutio erunt fines eorum. Omne enim generabile naturale habet aliquam quãtitatez naturaliter in initio generationis ꝛ fine: ꝛ iſta quãtitas habet extrema ꝛ medium. U. g. quoniam quantitates embrionum ſunt terminate ſcilicet minimi embrionis: ꝛ maximi embrionis: ꝛ ſimiliter quãtitates hominum ſunt terminate. ſ. maximi ꝛ minimi. Unde impoſſibile eſt augeri in infinitum: aut diminui. Nam ſi tranſiuerit quantitatem naturalem in diminutione ꝛ in additione ſtatim corrumpetur ens. Actio enim cuiuſlibet entis pficitur per quãtitatem ꝛ qualitatẽ terminatã: ſic eſt diſpoſitio in entibus artificialibus.

¶ Loci aũt mutatio ſic quidem non erit finita: nec enim omnis in contrarijs eſt: ſed quoniã poſſibile

est decidi sic in eo q̄ non contingit decidi. Multipliciter enim dicitur impossibile. Decidi nō cōtingit sic decidi impossibile: neq̄ enim oīno impossibile fieri neq̄ mutari impossibile continget mutari: in quod impossibile est mutari.

92 Translatio autem hoc modo nō erit finita. Q̄m nō ois translatio est in contrarijs: aut q̄ quod impossibile est diuidi hoc modo .ſ. non recipit diuisibilitatem: cum illud quod impossibile ē diuidi dicitur multis modis. Impossibile est illud q̄ō hoc mō non potest diuidi vt sit diuisum: ⁊ quod impossibile est vniuersaliter esse nō erit: ⁊ quod impossibile est etiam transmutari: non transmutatur ad illud ad quod nō potest transmutari.

92 Q⁹ cōtrarietas in loco non inuenitur in oīb⁹ translationibus: sicut in translatione animati: ⁊ in quib⁹ inuenitur non manifeste inuenitur contrarietas in eis vt in traslatione nāli in loco. ſ. quattuor elemētor. Translatio enim alia est ex aia: ⁊ alia a natura: ⁊ alia recta: ⁊ alia circularis. Incepit b demonstrare q̄ non pōt declarari translationem rectam esse finitaz eo modo quo declaratur hoc in ceteris motib⁹ ⁊ Dixit (Sed translatio hoc modo ⁊c). i. sed ex hoc modo declarationis nō apparet translationem esse finitam: ⁊ causa in hoc est quoniam non omnis translatio est de contrario in contrariuz: vt est translatio animaliū. Deinde dedit modum quo potest hoc declarari in translatione: ⁊ dixit (⁊ hoc aūt q̄ illud quod impossibile est diuidi hoc modo ⁊c). i. ꝛz autem q̄ manifestum est per se q̄ illud quod impossibile est diuidi id est q̄ non recipit diuisibilitatem: impossibile est vt incipiat diuidi: ⁊ similiter illud quod impossibile ē generari impossibile est ipsum incipere generari: ⁊ vniuersaliter illud quod impossibile est vt transmutetur nunq̄z incipiet trāsmutari: ex hoc aūt potest hoc apparere ⁊ dixit (cū illud quod impossibile est diuidi: dicitur multis modis) preseruando se ab equiuocatione. Nam indiuisibile dicitur illud cuius genus innatū est diuidi: vt cum dicimus q̄ corpus celeste est indiuisibile. ⁊ dicitur etiaz illud cuius gen⁹ nō est innatum diuidi: vt cū dicimus q̄ vox est idiuisibilis: ⁊ ipe intendit hic per indiuisibile illud quod est de genere diuisibili. D. d. (impossibile est illud quod hoc modo ⁊c). i. ⁊ dicit eo q̄ nunq̄z diuidetur illud quod impossibile ē diuidi cū intellectum fuerit ex hoc illud quod intendimus per indiuisibile: cum indiuisibile dicatur multipliciter: ⁊ q̄ diuisibilitas est similis in hac intentione transmutationi dixit (⁊ q̄ō impossibile est vniuersaliter ⁊c). i. ⁊ hoc quod diximus de diuisibilitate commune est generationi ⁊ transmutationi. ſ. q̄ omne quod impossibile est generari impossibile est ipsū incipere in generatiōe. ⁊ vniuersaliter oē quod impossibile est transmutari: impossibile est ipsū incipe i transmutatiōe.

Si ergo quod fertur mutetur in aliquid: ⁊ possibile est mutari: quare nō erit infinitus mot⁹: neq̄ fertur in infinito: impossibile est enim transire ip̄m Quod quidem igitur sic. non sit in infinituz mutatio que non finiatur terminis manifestum est.

93 Et si transmutatum transmutatur ad aliqd: possibile est transmutari: ex quo sequitur vt null⁹ motus sit infinitus: ⁊ vt motus non recipiat eternitatem: nam impossibile est pertransiri: manifestum est igitur q̄ impossibile est vt transmutatio sit eterna ſm hunc modum: scilicet vt non habeat finem terminatum.

Cum posuit principium. ſ. q̄ illud quod impossibile ē trāſ 93
mutari nunq̄z incipiet in transmutatione: posuit aliud principium ⁊ est q̄ illud quod transmutatur recte tunc pōt transmutari cum transmutat ad aliquem finem. Nam impossibile est ipsum transmutari ad nihilum: qm̄ si hoc esset tunc motus esset ociosus. Deinde posuit etiam q̄ quicquid transmutatur: transmutatur ad nihilum: sed in transmutatione que est via ad esse: ⁊ conclusit q̄ illud quod transmutatur ad infinitum impossibile est transmutari. Deinde coniungit huic q̄ illud quod impossibile est transmutari nunq̄z incipiet transmutari. ⁊ conclusit q̄ translatum in infinitum impossibile vt incipiat in translatione. ergo translatum recte in infinitum impossibile ē cē ⁊ dixit (⁊ si translatum trāſmutatur ad aliquid possibile est transmutari: ⁊ si transmutetur ad nihil) ad id est ad non finez impossibile ē transmutari: ⁊ totū hoc intelligendū est de transmutatione q̄ ē via ad esse. D. d. (ex quo sequit vt null⁹ mot⁹ sit infinitus). i. rectus nā illud q̄ō mouetur in infinitū nō mouetur ad aliq̄ō ens. D. d. cām in hoc ⁊ dixit (qm̄ impossibile ē pertransiri) qm̄ illud quod mouetur in infinitū nunq̄z pertransibit spatiuz sed illud quod impossibile ē fieri nunq̄z incipiet fieri ergo translatum in infinitum nō est: ⁊ hoc intendebat cum d. (manifestum ē igitur q̄ impossibile ē transmutationem cē eternā b mō). i. recte: ⁊ b essentialiter: ⁊ ipse nō exp̄ssit in b sermone: nisi solūmodo ꝓpōnes que sunt necessarie i cōcludendo illud quod intendit concludere ſm suum modum in abbreuiatione.

Sz ⁊ si cōtigit sic: q̄ ē i quodā tpe cē infinitū cūdez existētē ⁊ vnū cōsiderādū ē: ñ eni vnū qdē fieri nihil fortassis phibet: vt si p⁹ loci mutatiōez alteratio sit Et p⁹ alterationē augmētū ⁊ itez gñatio: sic enim semper erit i tpe mot⁹: sz nō vn⁹: ꝓpt id q̄ nō ē vn⁹ ex oīb⁹: quare aūt vnū fieri nō cōtingit infinitū esse tempore: preter vnum: hic autem ē circulatio.

Sz cōsideratum ē vtz sit possibile vt sit hoc mō 94
.ſ. vt i aliquo tpe sit transmutatio infinita: ⁊ eadē. si autez nō eadē nihil phibet vt post translationez sit alteratio: ⁊ p⁹ alterationē sit augmentum: deinde gñatio. hoc eniz mō pōt esse in tpe principiū mot⁹ sed nō idē. Nam ille qui fit ex istis oīb⁹ non est idē sed cum fuerit idem: impossibile est vt sit infinitus in tempore: preter vnum: ⁊ est translatio vna que fit circulariter.

Cum declarauit q̄ impossibile est vt vnus motus rectus 94
sit infinitus: vult perscrutari de hoc simpliciter. ſ. vtrum sit possibile vt vnus motus sit infinitus: ⁊ si non rectus: ⁊ dixit (sed considerandum est ⁊c). i. sed considerandum ē vtrū nullus motus vnus sit infinitus: aut aliquis vnus motus sit infinitus. Quod enim declaratum est cē impossibile ē in motibus rectis: ⁊ cum indurit illud de quo perscrutanduz est hic dixit (si aūt nō vn⁹ nihil phibet vt hoc sit). i. si autez iste mot⁹ nō fuerit vn⁹ sed sese: nullū impossibile vr̄ seq̄tur b: imo in octauo istius libri declarabitur hoc esse impossibile D. d. (qm̄ hoc mō erit in tpe principiuz mot⁹) vt mihi vr̄ qm̄ hoc mō pōt cē i tpe q̄ō semper fuit ⁊ erit mot⁹ fact⁹: ⁊ si nō tūc ois motus eēt eternus: ⁊ hoc est accidēs motui. D. d. (sed nō vnus). i. q̄ motus cōgregati ex pluribus vno motui istorum non est vnus scilicet ille qui est finitus: ⁊ cum iste non est vnus infinitus: non erit vnus: ⁊ hoc declaratuz est ex illo quod dictum est in vno motu: in quinto istius libri. Deinde dicit (sed cum fuerit vnus ⁊c). i. sed cum posuerimus vnum motum: impossibile ē vt sit infinitus preter translationem circularem: ex qua non seqtur impossibile: imo declarabitur in octauo hoc esse necessarium.

Aristotelis

¶ Aristotelis stragyritē Textus libri septimi



¶ Dne qō mouet neče ē ab aliquo moueri: si qdē igit i seipso non hz principiū motꝰ: mānifestū est qꝺ ab altero mouet aliō eni erit mouēs Si aūt i seipo accipiatur. a. b. qō mouet hz se nō quo hoz aliqd mouetur. ¶ Primū quidē igitur opinari. a. b. a seipso moueri ꝓpt id qō totum mouetur ⁊ a nullo exterioꝛ simile est: siē aliquis. d. e. mouēte. e. z. ⁊ ipo moto opinetur. d. e. z. a seipō moueri ꝓpt id qō nō vī vtrū ab vtro moueatur ⁊ vtrum ipsum. d. e. ab. e. z. aut. e. z. a. d. e. moueatur.

¶ Dne motū necessario mouet ab aliquo. si aūt principiū motꝰ nō fuerit ex ipso manifestū est ipsum moueri ab alio. ¶ Nā motoꝛ eiꝰ erit aliō. si autez principium motꝰ huius fuerit ex ipso accipiatur ꝓ se: ⁊ sit. a. b. ita qꝺ moueat: nō qꝛ aliqd ex eo mouet. ¶ Dicamꝰ igit primo si fuerimus imaginati qꝺ. a. b. nō mouetur ab aliquo: qꝛ hz totū mouet: ⁊ motꝰ eiꝰ nō ē ab aliquo extrinseco: ex quo aliquis est opinatꝰ cū. d. b. mouet. b. z. ⁊ mouetur qꝺ. z. nō mouetur ab aliquo: quod nō scit qō mouet ⁊ qd mouet: vtꝛ. z. b. mouet. a. d. b. aut. d. b. a. z. b

¶ Nā hoc tractatu incipit perscrutari vtrū oē motū habeat motoꝛē. cū appareat sēsui aliqd moueri ex se absq; eo qꝺ distinguat motoꝛ a moto sensu: vt in quatuoꝛ elementis: ⁊ quidam vident qꝺ ista demonstratio quam indurit in hoc tractatu non est vera adeo qꝺ Salie. fecit in hoc tractatum in quo nititur declarare coꝛruptionem istius demōstrationis: ⁊ quidā expositoꝛes dicunt qꝺ illud qō declarauit in initio istiꝰ tractatus est superfluū cum hoc sit declaratum perfectius in octauo: ⁊ nos cōsiderabimꝰ bene in b ⁊ dicit (omne motū ⁊c). i. ex hoc qō dicam: ⁊ qꝛ rez motaꝛ alia mouet ex se: ⁊ alia mouet ab extrinseco: in quibꝰ manifestū ea moueri a motoꝛe dixit (si aūt principium motus ⁊c). i. mota aūt que mouentur ab aliq extrinseco: nō ex se manifestū est ipsa moueri ab alio: motoꝛ enim eoꝝ apparet esse aliud vt motus lapidis a baculo: ⁊ baculi a manu. D. d. (si autē principium motꝰ ⁊c). i. mota vō que videntur moueri ex se: nō ex extrinseco: sūt illa de quibus intendimus declarare ipsa moueri a motoꝛe alio. ponatur igitur tale motum moueri per se: non per partem eius. i. moueri ſm totū: non qꝛ pars eius mouet totuz. Illud enim quod mouetur ſm totum qꝛ pars eius mouet totū: est motū per accidens vt motus coꝛporis totius aialis per motum caloris naturalis aut musculoꝝ: motum enim primum per se in animalibus est coꝛpus quod nō mouet ſm totum: qꝛ pars eius mouet se: ⁊ mouet totum: ⁊ b ē intelligendū ex hoc quod dixit (⁊ moueatur. a. b.) nō qꝛ aliqd ex eo moueatur ⁊ dixit: hoc qꝛ istud motum de quo vult perscrutari. s. qꝺ mouetur per se: debet esse motum ſm totū nō hz ptē vt dcm̄ est in principio qnti qꝺ rei mote quiddam attribuit: motui qꝛ ps eiꝰ mouet tm̄. reliquū aūt mouet ab ista ptē. qm̄ hoc intellectū fecit Sal. ⁊ multos boies errare i intentione hui⁹ demōstratiōis. ⁊ existimauerūt qꝺ ex istis ꝓpositionib⁹ ꝓpositis hic nō sequit illud qō intēdebat cōcludere: ⁊ cū indurit genꝰ moti in q̄ ē dubitatio: ⁊ determiatio ē q̄ dz eē i moto de quo vult declarare ipz hz motoꝛez ⁊ est ipsuz nō moueri hz totū: qꝛ ps eiꝰ mouet se: ⁊ mouet totū cū tale cōpositū ē ex pluribꝰ vno moto: pscrutatio aūt est b de vno moto simplici ⁊ dixit (dicamꝰ igit pzio ⁊c). i. dicamꝰ g̃. qꝺ existimare hic eē aliq̄ q̄ mouet se: ꝓpt b qꝺ apparet sensui nō ē sufficiēs: nā illa q̄ vident moueri ſm totū ⁊ sunt cōtinua: pfit diuidi in duas ptes: motoꝛē. s. ⁊ motuz ⁊ existimat qꝺ motoꝛ in eis nō est distinctꝰ a moto. Ut. g. vt sit motoꝛ i illa ꝛe. d. b. ⁊ motū. b. z. ⁊. d. z. totū mouet ex se ꝓ qō existimat qꝺ totū mouet se: ⁊ ē. d. z. cū nō sentit vtruz coꝛ moueat reliquū: ⁊ cū indurit cāz q̄ accidit homini dubitare i qbusdā motis: ⁊ existiare ipaz moueri ex se sine motoꝛe: icepit declarare qꝺ oē motū habet primū motoꝛem.

¶ Amplꝰ qō a seipō mouet nullo mō pausabit cum mouet: i stādo aliqd alteꝛ qō mouet: neče ē ergo si aliqd pausat qō mouet: i stādo aliqō alteꝛ hoc ab altero moueri: hoc aūt mānifesto fcō neče ē oē qō mouet cū diuisibile sit moueri ab aliquo. ¶ Qm̄ eni receptū ē. a. b. eē qō mouet diuisibile erit: diuidat igitur in. c. neče ē igit. b. c. gescēte gescere ⁊. a. b. si. n. nō accipiatur moueri. b. c. igit gescēte mouet vtuz b. a. nō ergo ꝓ seipz mouet. a. b. sed concessū ē ꝓ se moueri primū: manifestū igit qꝺ. b. c. gescēte gescet a. b. ⁊ tūc pausabit qō mouet: sed si aliquid in quiescendo aliud stat ⁊ pausat moueri: hoc ab alio mouetur: manifestū igitur qꝺ omne quod mouetur ab alio mouet: ⁊ non a se: diuisibile qdem est oē qō mouetur ⁊ parte quiescente ⁊ quiescet totum.

Cum declarauit q̄ impossibile est vt motus pr̄i⁹ sit si mot⁹ eternus non fuerit. s. vt primus sit etern⁹ ⁊ si nō: nō erit primus. Et declaratū est de dissolutione questionū contingẽtiū: q̄ necesse est vt ista perscrutatio sit vniuersalis: ita q̄ cognoscatur quomodo est dispositio omnium entiū in hoc. s. in motu ⁊ quiete. Incepit perscrutari de hoc a principio: ⁊ iterare perscrutationem de rebus declaratis prius. Perscrutatio enim de eis in hoc loco est magis propria. ⁊ iste res quando fuerint adiuncte ei quod declaratū est in prio istius tractatus: apparebit q̄ est hic mot⁹ ⁊ q̄ est hic vnus mot⁹ etern⁹ ⁊ sunt sicut dirim⁹ due propositiones. Quarū vna est q̄ omne motū habet motorẽ. Secūda q̄ oia q̄ mouenť in loco reducūť ad rẽ motā per principiū existẽs i ea motū oino. Et primo incepit perscrutari de prima ꝓpositione dicente q̄ oẽ motū hz motorẽ: ⁊ fecit rememorationẽ de hoc qđ declaratū est in principio quinti de diuisione motoris ⁊ moti: ad illud quod est per se ⁊ ad illud quod est per accidens. Et narrauit primo de modo modorū diuisionum ẽntium in motu ⁊ quiete: vult querere in hoc loco ⁊ Arist. q̄ primo processit in doctrina istius intentionis de motu. s. in declarare motū eternū esse: ita q̄ est res manifesta er suis sermonib⁹ in cōgregationib⁹ tractatuū suoꝝ: vidit q̄ ista doctrina ẽ diminuta: ⁊ ideo iterauit ipsum: q̄ q̄dam exp̄itores ignorauerunt hoc: ⁊ opinati sunt q̄ illud quod declaratū est in principio septimi: est superfluuz: ⁊ iō abscid̄erunt illud a suis libris. Et q̄ ista est intentio ei⁹ incepit diuidere dispositiones entium in motu ⁊ qete de illo quod est ignotum ex eis ⁊ dixit (remanet igitur ⁊c). i. ⁊ q̄ manifestū per se q̄ non omnia entia quiescunt neq̄ omnia mouentur: nec quedam mouentur semp: ⁊ reliqua quiescūt semper: cū quedam videãtur quiescere quandoq̄ ⁊ moueri quandoq̄: remanet igitur perscrutari de hoc. s. vtrū est possibile vt omnia moueantur q̄ñq̄: ⁊ quiescant quandoq̄ vt sentitur in quibusdam: aut sunt aliqua in q̄b⁹ ẽ est impossibile. s. que semper mouentur: aut que semper gescunt. Et iō nō curauit de duobus modis ꝓdantur intelligi a dinumeratione. s. vt entia sint duob⁹ modis: modus qui semper mouet ⁊ modus qui q̄ñq̄ mouet ⁊ q̄ñq̄ quiescit. Aut vt oia sint duobus modis: modus qui semper gescit: ⁊ modus⁹ qui q̄ñq̄ mouet ⁊ q̄ñq̄ quiescit. Et cū distinxit illud de quo intendit perscrutari: incepit diuidere motorẽ ⁊ motuz ⁊ dixit (Dicamus igitur ⁊c). i. q̄ q̄libz istorū. s. motoris ⁊ moti est aut per se: aut per accidens. Erunt igit quattuor: motor per se: ⁊ motor per accidens. ⁊ motum per se: ⁊ motum per accidens. Et incepit distinguere illud qđ est per se: ab illo quod est per accidẽs: q̄ illud quod est per accidens decipit in perscrutatione quādo fuerit admixtuz cū eo qđ ẽ per se. Et vtitur in hoc quod dixit per accidens in principio diuisionis accidentis quod dicitur vniuersali. Deinde diuisit illud quod est per accidens: in illud quod ẽ per accidens quod dicitur principaliter: ⁊ illud quod mouetur per suam partem quod dicitur secundario: ⁊ dixit (p accidens vo). i. illud quod dicitur principaliter est sicut oẽ quod existit in mouentibus ⁊ motis. i. q̄ illud quod mouetur per accidens: est omne quod dicitur moueri q̄ est i moto. Et hoc est duobus modis: modo qui est impossibile vt moueatur omnino: vt anima in corpore: ⁊ modo qui ẽ possibile vt moueať. vt hoīes sedẽtes in naui. Et silr etiaz motor p accñs est illud qđ est in motore: sic rubedo que est in igne q̄ est comburens per accñs Et cū diuisit illud qđ ẽ p accñs gñale in illud qđ est per accñs principalr: ⁊ in illud quod mouetur per suā partem: quod dicitur secundario: dedit exemplum de hoc: ⁊ dixit (⁊ illud quod est quasi ps). i. q̄ illud quod mouetur per accidens quod dicitur generalr: quoddā est per accidens quod dicitur principaliter: ⁊ quoddā secūdario: ⁊ est illud quod mouetur per partē. s. illud cui attribuitur mouere aut moueri propter partez. Vg. sicut dicim⁹ in illo cuius manus mouetur ipsū moueri. Et silr accidit in motore sicut dicim⁹: iste hō percussit istuz lz non percussit eum nisi manu. Et cū descripsit duos modos eius quod est per accidens generaliter: incepit describere illud quod per se qđ opponitur ei: ⁊ est illud quod principaliter dicitur per se: per negationem duorum modorum eius quod est per accidens. Et fecit hoc quoniam illud qđ est per accidens est notius illo quod est per se: ⁊ ideo accidet in quibusdam locis describere habitum per negationē priuationum: ⁊ dixit (per se autem ⁊c). i. mouentia autem ⁊ mota per se sunt illa que mouent aut mouentur neq̄z per accidens: neq̄z per partem: ⁊ accepit in descriptione ei⁹ qđ est per se: negationem duorum modorum eius quod est p accidens generaliter. Et cum distinxit illud quod est per se ab illo quod est per accidens: ⁊ intendit cōsiderare i eo qđ est per se. incepit diuidere ipsum: ⁊ dixit (⁊ illa que mouentur per se quedam mouẽtur ex se: ⁊ quedam ex alio). i. ⁊ eorum que mouentur per se non per accidens neq̄z per partē quedam mouentur per principium existens in eis: vt habẽtia animas: ⁊ quedam mouentur ab aliquo extrinsecovt carentia animabus. Deinde diuisit ista duo ⁊ dixit (⁊ istorum quedam naturaliter ⁊c). Deinde incepit declarare q̄ animal ꝑm q̄ mouetur ex se est motuz naturaliter: ⁊ dixit (qđ enim mouetur ex se ⁊c) ⁊ cum narrauit q̄ animal mouetur naturaliter: q̄ mouetur ex se: dedit causam in hoc ⁊ dixit: (animal enim mouetur ex se ⁊c) ⁊ potentia istius sermonis est similis tali modo: animalia mouentur ex se: ⁊ quod mouetur ex se mouetur a principio in eo: ⁊ omne quod mouetur per principium in ipso mouetur naturaliter: quoniam omne quod mouetur per principium in eo mouetur per naturam. Dictum est enim in diffinitione nature q̄ est principium in re per quod mouetur ⁊ quiescit: vnde necesse est vt illud quod mouetur per principium in ipso moueatur per naturam. Diffinitiones enim conuertuntur necessario cum diffinito. Et cum declarauit q̄ animal mouetur naturaliter: dixit (⁊ ideo animal ꝑm totum naturaliter mouet se). i. ⁊ cum dicimus q̄ animal mouetur naturaliter: intendimus q̄ anima mouet corpus per suam naturam ⁊ corpus mouetur per suam naturam ab ea: sed mouetur ꝑm quod est corpus suo motu naturali: ⁊ ideo dixit (corpus aūt suū est possibile vt moueať naturaliter ⁊ extra naturam). i. q̄ cum mouetur a sua anima naturaliter: mouetur quandoq̄z naturaliter ⁊ quandoq̄z extra naturam: motus autē eius ꝑm q̄ ẽ animal est naturaliter: cum non mouetur ꝑm q̄ est animal nisi ab anima: ⁊ anima mouet corpus naturaliter. Et dedit has omnes rationes: quia potest aliquis dicere q̄ motus corporis ab anima. Verbi gratia ad superius est motus extra naturam: cum moueat ipsum econtrario suo motu naturali. Corpus enim animalis immatuz est moueri ad inferius: sed tamen q̄ anima animalis est forma sui corporis naturaliter: necesse est vt motus eius a sua anima sit naturaliter. Sed si fuerit inuētum aliquod motum per principium in eo ita q̄ in suo corpore non sit principium contrarium motui anime: tunc illud motum erit motuz naturaliter simplr scilz per aiaz ⁊ per corpus: vt declaratum erit de corpore celesti. Et cum dixit q̄ possibile est vt animal moueať naturaliter ⁊ extra naturā dixit (b enim diuersať ⁊c). i. ⁊ cā in b q̄ corp⁹ aia

lis quandoq; mouetur ab anima ipsi⁹ naturaliter .ꝛ quã doq; extra naturam est diuersitas partiu; ad quas mouet anima ꝛ est magna ad illas partes locales ad quas mouẽt elementa. Si igitur contingit q; anima mouet corpus ad partem ad quã mouetur corpus ꝑ motum elementi dominantis in ipso: tunc motus corporis ab anima erit naturaliter.ꝛ tunc coniũgitur in eo naturalitas ex motore ꝛ moto. Ut.g.q; quando animal mouetur ex se descendendo tũc motus eius erit naturalis: si autem motus eius erit ecõtrario motui elementi tunc motus corporis ab anima erit nõ naturalis. Ut.g. quando homo saltat in sursum. Et cuz declarauit q; illud quod mouetur ex se mouetur naturaliter non violente: nisi si consideratus fuerit motus sui corporis in respectu quorũdam motuum anime: incepit notificare etiam q; in eo quod mouetur ex alio inueniũtur isti duo modi .ſ. motum naturaliter ꝛ motum extra naturaz: ꝛ dixit (ꝛ illa que mouentur ex alijs ꝛc) ꝛ intendit per illud qõ mouetur naturaliter: motũ lapidis ad iferi⁹: ꝛ motũ ignis ad superius: ꝛ posuit ista moueri ex alijs: quia ista non mouentur ex se: donec moueãtur ex alijs vt declarabitur post ꝛ intendit per illud quod mouetur extra naturam motũ istorum ad contrariam partem debitam. Ut.g. sicut dixit motum corporum terrestrium ad superius ꝛ motum ignis ad inferius. D.d. (ꝛ etiam animal multotiens ꝛc).ac si diceret: corpus autem eius possibile est vt moueatur naturaliter ꝛ extra naturam: ꝛ intendit per situm: modum motus ꝛ intendit per partes motuũ: superius ꝛ inferius.

¶Et maxime moueri a quodaz quod mouetur in his que extra naturam mouentur est manifestuz: propter id q; manifestũ est ab alio moueri. ℙPost ea autem que sunt extra naturam: eorum autem q̃ sunt ꝑm naturam: ipsa a seipsis: vt animalia. ℙNõ enim hoc est manifestuz si ab aliquo mouentur. Sed quomodo oportet accipere: mouens ipsum ꝛ q; mouetur. Videtur enim quod ibi sit accipiendum sicut in nauibus: ꝛ in non natura existentib⁹. sic ꝛ in animalibus esse diuisum mouẽs: ꝛ id quod mouetur: ꝛ sic omne ipsum seipsuz mouet. Et maxime autem dubitabitur reliquum dicere vltime diuisionis. Eorum enim que mouentur ab alio: alia quidem extra naturaz posuimus moueri: alia autem relinquuntur cõtraponi quia natura. ℙHec autem sunt que dubitationem afferũt vt a quo moueantur vt leuia ꝛ grauia: hec enim in oppositos locos violentia mouentur: in proprios autem leue q̃dem sursum: grane aũt deorsum natura.

28 ¶Et in rebus que mouentur extra naturam appa ret proprie q; illud quod mouetur: mouetur ab alio: quoniam in illis q; mouentur ab alijs manifestum. ℙDeinde post illa que mouentur extra naturam: illa ex illis que mouentur naturaliter: que mouentur ex se: vt modi animaliũ. ℙNõ enim latet de istis moueri ab aliquo: ſz quomodo oportet determinare in animalibus motorẽ a moto. Videt enim fere quemadmodũ in nauib⁹ ꝛ in alijs quoz cõstitutio nõ ẽ naturalis: ita ꝛ in animalibus motor distinguitur a moto: ꝛ ꝑm hunc modum erit ipsum ꝑm totum mouens se. sed illud in quo ẽ dubitatio proprie est illud quod remanet de diuisione predicta. ℙDixímus enim q; eorum q̃ mouentur ex alijs quedaz mouentur extra naturam. ℙPonẽdũ est igitur q; quedam mouentur naturaliter: ꝛ ista faciunt dubitare si moueãtur ab aliquo. Ut.g. leuia ꝛ grauia. Ista enim mouent ad duo loca opposita violente: ꝛ mouentur ad sua loca ꝓpria. leue vo ad superi⁹ naturaliꝫ: graue aũt ad iferi⁹ naturaliꝫ.

¶Cũ diuisit motorẽ ꝛ motũ in illud quod est per se: ꝛ in illud quod est per accidens: incepit considerare in modis eorum que mouẽtur per se: ꝛ perscrutari vtrum oẽ motũ coz habeat motorem aut non: ꝛ est questio de qua perscrutar⁹ est in principio septimi: cũ sit prima questio de qua deberet perscrutari ille qui vult querere vtrũ sit ḃ motus eternus: ꝛ fecit hoc qz voluit declarare dispositionem in hoc de corporibus simplicibus sermone proprio. Ista enim fecerunt dubitationem in hoc q; omne motũ habet motorẽ. Et iterauit omnia predicta quibus est vsus in declarando hanc questionem: qz voluit incipere perscrutationem a principio de illis rebus predictis ꝛ complcuit sermonez in eo. Oẽ.n. quod fuit declaratum de eo fuit decisum in locis diuersis ꝛ modo vult congregare illud ꝛ complere perscrutationem de illo: ꝛ qz prius diuisit illa que mouent per se in tres modos in motum violente: ꝛ motum naturaliter: ꝛ diuisit ea q̃ mouentur naturaliter in duo. ſ. in habentia animam: ꝛ in ea que mouentur per declinationem. ſ. per grauitatem: ꝛ leuitatem: incepit dicere in quibus istorum apparet motum habere motorem: ꝛ in quibus latet: ꝛ dixit (ꝛ in rebus que mouentur extra naturam ꝛc).i. ꝛ cum res mote sunt tribus modis: manifestum est q; illa que mouẽtur violente: ꝛ extra naturam: sicut terra ad superius: ꝛ ignis ad inferius mouentur ab alio. ſ. manifestum est in istis q; motor in eis aliud est a moto. D.d. (post illa que mouentur ꝛc).i. ꝛ post ista apparet hoc in eis que mouentur naturaliter ex se sicut in modis animalium. ſ. vt motor in eis apparet esse aliud a moto: ꝛ.d. (deinde post ista) qz ista intẽtio magis apparet in eis que mouẽtur violente: ꝛ post ista apparet in animalibus: nullus enim dubitat q; animal mouetur ab anima: ꝛ q; anima est motor: ꝛ corpus est motum ꝛ ideo dixit (non enim latet ꝛc).i. ꝛ in hoc modo dicimus q; motor differt a moto: qz non latet aliquem in animalibus q; corpora sua mouentur a principio existente in eis alio ab eis. Sed latet de eis hoc quomodo est existentia motoris in eis. ſ. vtrum est distinctus ab eis econtrario eis que mouentur a motore extrinseco. ſ. quia in istis apparet manifeste q; motor est distinctus a moto. Et intendit per hoc expergefacere homines ad appetenduz querere de partibus anime ꝛ dixit (videtur enim fere q; quemadmodum in nauibus ꝛc) ꝛ intelligendum hic per distinctionem distinctionez in esse: nõ distinctionem in diffinitione. Motorem enim in animalibus esse distinctum a moto per diffinitionẽ ẽ manifestũ ꝑ se: sed ẽ ignotũ vtrũ distinguaꝫ aut nõ distinguaꝫ nisi ꝑ accidẽs: ꝛ ḃ intẽdebat cũ dixit (ſz quo oportet determinare ꝛc).i. determinare q̃lis ẽ dispositio motoris ad motũ. ꝛ cũ dixit: q; de hoc est perscrutãdũ in animalibus: dedit dubitationẽ que facit credere q; motor i aialibus põt distingui ꝑm esse: ꝛ dixit (vſ.n. fere ꝛc).i. ꝛ hoc ẽ dubiũ: qz põt aliqs dicere q; forte ita est in dispositiõe motoris ad motũ in animalib⁹: sicut in reb⁹ artificialib⁹ q̃ mouẽtur ꝑ principiũ i eis: sic i nauib⁹: ꝛ i alijs artificialib⁹. qñ cũ dixit hoc reuersus est ad distinguẽdũ illud quod ẽ manifestum de animalibus: ꝛ dixit (ꝛ ꝑm hũc modũ ꝛc).i. ꝛ ꝑm hãc opinionẽ de aiali. ſ. ipsum cõponi ex motore ꝛ moto q̃z vtrũq; distinguit a reliquo nãliꝫ intelligẽdũ est qñ videmus animal mouetse ꝑm totũ. i. ꝑm q; ꝓponit ex motore ꝛ moto: ꝛ nõ ita q; motor ꝛ motũ sint i eo idẽ in actu. D.d. (ſz in eo i quo est dubitatio ꝓprie ẽ illud qõ remanet ex diuisione).i. ꝛ dubitatio nõ est nisi in tertio mõ. Jaz.n. diuisimus

simus ea que mouẽtur essentialiter: ⁊ dixim⁹ q̄ q̄dã mouẽ tur violente ⁊ q̄dã naturalr: ⁊ coꝛ q̄ mouẽtur nãliter q̄dam videtur moueri ab aliquo alio ⁊ sũt animalia: ⁊ i quibusdã latet hoc ⁊ sunt coꝛpoꝛa simplicia. ℑn istis enim nõ appaꝛet alietas motoꝛis a moto sicut apparet in habentib⁹ aĩas immo in eis nõ est alietas oĩno: ⁊ sũt sicut dixit graue ⁊ leue. ℑsta enim inueniũtur moueri ad sua loca nãlia eꝛ se: ⁊ ad loca oppoſita suis locis nãlib⁹ eꝛ alijs. U.g. q: lapis ad inferius mouet̃ per se nãliter: ⁊ ad superius per violẽtiaz: ⁊ econtrario ignis: ⁊ hoc intendebat cũ. d. (⁊ illa enim mouent̃ ad duo loca oppoſita) duob⁹ suis naturalib⁹ (⁊ mouentur) naturaliter ad sua loca pꝛopꝛia.

¶ A quo aũt manifestũ non est sicut cum moueant̃ extra naturam. Et namq; ipsa a seipsis ponere im possibile est. Animalis enim hoc est ⁊ animatoꝛuz pꝛopꝛium: ⁊ facere stare posse ipsa ꝑm seipsa. Dico aũt sicut: si ambulandi cã est ipsi ⁊ non ambulãdi. Quare si est in ipso surſuz ferri igni manifestũ est q̄ in ipso ⁊ est deoꝛsum. ℑrrationabile est autẽ vno motu moueri solum a seipsis: siquidem ipsa seipsa mouent.

29 ¶ A quo aũt mouentur nõ ẽ manifestũ in eis: sicut est manifestuz quando mouẽtur extra naturã. Dicere enim ea moueri eꝛ se impossibile est. Hoc eni est ꝓpꝛiũ animalib⁹: ⁊ est ꝓpꝛium habẽtib⁹ aĩas. Et si ita esset: tunc esset possibile eis quiescere eꝛ se ⁊ dico. U.g. q̄ si aliquis est cã suiipsius in ambulatiõe est etiã cã suiipsius in dimittendo sui ambulationem. Et ideo si ascensus ad superius est eꝛ ipso igne: manifestum est q̄ descensus ignis etiã ad inferius est eꝛ ipo igne. Et dicere etiã q̄ res que mouentur eꝛ se: vno motu tm̃ mouentur nõ est de rõne si mouent se.

29 ¶ Idest in coꝛpoꝛib⁹ aũt simplicib⁹ nõ apparet ipsa moueri a motoꝛe alio a moto: sicut apparet hoc i eis que mouent̃ ab extrinseco. D. d. (dicere enim ꝛc). i. ⁊ nõ possum⁹ ẽt dicere in eis que mouent̃ a pꝛincipio in eis addito ei q̄ mouet̃ eꝛ eis absq; eo q̄ indigeant cã extrinseca: sic̃ dicim⁹ in eis que mouent̃ eꝛ se: q̄ mouent̃ a pꝛincipio in eis sine indigẽtia cause extrinsece: sic̃ est dispositio in habentib⁹ aĩas hoc enim impossibile est. D. incepit declarare quõ est impossibile ⁊ dixit (qñ hoc nõ est nisi in animalib⁹). s. q̄ mouentur a pꝛincipio in eis sine indigẽtia cause extrinsece. D. dedit rõnem super hoc: ⁊ dixit (⁊ si ita esset ꝛc). i. U.g. si ignis esset cã in se per quam posset moueri sine indigentia cause extrinsece. tunc per istam cãm posset quiescere sine indigentia cause extrinsece. Res enim in qua est causa q̄ põt moueri sine indigentia cause extrinsece: sic̃ animal in quo ẽ anima: per illam potest quiescere. D. d. (⁊ dicere etiaz ꝛc). i. ⁊ dicere in eo quod mouetur per pꝛincipium in eo sine i digentia alicui⁹ extrinseci qõ mouetur vno motu: nõ est ꝑz rationem. Pꝛincipia enim que sunt huiusmodi innata sũt mouere motibus diuersis.

¶ Amplius quomodo cõtingit cõtinuũ aliquod copulatum seipsum mouere. Secũdum enim q̄ vnũ est continuũ nõ tactu: ꝑm hoc impossibile est. Sz ꝑm q̄ diuiditur sic hoc quidẽ aptum natum est facere: illud autem pati. Neq; ergo hoꝛum vllũ ipsum seipsum mouet. consita enim sunt: nec aliud continuũ vllum. Sed necesse est diuidi mouens i vnoquoq; ad id quod mouetur: sicut in ianimatis videmus: cũ moueat ipsa aliquod animatoꝛum.

¶ Et etiam quomodo est possibile vt aliquid continuũ naturaliter conuenientium moueat seipsum. ꝑm enim q̄ est vnum continum non contiguum est irreceptibile passionum. Et ꝑm q̄ est segregatum erit tale: q̄ quiddam eius est innatum recipere: ⁊ quiddam agere. Nullũ igitur istoꝛum mouet seipsum cum sit conueniens: neq; aliquid omnino continuuz. Sed necesse est vt motoꝛ in quolibet eoꝛum sit distinctum a moto. Sicut videmus in carentib⁹ anima quando mouerit illa aliquod habentium animas. 30

¶ Cũ declarauit q̄ illa que mouentur naturaliter nõ mouẽ tur per pꝛincipium in eis qꝛ non mouentur eꝛ se. induxit ẽt secundam declarationem per quã declarat q̄ illa etiaz nõ mouentur per pꝛincipium in eis: ⁊ abbꝛeuiatio eius quod dicit est. Et quia illa que mouentur per pꝛincipia in eis: necesse est vt diuidantur ꝑm diffinitionem in motoꝛem ⁊ motum: ⁊ vt nõ sint idem ꝑm diffinitionem: essentiam. Motoꝛ enim debet esse distinctus a moto: aut ꝑm diffinitionez ⁊ esse insimul: sicut illa que mouentur ab extrinseco: aut ꝑz diffinitionez tm̃: sicut est dispositio in habentib⁹ animas. Anima eniz que est motoꝛ in eis distinguitur a coꝛpoꝛe qõ est motum ꝑm diffinitionem: lz nõ distinguat̃ ꝑm esse. s. q̄ impossibile est animam esse sine coꝛpoꝛe: qꝛ impossibile est animam esse sine coꝛpoꝛe nisi equiuocꝛ. Et qꝛ coꝛpoꝛa simplicia sunt vna ꝑm diffinitionem: ⁊ nullum eoꝛuz potest diuidi in motoꝛem ⁊ motum: necesse est vt non sint mota eꝛ se nisi esset possibile vt motoꝛ esset ipsum motum. Si igit̃ aliquis dixerit q̄ sunt coꝛpoꝛa simplicia composita eꝛ materia ⁊ forma quoꝛum vtrunq; est distinctum ꝑm diffinitionem a reliquo. Dicimus ad hoc q̄ pꝛima materia nõ ẽ exiſtens in actu: ⁊ illud quod mouetur eꝛ se debet diuidi i motoꝛem ⁊ motum in actu: quoniam illud quod est in potẽtia neq; mouet̃ neq; mouet. Si igitur lapis. U.g. moueretur eꝛ se contingeret vt esset mouens ⁊ motum eodem modo ꝑm formam: quoniam nõ est exiſtẽs in actu nisi ꝑm formã quod est impossibile. D. d. (⁊ etiam quomodo est possibile ꝛc) ⁊ intendit per continuum illud quod est vnum non per contiguitatem: ⁊ intendit per conueniens illud quod est cõ similium partiũ: cuius diffinitio partis: ⁊ totius est vna. s. illud quod nõ est diuerse substãtie. D. d. (ꝑm igitur q̄ ẽ cõtinuũ ꝛc). i. q̄ res cõtinue ꝑm q̄ sũt cõtinue nõ cõtigue impossibile est vt recipiant passionem. i. motuz eꝛ se: cũ nõ diuidant̃ in motoꝛẽ ⁊ motũ: nisi essent ꝙtinue copulate ꝑz ꝙtiguitatem. ⁊. d. hoc: qꝛ illud quod mouetur eꝛ se aut erit diuisibile ꝑm diffinitionez in motoꝛẽ ⁊ motum: aut erit diuisibile in partes ꝑm cõtiguitatez: sicut quod congregatur eꝛ aliquibus quod est continuũ ꝑm cõtiguitatẽ. Oẽ igitur qõ mouetur eꝛ se: aut erit distinctum aut diuisibile ꝑm diffinitionem: aut ꝑm quantitatem. s. partes. Et cum coꝛpoꝛa simplicia non diuidantur altero modo istoꝛum: sequit̃ q̄ non moueant̃ eꝛ se omnino. D. d. (⁊ ꝑz q̄ est segregratuz ꝛc). i. illa autem que diuidnntur aut ꝑm diffinitionez: aut ꝑm quãtitatem possibile est vt diuidantur in motoꝛem ⁊ in recipientem motum. Et cum posuit q̄ res continue consimiles impossibile est vt moueantur eꝛ se: nihil enim quod mouet̃ ꝑ illud per qõ mouet̃ res: nõ mouet se: nisi ꝑz illud q̄ est non consimilis. s. ꝑm q̄ diuidũtur in motoꝛẽ ⁊ motũ D. (null⁹ igit̃ istoꝛ ꝛc) ⁊ ista est cõclusio quã intẽdit per hunc sermonẽ: ⁊ iste sermo sic cõponit̃. Coꝛpoꝛa naturalia sunt cõsimilium partiũ simpliciũ. ⁊ illa que sunt consimilium partium simpliciuz impossibile est vt moueant se. ergo coꝛpoꝛa nãlia nõ mouẽt se. ⁊ cũ dedit cõclusionẽ induxit terminum medium istius conclusionis: ⁊ dixit (cum sit ꝙueniẽs ꝛc). i. cũ ista sint ꝙueniẽtia ⁊ nullũ ꝙueniẽs mo

uet se: ⁊ quasi incepit primo ⁊ verificauit maiorē ꝓpositionē. s. q̄ impossibile est vt aliquod moueat se ꝑ q̄ est vnū cōtinuū sed ꝑm q̄ est segregatū discretū. D. indurit cōclusionē ⁊ post indurit syllogisinum. s. vtrāq; propositionē minorē: cū dixit (cū sit cōueniens ⁊ nullū aliquod ꝑm q̄ est cōtinuum mouet se). i. cū corpa nālia sint ꝙtinua ⁊ nullū vnū ꝙtinuū mouet se. Et cū declarauit q̄ non mouentur ex se. incepit declarare q̄ necesse est vt moueantur ex alijs ⁊ dixit (immo necesse est ⁊c). i. ⁊ cū sit declaratū q̄ nō mouentur ex se: sequitur necessario vt moueantur ex alijs extrinsecis. Et hoc intendebat cum dixit (⁊ motor in quolibet eor sit distinctus a moto in quolibet eorum). D. dedit exemplū in hoc ⁊ dixit (sicut inuenimus in carentib⁹ anima ⁊c). i. q̄ motor in eis est necessario extrinsecus: sicut motus lapidis ad superius ab homine.

¶ Sed si accidit hoc semp moueri ab aliquo fiet vtiq; manifestū diuidentib⁹ cās. Est aūt ⁊ in mouentib⁹ accipere que dicta sunt. Alia quidem enī extra naturam hor ipsa motiua sunt: vt vectis nō natura grauis motiu⁹ ē. Alia vo naturā vt actu calidū motiuū est potētia calidi. Silr aūt ⁊ in alijs huiusmodi est. Et mobile aūt silr natura. qō potētia quale: aut quantū: aut vbi est: cū habeat principiū hmōi in seipso: nō ꝑm accidens. Erit enī idem ⁊ quale: ⁊ quātū: sed alter alteri accidit ⁊ nō ꝑ se ē. Ignis āt ⁊ terra mouent ab alio violēte qdē cū extra naturā. natura āt cū ipor act⁹ potētia sunt.

31 ¶ Sꝫ ⁊ sequitur in istis si mouent nalr: vt semp moueantur ab alio: ⁊ hoc apparet diuidēdo cās Et debemus accipere in motorib⁹ ēt illas itētiones quas dixim⁹ que sunt mota extra naturaꝫ. A. g. qm̄ sagitta magna velle mouere lapidem nō ē naturale. Et quedam naturaliter. A. g. q̄ calidum in actu mouet calidū in potentia. Et ꝑm hunc modū est dispositio de alijs similib⁹. Et silr etiā illud quod mouetur naturaliter est illud quod est in potentia quale: aut quātū: aut vbi. Cum principium qō est tale fuerit in eo non accidentaliter. Idē enī potest esse quale: ⁊ quantū: sed alter erit in altero per accidens non per se. Ignis igit ⁊ terra mouentur ex alio: aut violente quando mouētur extra naturam. Aut naturaliter quando mouētur ad suas actiones: quas habent in potentia.

31 ¶ Cū declarauit q̄ illa que mouentur nālr que sunt carentia anīmab⁹. s. corpora simplicia nō mouētur ex se: fuit necesse vt mouerentur ex aliquo extrinseco. Oē enim motum ab aliquo necesse est aut vt motor sit in eo: ⁊ tunc erit motū ex se: aut extra illud: ⁊ forte hoc non sequitur nisi cuz declarabitur q̄ omne motū habz motorē: ⁊ q̄ nihil mouet se ita q̄ motor sit ipsuz motū. Cū igitur declarauit sicut dixim⁹ q̄ illa que mouentur naturalr ⁊ carent aīab⁹ nō mouent ex se dixit (sed sequit in istis ⁊c). i. ⁊ sequit ex sermone ꝓdicto vt nō moueant nisi ab aliquo extrinseco: cū nō moueant a principio in eis. Deinde incepit declarare hoc alio mō ⁊ dixit (⁊ hoc apparet diuidendo causas ⁊c). i. ⁊ apparet ēt q̄ ista que mouentur nālr: ⁊ nō aīata sunt mota nālr ab aliquo extrinseco diuidendo cās in suas primas spēs. Deinde accipiem⁹ similia illis in motorib⁹. Mouētia enim sūt vn⁹ modor cāz: ⁊ intendebat q̄ qr cause diuiduntur primo in duas partes. Quaz vna est vt sint cause ꝑm violentiā. Secūda vt sint cause ꝑm naturam. Necesse est vt mouentia diuidantur in has duas partes ⁊ hoc intendebat cū. d. (⁊ debemus accipere ⁊c). i. ⁊ debem⁹ diuidere etiā mouentia in istos duos modos i quo diuisim⁹ cās ꝑm naturam ⁊ extra naturam. D. d. (quēadmodū enim mouentur extra nām ⁊c) ⁊ hoc intellectum est per se. D. d. (⁊ quedam naturaliē ⁊c). i. ⁊ quedam mouentia mouent per suam naturam siē calidum in actu quod habet naturam mouendi illud quod est calidum in potentia vt fiat calidum in actu. D. d. (⁊ ꝑm hunc modū ⁊c). i. ⁊ alie virtutes actiue que habent nāz facere ea que sunt in potentia sibi similia in actu. Et cuz dixit motorem ꝑm naturam incepit dicere de moto ꝑm nām ⁊ dixit (similiter etiam ⁊c). i. ⁊ quemadmodū illa que mouentur naturaliter sunt illa in quib⁹ natura est mouere aliquid: ⁊ ad aliquid: donec faciat illud in actu. Ita etiam illud quod mouet naturalr quod est in potentia aliqua intētio predicamentorum decem. U. g. vt sit in potentia quale aut q̄tū: aut vbi. Et cū omne quod est in potentia motuz est illud in cui⁹ natura est recipere aliquod predicamentor decem sequitur q̄ motor nālr sit oē qō potest mouere illud qō est in potentia aliqō predicamentorū decem: vt faciat illud predicamentū in actu: ⁊ ideo dixit (necesse est eē in b q̄ motū naturalr sit hoc q̄ principiū mouens sit) ⁊ dicit (cū habeat principium ⁊c) ⁊ dicit hoc: qm̄ res mouet ab alio essentialiter. Cū igit mouet ab aliquo essentialiter: tūc mouet ab eo per suam naturam: ⁊ cū mouet accidentalr: non mouet ab eo per suā nām. Deinde declarauit hoc ⁊ dixit (idē enīz ē quale ⁊ quātū). i. ⁊ exemplū ei⁹ qō mouet p accidens est vt aliqs motor moueat aliqd qō est in potentia. U. g. quale ⁊ cū facit ipsū quale in actu sequtur illud habere q̄ztū qō pri⁹ nō habebat. U. g. q̄ quādo aqua mouet aerem ad frigus: sequit illud minorē quātitatē: ⁊ silr ēt forte mouet aliquid in quātitate essentialr: ⁊ seqt illud q̄litas p accidens. U. g. ex quo nutritur animal. Multotiens enim sequit quātitatē in eo aliq̄ q̄ztitas ⁊ dixit (idem enim sit q̄le ⁊ q̄ztū). i. ab eodem motore: ⁊ cū ita sit necesse est vt altrū sit ab eo essentialr: ⁊ altez accidentalr. s. q̄ si q̄ztitas fuerit ab eo essentialr: q̄litas erit accidentalr: ⁊ econuerso: ⁊ iō dixit (sed altez eoz est in altero per accidens). i. sed alterū eoz seqt necessario vt inueniatur ab illo agente vno p accidens. Vnū enim agēs nō habet nāz largendi nisi vnū tm̄. Et cū declarauit q̄ oē quid in quolibet predicamēto mouetur naturaliter ab ei⁹ motore extrinseco nālr: cū fuerit in sua potentia vt moueat naturaliter ad illud. U. g. ad quale: ⁊ quātū: ⁊ vbi: ⁊ posuit q̄ illud quod mouetur accidentaliter ⁊ violente est illud quod mouet econtrario illi quod in sua potentia est vt moueatur. Et similiter est de illo qō mouet. Concluſit ex hoc q̄ terra ⁊ ignis ⁊ alia corpora simplicia habent istos duos modos vt moueant ⁊ mouētur. Habent enim virtutem naturalem ⁊ violentam. s. accidentalez: ⁊ dixit (ignis igitur ⁊ terra ⁊c). i. q̄ ista mouent violente quando mouentur per virtutē violentaz que est in eis ⁊ mouentur naturaliter quando mouentur ab eo quod generat ipsa. Et intendebat declarare ex hoc sermone q̄ motus corporum naturalium in hoc loco est in rei veritate ab eo quod generat ipsa: sicut alia accidentia que inueniuntur generari in re per generationem ipsius. Et q̄ ista sunt magis digniora esse de numero eorum que mouentur ab extrinseco: q̄ztz de numero eorum que mouentur per principium in eis: ⁊ q̄ nulla est contradictio in eis in ponendo illa moueri naturaliter ab extrinseco: cum plura generabilium naturalium generentur naturaliter ex extrinseco. Et cum declarauit in istis q̄ necesse est vt numerentur in eis que mouentur ex extrinseco: ⁊ iam posuit ea moueri naturaliter. declarauit ꝑm quot modos dicitur in eis moueri naturaliter: cum eo quod mouetur ex extrinseco: cum apparet in primo aspectu q̄ omne motuz ex extrinseco mouetur violente.

¶ Quoniaz

¶Qm autem potentia esse multipliciter dicit. hec autem causa est non esse manifestū a quo hmōi moueantur: vt ignis sursum: terra deorsum. Est autē potentia aliter addiscens sciens z habens iam scientiaz: z non considerans. Semper autem cum simul actiuū z passiuum sunt: sic fit aliquādo actu qō est potentia: vt addiscens ex potentia ente alteruz fit potentia. Habens enim scientiam non cōsiderans aūt potentia sciens est quodammodo: sed nō sicut z ante addiscere. Cum aūt sic habeat si aliqd non prohibeat operatur z cōsiderat: aut erit in cōtradictione z ignorantia. Similiter z hoc se hz in physicis. Frigidum enīz potētia est calidū cū aūt mutetur iam ignis est. ardet autē nisi aliquid ꝓhibeat z impediat. Similiter autez se hz z circa graue z leue. Leue enim fit ex graui: vt ex aqua fit aer: hec enim potentia primum: z iam leue operabitur mor enim aliquid prohibeat. actus enim leuis est alicubi esse z sursum. Prohibetur autem cum in contrario loco sit: z hoc similiter se habet in quanto z quali. Et tamen hic queritur quare moueantur in ipsorum locis grauia z leuia. Causa autem est quod apta nata sunt in aliquo vbi esse: z hoc est leui z graui esse: hoc quidem sursum illud autem deorsum duci. Potentia autem ē leue z graue multipliciter: sicut dictum est. Cū enīz sit aer aqua quodāmodo potentia z leue: z cuz aer est potentia: contingit enim per impedimentuz nō sursum esse: sed si auferatur impediens agit z semper sursum fit. Similiter aūt z quale ad id quod ē in actu mutatur. mor enim cōsiderat sciens nisi aliquid impediat: z quātū extenditur nisi aliquid prohibeat. Sustinens aūt z prohibens dimouēs: est sicut mouens: est aūt sicut nō: vt colūnā euellens: aut lapidem remouens: aut a vase aquam: ꝑm accidens enim mouet. Sicut repercussa spera nō a pariete mota est: sed a proijciente. Quod quidez igit nihil horum moueat seipsum manifestum est: sed motus habet principium non mouendi neq faciendi sed patiendi.

3z ¶Et quod illud quod est in potētia dicitur multis modis. hec fuit cā vt illud ex quo mouenť ista z similia est nō manifestū. V.g. ꝙ ignis mouetur ad superius z terra ad inferius: z addiscens est in potentia sciens alio modo ab eo ꝑm quez illud qō hz scientiam: sed nō scit: est sciens in potentia: z illud quod est in potentia forte erit in actu quando fuerit semper congregatū agens z recipiens. V.g. ꝙ addiscens erit sciens ab eo cuius scientia in potentia erat aliud in potentia. Quod enim habet scientiam sed non scit est sciens in potentia quoquo modo: sed iste modus potentie non ē ille modus i quo erat prius ante ꝙ addisceret. Cū igitur fuerit in hac dispositione aget suam actionem: z sciet tunc: nisi aliquid impediat: z si non contingeret vt esset in opposito scientie. s. ignorantie. Et ꝑm hunc modum currit dispositio de rebus naturalibus etiaz. Frigiduz enim est in potentia caliduz: z cuz fuerit transmutatum erit: tunc ignis z comburet nisi aliquid impediat. Et similiter ē de graui z leui etiam ex graui enim generať leue. V.g. ex aqua aer: prio enim erat tale in potentia: z tūc fiet leue z faciet statim suam actionem nisi aliquid ipediat. Actio enīz leuis ē vt sit in aliquo vbi z superius. impedimētuz autem accidit quando fuerit in cōtrario loci ei⁹: z ꝑm hoc ē cursus in quantitate etiam z in qualitate Quamuis hic debet queri. s. quare leuia mouentur ad vnū locū: z similiter grauia. Et cā in hoc ē qz sunt nata vt sint in aliquo vbi: z essentia grauis z leuis ē ista: illud vbicari inferius: z istud superi⁹. Sed leue z graue in potentia sunt multis modis: sicut diximus. Aqua enim dum est aqua est in potentia leuis quoquo modo: z cū fuerit aer possibile est vt impediatur quin sit superi⁹: sed si illud impedimentum aufertur statim auget suam actionez z erit semper superius. Et ꝑm hunc moduz transmutatur quale etiaz ad illud qō est in actu. Sciēs enim statim sciet nisi impediatur z ipsū ēt quātum extēdit: si nihil sit quod impediat: illud aūt qō aufert impedimentum quoquo modo ē motor: z quo quo mō nō ē motor. V.g. qō si aliqs hō auferat columnam fulcientem pondus: aut auferat lapidem positum super vtrē in aqua: tunc mouebit ista: sed per accidens. Quemadmodū pila que a pariete reflectitur non mouetur a pariete sed a proijciente Manifestum est igitur ꝙ nullum istorum mouet se: ita ꝙ in eo sit principium motus: vt moueat aut vt agat: sed vt recipiat actionem.

¶Cum declarauit ꝙ lapis z vniuersaliter corpora naturalia simplicia non mouentur ex se: cum non diuidantur in motorem z motum: z ꝙ propter hoc necesse est vt motor eor sit extrinsecus: z declarauit ꝙ motor eor est extrinsec⁹ cum hoc ꝙ sunt mota naturaliter: z ꝙ hoc in eis est ꝑ potentiam naturalem que est in eis vt moueantur ad sua loca propria sicut potentia existens in re generata in substantia ad recipienda alia predicamenta: scilicet ꝙ motor in eis est naturalis z extrinsecus. Et ꝙ hic hoc qō mouetur in loco prouenit eis a generante sicut prouenit qualitas propria z alia accidentia: vult declarare ꝙ latentia motoris istorum essentialiter est propter mixtionem potentie quam habet accidentaliter cum potentia quam habet essentialiter. Et iō habet duos motores motorem accidentaliter z motorem essentialiter: z ideo motor qui est essentialiter admiscetur cum eo qui est accidentaliter: ita ꝙ existimatur ꝙ ista mouent se: z hoc intendit declarare in hoc capitulo: z dixit (z quia illud quod est in potentia ꝛc) idest z non est manifestum illud mouens ex quo mouentur essentialiter corpora simplicia: quia potentia ad motum dicitur duobus modis. Quor vn⁹ est de potentia essentiali que ē mā ex qua gñata sunt z est nālis. Ali⁹ aūt est de potētia vio 3z

lēta que est accidētalis. Deinde dedit exēplū ⁊ dixit (⁊ potē tia violenta ⁊c). U. g. (q ignis mouet ⁊c). i. ⁊ exēplū po tētie essentialis que nō exit in actū nisi a motore essentialiē est potentia que est in igne vt mouat ad inferi⁹ cū reuertit terra: ⁊ potentia que est in terra vt sit ignis ⁊ vt mouat ad superi⁹: que est similis potētie que est in addiscēte vt sit sci ens. Exemplū vo potentie que est accidentalis est potētia q̄ est in ipso igne qñ impedit a motu ad superi⁹: ⁊ potētia q̄ ē in ipsa terra vt mouet ad inferius qñ ipedit ⁊ ista potentia est similis potentie que ē in sciente qñ nō scit ⁊ est violēta. ⁊ q; altera ista; est essentialis: ⁊ altera accidentalis: assimila uit essentialem potentie que est in addiscente vt fiat sciēs: ⁊ potentiam accidentalē ei que est in sciēte qñ nō vtit scientia ꝓpter aliquod impedimentuz: ⁊ hoc intendebat cū dixit (⁊ addiscens ēt in potentia ⁊c). i. ⁊ addiscens anteq̄z addiscat dicitur esse sciēs in potētia alio modo ab eo quo dicitur in eo qđ habet sciētiā in tempore in quo nō vtit sua sciētia qđ ipsum est sciens in potentia. ¶Prima enim est de genere po tentie essentialis. Secūda vo de gñe potentie accidentalis: ⁊ ideo potentia essentialis indiget in hoc q; exeat in actum agente essentialiter. Secūda aūt non indiget agente in h̄ q; exeat in actū nisi per accidens. Q uoniā non est in potentia nisi ꝓpter impediens: aut ꝓpter defectū subiecti in quo agit. U. g. quoniam ignis est comburēs in potentia qñ nō inuenit materiā quā cōburat: cū igit inuenit māz quā cōbu rat: tunc fit combures in actu sine indigētia motoris extrin seci. Et silr ignis hz duas potētias potētiam essentialem ⁊ est potētia q̄ est in corpore ex quo generat: ⁊ potētiam acci dentalē ⁊ est potētia que est in igne qñ impedit: ⁊ ista fm q; est accidentalis indiget motore accidentali econtrario prie potentie: ⁊ cū ita sit questio igit dicens: vtrum ista corpora simplicia moueātur in loco motore extrinseco aut ex se. Di stinguendū est in responsiōe ad illā. Q uī mot⁹ qui est i po tētia nāli: ⁊ est potētia q̄ est in re ex qua gñat corp⁹ simplex in quo inuenitur mot⁹ necessario indiget motore essentialr ⁊ est illud quod est extrinsecū. s. generās. Generans enim est illud quod dat corpori simplici generato formaz suā: ⁊ oia accidentia contingentia forme: quoz vnū est mot⁹ in loco. Et ideo cum forma fuerit completa in eo: complebitur vbi suū debitū ⁊ alia accidentia nisi aliquid impediat. ¶Potētia vo ad motū que accidit inueniri in corpore simplici qñ im peditur in tempore sue generationis gn mouat ad suū lo cū naturalem ab alio impedimento quando generat in lo co extraneo: aut quando exit a suo loco nāli ab aliquo extra hente. nō indiget in hoc q; exeat in actum motore extrinse co essentialr: cū sit potētia accidentalis. Et cū ita sit: ⁊ illud quod mouet essentialr est illud in quo est potentia vera ad motū. s. potentia receptionis motus: tunc illud qđ mouet i rei veritate hoc motu est mā ex qua generatur corpus sim pler. U. g. q; aer qui est in potentia ignis: ⁊ superi⁹ est illud quod mouet in rei veritate: ⁊ essentialiter ad superi⁹ qñ fit ignis. Et cū distinxit potentiaz accidentalē a potentia essen tiali: incepit ꝓprie dicere potentiā essentialē: ⁊ dixit (⁊ il lud quod est in potentia forte erit in actu ⁊c). i. ⁊ ꝓprium est potentie essentialr vt nō fiat in actu nisi ꝓpter motorē essentialem: ⁊ q; non venit ad actum nisi quando congregā tur duo. s. recipiens ⁊ agens econtrario potentie accidenta li que non indigeat ad hoc q; exeat ad actuz motore extrin seco nisi per accidens ⁊ est recessus impedimēti ⁊ dixit (for te quoniam quandoq̄z congregatur agens ⁊ recipiēs ⁊ nul lus fit motus). Deinde dedit exemplum potentie essentia lis naturalis: ⁊ dixit (. U. g. q; addiscens fit sciēs). i. ab eo quod est in potentia vera facit ipsum scientem in rei verita te. D. d. (illud enim quod habet scientiam ⁊c). i. ille enim qui est sciens quando non vtitur suam scientiam dicitur esse sciens in potentia: alio modo ab eo quo dicitur in ad discente: esse sciens in potentia anteq̄z addiscat. s. qñ illa ē potentia accidentalis: ⁊ ista est potentia essentialis. D. d. (cū igitur fuerit talis dispositionis ⁊c). i. ⁊ quando sciens fuerit sciēs in actu tūc non indiget in sua actione motore ex trinseco in actu: sed aget sua actiōe nisi aliqd impediat. Et si aliquis diceret q; si sciens quando non vtitur sua scientia est sciēs in potētia eo modo quo dicim⁹ in addiscēte eē sciēs in potētia: contingeret vt sciens quando non vtitur sua scie tia esset ignorās: sic addiscēs q est sciēs i potētia. ⁊ h̄ itēde bat cum dixit (⁊ si non cōtingeret ⁊c) ⁊ cū declarauit q; po tētia dr duob⁹ modis. s. de potētia accidentali: ⁊ essentiali. Et q; accidentalis nō indiget motore extrinseco nisi per ac cidens: incepit notificare q; potentia que existit in lapide ad superi⁹ est de hoc genere. s. accidētalis: ⁊ cū ita sit tunc ista nō mouet ex se. s. essentialiter ⁊ dixit (⁊ fm hunc modū ⁊c) i. ⁊ fm modū duaz potentiaz que existunt in addiscēte ⁊ sci ente: inueniūtur iste due potentie in corporibus simplicib⁹ nālib⁹ etiam. Q uēadmodū enim discens est sciens in potē tia: ⁊ cū fuerit sciens in actu operabitur sua scientia nisi ali quid impediat. Similiter corpus quod est in potētia ignis aut calidū: aut motū ad superius: cū fiet ignis in actu: fiet superius in actu nisi aliquid ipediat. D. d. (⁊ silr est de gra ui ⁊ leui. s. q; potentia in eis dicitur duob⁹ modis dictis in addiscente ⁊ sciente: ⁊ q; illud ex quo gencratur graue ⁊ le ue est potentia grauis ⁊ leuis in rei veritate. Et cū exiuerit de potētia in actū erit leue in actu: aut graue i actu: nisi ali qd impediat. ⁊ hoc intendebat cum dixit (qñqz enim gñat ex grauī ⁊c). ⁊ potentia vera que est actio leuis. s. motus ad superius est in graui in actu quod est leue in posse. Et intē dit per totū hoc q; cū potentia vera que est ad motū istoruz corpoz fuerit in eo ex quo gñat. Et ista potentia nō erit i actū nisi a generante ⁊ agēte graue aut leue: necesse ēt mo tor istoz corpoz simpliciū. s. grauis aut leuis sit gñans nō q; mouet ex se. D. d. (⁊ ipedimētū accidit ei ⁊c). i. grauī ⁊ leuī accidit vt impediant ab vbi qđ deberēt habere a ge nerante ea eo modo fm quē hñt alia accidentia qñ gñatum fuerit in loco extraneo: ⁊ impedit illic aliquo impedimēto ⁊ hoc intendebat cū dixit (⁊ fm hunc modum est de quāto ⁊ quali). i. quēadmodū potētia que est ad quātū ⁊ quale q̄ sunt ꝓpria gñato est in mā ex qua generatur: ita ē de vbi ꝓprio: ⁊ quemadmodū quātū ⁊ equale eruut de potētia in actum a generante: ita est de vbi quando gñatum fuerit non in suo loco naturali. Deinde dixit (q̄zuis hoc ⁊c). i. ⁊ cum fuerit dictū q; motus ad superi⁹ corporis leuis ⁊ cor poris grauis ad inferius fuerit a generante: querenduz est ab aliquo quare motus leuis est ad contrariam partem ei ad quam mouetur grauis. Et quare omnes partes grauis mouentur ad eundem locum: ⁊ similiter omnes partes le uis. Dicenduz est ad hoc q; hoc fit in eis naturaliter: ⁊ per scrutatur de hoc in libro secundo celi ⁊ mundi. Et cum q; posita fuit ei hec questio dedit responsionem ad illā fz q; p tinet ad hunc locum: ⁊ dixit (⁊ causa in hoc est ⁊c). i. ⁊ cā i hoc q; mouētur ad loca opposita. s. graue ⁊ leue: ē q; sunt nata vt sint in locis ꝓpriis. s. q; esse eoz nō cōplet nisi ei sendo in illis locis: sicut cōpletur per alia accidentia ⁊ pro pria sequentia substantiā vniuscuiusq; eoruz: ⁊ iō dicit (⁊ essentia grauis ⁊ leuis est ista). s. q; essentia grauis ⁊ leuis facit vt leue vbicetur superius: ⁊ graue inferi⁹: ⁊ hec vbica tio aut collocat in diffinitione grauis ⁊ leuis: aut est actio intētiōis q̄ collocat in diffinitiōe eoz. Leue enī ⁊ graue de scribūtur per hanc actionē: ⁊ hoc declarabit ēt i celo ⁊ mū do. Et cū compleuit oia ista reuersus est ad faciendū reme morationē de predictis: ⁊ dixit (sed graue ⁊ leue in potentia sunt multis modis sicut diximus). i. qñ dicētur p potē tiam nālē pessimā ⁊ violētā: q̄ erit qñ impeditur ab aliquo D. d. (aqua enim ⁊c). i. aqua enim dū est aqua est in poten tia naturali leuis: ⁊ cum fuerit aer erit leuis in actu: nisi ali quid ipediat: ita q; non agat actionem leuis: ⁊ sic inueniet in ea potentia violenta: ⁊ ista sicut diximus distinguūtur a vera potētia: qñ ista est violenta ⁊ illa naturalis. D. dixit (fm hūc modum ⁊c) idest illud quod est in potentia ali quod quale cum transmutatuz fuerit de potētia i actū: tūc

illud

illud qualc aget suã actionez nisi aliquid impediat: sic addi scens qñ fuerit sciens in actu aget enim actionem discentis nisi aliquid impediat. ⁊ similiter aqua cum fuerit aer aget actionẽ acris nisi aliquid impediat idest vbicabiẽ superius Deinde dixit (illud aũt quod aufert impedimentũ ⁊c) ⁊ intendit qd istud est mouens per accidens non essentialiter. Deinde dedit exemplũ ⁊ dixit (. U. g. si aliquis hõ ⁊c). i. U. g. si aliquis homo aufert colũnã sustentantez pondus: tũc ille homo mouebit illud pond⁹ ad inferi⁹. ⁊ cadet illud ponderosum ad inferi⁹ per accidens: ⁊ similiter quando aufert lapidem positum super vtrẽ inflatum ille homo dicit mouere illum vtrem per accidens. Et dicitur mouere per accidens qz ista potentia est violenta scilicet potentia impedita. Deinde dixit (quemadmodũ pila ⁊c). i. quemadmodũ quando proijciens proiecit pilam ad parietẽ: ⁊ reflectit ab eo: non dicitur q⁹ paries mouet illam illo motu reflero per se: sed proijciens: ⁊ paries si dicatur mouere dr̃ per accidens. Et ita dicitur illud quod aufert impedimentũ mouere lapidem per accidens: ⁊ quod generat ipsum mouere ipsum essentialiter. Et cum complcuit hanc declarationem fecit rememorationem de hoc: ⁊ dixit (declaratum est igit ⁊c). i. declaratum est igitur q⁹ nullũ corpoũ simpliciũ nãliuz. s. q⁹ terre ⁊ ignis ceteroz mouet se: ꝓpter hoc q⁹ in eo est principium quo moueat se: ⁊ hoc essentialiter: nõ accidẽtaliter: sed in eo est essentialiter pncipiũ receptionis vt moueatur ab extrinseco: nõ pncipium actiõis nisi ꝑ accidẽs.

¶ Si igit oia q̃ mouent: aut natura mouẽtur aut extra naturã: vel violẽtia. Et q̃ vi ⁊ extra naturã oia a quodã ⁊ ab alio. Eoz aũt q̃ natura itez q̃cũqz a se ipsis mouent ab aliquo mouent. ⁊ que nõ a seipsis vt leuia ⁊ grauia: aut eni a gñante ⁊ faciente leue ⁊ graue: aut ab ipedientia ⁊ phibẽtia soluẽte. oia ergo q̃ mouent ab aliquo alio vtiqz mouebunt. Hoc aũt dupliciter: aut eni nõ ꝑ seipsũ est mouẽs sz ꝑ alter qõ mouet mouẽs: aut ꝑ seipsũ: ⁊ hoc aut est mouens er se pmũ post vltimũ: aut ꝑ plura media: vt bacul⁹ mouet lapidẽ: ⁊ mouet a manu: mota ab hoie: hic aũt nõ ampli⁹ est quo ab aliquo moueat. Utrũqz git̃ mouẽs dicim⁹ ⁊ vltimũ ⁊ pmũ mouẽtiũ: sed magis pmũ. id eni mouet vltimũ sz non hoc pmũ: ⁊ sine qdẽ pcio vltimũ nõ mouebit. illõ aũt sine hoc: vt bacul⁹ ñ mouet nisi moueat ab hoie

¶ Et cũ oia mota: aut mouẽt naturalr aut extra naturã ⁊ violẽte. Et oia mota violẽte ⁊ extra naturaz mouẽtur ab aliquo ⁊ alio. Et ea q̃ mouent naturaliter ⁊ ex se mouent ab alio ẽt. Et silr ea q̃ nõ mouẽtur ex se vt grauia ⁊ leuia mouẽtur aut ex transmutãte ⁊ agẽte leue aut graue: aut ex auferente ipedimẽtũ. Necesse ẽ igit vt oia mota moueant ab alio ⁊ hoc duob⁹ modis. Motoz eni aut nõ ꝑ se mouet motũ sz qz aliud mouet ipsũ ita q⁹ ipse moueat ꝑ se ⁊ iste motoz aut erit pmũ post illud aliud: aut erit mediũ plusq̃ vnũ. U. g. q⁹ bacul⁹ mouet lapidẽ: ⁊ mouet a manu: ⁊ man⁹ ab hoie: hõ aũt nõ mouet ab aliquo. Et nos dicem⁹ i oib⁹ eis mouere. s. i pmo ⁊ postremo: sed pmũ ẽ digni⁹. Pmũ enim mouet postremũ ⁊ nõ postremũ pmũ. Postremũ igit ñ mouet sine pcio: pmũ vo mouet sine postrẽo. U. g. q⁹ bacul⁹ ñ mouet: si man⁹ ñ mouerit.

¶ Existimat q⁹ capimlũ predictũ añ pximũ itẽdit q⁹ Ari. intẽdit per ipsum q⁹ omne motũ hz motorẽ: ⁊ iõ. d. Themistius declarationẽ eius q̃ est in pncipio septimi ⁊ cõtẽt⁹ est in hac declaratione hic: ⁊ opinat⁹ ẽ eã esse magis certaz q̃z primaz. Luz illa q̃ illic est signũ. ista aũt existimat eẽ inductio: ⁊ videtur q⁹ inductio nõ sufficit in b: ⁊ maxime apud ponentes hic esse aliqd quod mouet se: sicut ponit Plato. ⁊ videtur mihi q⁹ ipse intendit per hanc declarationem hic dissoluere qõnem accidentem in propositione dicente q⁹ oẽ motũ habet motorẽ ex motis simplicibus. Ista eni apparent moueri per se: cum fuerint extra sua loca naturalia ⁊ sunt simplicia non diuisibilia. s. q⁹ motoz in eis est ipsum motuz. Ista igitur qz faciunt dubitare in hac questione hz q⁹ Arist. dixit in pncipio septimi. ideo incepit illic ⁊ demõstrauit hanc propositionem. s. q⁹ omne motum habet motorem sed non dissoluit illic qõnem accidentẽ in cis ex his simplicib⁹. In b aũt loco dissoluit illam questionem ⁊ declarauit q⁹ ista mouent ab extrinseco: ⁊ q⁹ nõ mouentur ex se nisi per accidẽs ⁊ sic complcuit sermonẽ suũ in hoc q⁹ oẽ motũ mouet ab aliquo: ⁊ ipse post perfecte pscrutabit de hoc. s. declarando q⁹ impossibile est vt aliquid moueat se: ⁊. d. (⁊ cũ oia ⁊c). i. ⁊ cũ declaratum sit q⁹ cũ omne motuz aut mouetur violente: aut naturaliter: ⁊ illa que mouentur naturaliter aut mouẽtur ex se. s. habentia animas aut erũt corpora grauia ⁊ leuia: ⁊ iam apparuit in istis tribus modis moueri ab aliquo alio. Illa autem que mouent violẽte ⁊ grauia ⁊ leuia mouentur a motore extrinseco: alia autẽ mouentur a motore existẽte i cis. Ergo necẽ est vt oẽ motũ moueatur ab aliquo alio. ⁊ intendebat q⁹ ista propositio declarata est hic perfecte: cum questio que accidit in ea ex corporibus grauib⁹ ⁊ leuib⁹ sit dissoluta: ⁊ demonstratio facta sit de ipsa in pncipio septimi: nõ qz inductio qua vtitur hz sit sufficiens in hoc. Inductio enim in qua non percipitur q⁹ ꝑdicatio est essentialis nõ dat certitudinez naturalẽ: hz iducant in ea omnia particularia. ⁊ cũ verificauit hanc propositionez: ⁊ est q⁹ oẽ motũ mouetur ab alio: incepit declarare q⁹ illa q̃ mouent in loco reducũtur ad aliquod motuz ex se: ⁊ dixit (⁊ hoc duobus modis ⁊c). i. ⁊ cũ declaratũ sit q⁹ oẽ motũ hz motorẽ: ⁊ est manifestũ q⁹ motores sũt duo b⁹ modis: aut q⁹ motoz mouet motũ qz aliud extrinsecum mouet ipsum: aut qz motoz mouet nõ qz aliud mouet ipsũ ⁊ ista ꝓpositio est mãifesta per se. Deinde indurit aliã propositonẽ ⁊ dixit (⁊ iste motoz ⁊c). i. ⁊ ois motoz aut erit primus motoz qz mouet postremũ motũ. s. motũ sequẽs: aut erit illic mediũ inter pmũ motorẽ: ⁊ inter postremũ motũ ⁊ istud mediũ aut erit vnũ aut plus q̃z vnũ. Et itẽdit ꝑ pmũ motorẽ illud qõ nõ mouet qz aliud mouet ipsũ: sed per se ⁊ per mediũ illud qõ mouet qz aliud mouet ipsũ: ⁊ iõ ꝑ dixit q⁹ ois motoz aut mouet per se: aut per aliud. Sũt igit tria: pim⁹ motoz ⁊ medi⁹ motoz qõ est motũ: ⁊ postremuz motũ qõ non mouet oino. U. g. q⁹ baculus mouet lapidẽ ⁊ man⁹ baculuz: ⁊ homo manũ. D. d. (homo vo ⁊c). i. hõ vo in hoc exẽplo est primus motoz: ⁊ intendit per hominez virtutem mouentem manum hominis: ⁊ medius motoz: ẽ manus ⁊ baculus: ⁊ postremuz motum est lapis. D. d. (⁊ nos dicimus in eis ⁊c) ⁊ intẽdit in primo medio: ⁊ hoc intendebat cuz. d. s. postremuz. D. d. (sed digni⁹ est pmũ). i. sed dignius est mouere primum. D. d. (ipsum enim mouet postremum: non postremum pmũ). i. quoniam primum non indiget secundo vt sit motoz secundi: sicut secũdũ medium indiget vt sit motoz primo: ⁊ ideo mediũ nõ ẽ motoz in actu nisi per primum. Pmũ igitur est prius illo hz naturam ⁊ fm causaz. fm naturam aũt qz cum auferatur auferẽt mediũm: ⁊ cum fuerit nõ sequitur vt sit medium: sz cũ fuerit medium sequitur q⁹ pmũ sit necessario.

¶ Si igitur necesse est oẽ quod mouetur ab aliquo moueri: ⁊ hoc aut ab eo quod mouetur: aut ab alio aut non. Et siquidem ab alio quod mouetur: ne-

cesse est aliquid esse mouens quod non sit ab alio primo. si autem huiusmodi est primū nō necesse est esse alterū. impossibile est enim in infinitum abire mouens ⁊ quod mouetur ab alio ipsum. infinitorū enim est nihil primum. si igitur omne quod mouetur ab aliquo mouetur. ¶Primum autem mouēs mouetur non quidem ab alio. Necesse est primū a seipso moueri.

42 ¶Ista est declaratio in qua sustentatus est Aris. in hoc qꝫ motum ex se componitur ex motore qui non mouetur ⁊ ex moto: non ex moto ⁊ motore qui innatus est mouere se vt ¶Plato dicebat: exponitores autem scilicet Themistius ⁊ Alexander inducunt demonstrationem super hoc alio modo existimando ipsam esse breuiorem ⁊ certiorem demonstrationem Aris. Dicunt enim qꝫ motum ex se non potest euadere a quinqꝫ partibus contradicentibus scilicet aut diuiditur in duas partes motorem nõ motum: ⁊ rem motam: aut vt totum moueat: se aut vt vtraqꝫ pars moueant vtraqꝫ: aut vt pars moueat totum: aut vt totum moueat partem: Et dicunt ad inconueniens in omnibus eis eadem via ⁊ est: quia motor est ipsum motum. Dicunt enim qꝫ si totum mouet totum: erit mouens idem. cum moto: quod est impossibile. Et si pars mouerit totum tũc eadem pars erit in eo motor ⁊ motum. Et similiter si vtraqꝫ pars mouerit vtranqꝫ partem: tunc vtraqꝫ earum mouebit se: non enim est differentia iter hoc qꝫ aliquid moueat se cum medio aut sine medio. Et similiter dicunt si totum mouerit partem sequitur vt totum moueat se: Et totum hoc est error ⁊ deceptio. ¶Primo enim decipiuntur peccantes i hoc qꝫ existimant: qꝫ diuisio qua vtitur in hac declaratione est diuisio in contradicentibus: ⁊ qꝫ demonstratio complebitur quando quattuor contradicentia destruentur: ⁊ remanebit quintum quod est: qꝫ motum ex se compõitur ex motore non moto: quod non est corpus: ⁊ ex moto quod est corpus: ⁊ non est sicut existimauerunt: ¶Quoniam cũ posuerimus qꝫ impossile est vt motum sit ipse motor: tunc necesse erit vt motum ex se diuidaꝫ in duas partes scilicet in motorem qui non mouetur ⁊ in rem que mouetur tãtummodo. Sed quia Aris. vidit qꝫ sunt hic alij modi ab his duobus modis ⁊ potest aliquis existimare qꝫ motum ex se forte est ſm aliquem eorum: incepit destruere eos ad cõfirmandum suam demonstrationem: ⁊ ideo idurit i vnoquoqꝫ eorum conclusionem quam indurit in prima demonstratione ⁊ si demonstratio eius esset fundata supermodum cotradictionis non induceret conclusionem nisi semel. Et quia existimatio magis apparens est qꝫ vtraqꝫ pars moti ex se mouet reliquam ſm reciprocationem: incepit destruere hoc dicendo qꝫ hoc aut erit essentialiter: aut accidentaliter. Et si fuerit essentialiter: continget vt nõ sit in eis motum ex se: ⁊ etiam vt aliquid moueat se ſm qꝫ mouetur. Et cum destruxit duas diuisiones destructum erit vt illud quod mouet ex se sit tale: Expositores autem cum destruerunt diuisionem: que est essentialiter: existimauerunt qꝫ positio esset destructa. ⁊ hoc ẽ secundum peccatum. Et hoc etiam qõ dicunt qꝫ si totum mouetur a parte: continget vt illa pars que mouet moueatur essentialiter: immo sequitur etiam vt illa pars moueatur ex se: necessarium est vt destruatur ista positio: dicendo qꝫ questio reuertitur in hoc qꝫ mouetur ex se quomodo mouetur: Et contingit etiam qꝫ illud quod fuit positum motum primũ non sit primum motum: ⁊ etiam totum moueri a parte est per accidens. ¶Responsio igitur remanebit in modo qui est per accidens ipsum esse impossibile: est enim in rei veritate de modo ſm quem pars mouet partem: cum nullo modo imaginatur qꝫ pars mouet totum nisi per accidẽs: ⁊ re motius est imaginari qꝫ totum mouet partem essentialiter

¶Non igitur vtendum istis duobus modis donec diuidãtur ſm esse essentialiter ⁊ accidẽtaliter: sicut fecit Aris. Sꝫ hoc non fecit in his duobus modis: neqꝫ habuit curam de eis: cum nullus existimet in primo moto ex se qꝫ pars illius mouet totum: aut qꝫ totum mouet partem: cũ pars mouens debet distingui a parte mota ſm esse aut ſm diffinitionem. Et cum ita fuerit: tunc motum ex se diuidetur in duas partes: in motum ex se: ⁊ motum a moto ex se: ⁊ tunc non imaginabitur qꝫ pars mouet totum: aut qꝫ totũ mouet partem nisi per accidens. Et quia isti duo modi q sunt per accidens sunt manifesti non habuit curam de eis Aris. sed habuit curam destruere eos in quibus non bene apparet eos esse per accidens: sicut fecit in partibus que mouent se ad inuicem: ⁊ in ponendo qꝫ quelibet pars mouet se in quo dixit: qꝫ si motũ ex se fuerit tale: cõtinget vt ille partes moueant se per accidens: Aris. igitur non vtit istis modis nisi eis in quibus latet eos esse per accidens: ⁊ sunt illi modi de quibus potest aliquis existimare qꝫ aliquis eorum est motum per se. De eis autem de quibus apparet accidentalitas non habuit curam Aris. ⁊ sunt qꝫ totum mouet partem: aut qꝫ pars mouet totum. Si igit aliquis dixerit qꝫ Aris. debz destruere istos duos modos scilicet totum mouere partẽ: ⁊ partẽ mouere totũ ſm qꝫ sũt p accidẽs. Dicemus ad hoc qꝫ Aris. diuisit eos propter hoc qꝫ accidentalitas ẽ manifesta in eis: ⁊ non voluit destruere nisi eos in quibus accidentalitas non est manifesta per se cum hoc: sicut diximus qꝫ nullus existimat, vt motum ex se sit tale scilicet de eis in quibus accidentalitas ẽ manifesta per se.

¶Quoniam autem mouet aliud quidem quod mouetur ab alio: aliud autem cum sit immobile. Et mouetur aliud quidem mouens: aliud autem nihil mouens. Ipsum seipsum mouens necesse est ex immobili esse: mouente autem: ⁊ adhuc ex eo quod mouetur: non mouente autem ex necessitate sed qualiter euenit. Sit enim. a. mouens quidem immobile: b. vo. quod mouetur ab. a. ⁊ mouens quod est in quo est. c. hoc autem quod mouetur quidem ab ipso. b. non mouens autem nullum. Siquidem enim ⁊ per plura media veni et in. c. sit per vnum solũ. omne igitur a.b.c. ipꝫ seipsum mouet. Sed si aufero. c. A.b. quidem se ipsum mouebit. a. quidem enim mouens. b. vo quod mouetur. c. autem non mouebit ipsum seipꝫ neqꝫ penitus mouebitur. Atvo nec. b. c. mouebit ipsa seipsam sine. a. b. enim mouet in eo qꝫ mouet ab alio: non quia a suiipsius aliqua parte. A.b. igitur solum ipsum seipsum mouet. ¶Necesse est itaqꝫ ipsum seipsum mouens habere mouens: immobile autem: ⁊ quod mouetur: non aliud mouẽs ex necessitate. ¶Contacta autem vtraqꝫ ad inuicem sunt: aut ab altero alterum. Si igitur continuum est mouens: quod enim mouetur necesse est continuum esse manifestũ est qꝫ totum ipsum seipsum mouet. ¶Non eo qꝫ ipsius aliquid huiusmodi sit: vt ipsum seipsum aliquid sit mouere: Sed totum mouet ipsum seipsum. ¶Motum quidẽ ⁊ mouens: quo ipsius aliqd est mouẽs: ⁊ aliquid qõ mouetur: ¶Non enim totum mouet: neqꝫ totum mouetur. Sed mouet quidem. a. B. autem tñ mo-

uetur. Sed tamen. c. ab ipso. b. nō necessario mouetur impossibile est enim hoc.

43 ¶ Et quia aliquid mouet aut ita q̄ moueat ab alio aut ita q̄ nō moueatur. Et aliquid mouetur: aut ita q̄ moueat: aut ita q̄ non moueat omnino. Necesse est vt illud quod mouet se sit ex non moto: ſz est motor ⁊ ex moto: ſz non necessario est motor: ſz currit ꝟz vtrūlibet. Sit igit̄. a. motor ſz nō motū: ⁊. b. motū ab. a. ⁊ mouens. c. ⁊. c. moueat ex. b. ⁊ nihil moueat oīno. Quomā cū ad hoc pueniem⁹ cū mediis plurib⁹ vno ponat vnū mediū tm̄ eē. a. b. c. igit̄ totū mouet se: ſz si abstulerim⁹. c. remanebit a. b. mouēs se. a. n. ē motor. ⁊. b. motū. ⁊. c. nō mouet se: imo ñ erit oīno motor: neq; b. mouebit se sine a. B. enī nō mouet nisi q̄ mouet ab alio nō a pte aliqua ipsius. A. b. n. solū mouet se. Necesse ē igit̄ vt illud q̄ mouet se habeat i se motorē: ſz ē nō motū ⁊ motū. Sz ē nō motor alicuius necessario dū vtrūq; cōuenit cū reliquo: aut dum vtrūq; cōuēit cū reliquo tāgit reliquū. Si igit̄ motor fuerit cōtinu⁹ motū vo necessario ē cōtinuum Māifestū. n. ē q̄ tota res erit mouēs se: Nō q̄ q-dā ipsius ē tale. ſ. mouēs se. Sz tota res mouet se Sz ē motū ⁊ motor: ita q̄ qddā ei⁹ē motor ⁊ qddā ē motū. Nō. n. ip̄z ꝟz totū mouet: neq; ipsū ꝟz totū mouet: ſz mouet ꝟz. a. ⁊ mouetur ꝟm. b. tm̄

Motor tm̄. Motum ⁊ Mouens: Motum tm̄.
A B C

Anima: Calor naturalis: corpus musculi

43 ¶ Et q̄. Cū declarauit q̄ moti ex se quedā ps est motor q nō mouet ⁊ ē forma: ⁊ quedā pars mouet: vult declarare q̄ oē motū ex se primū: ⁊ essentialiter componitur ex pte q̄ mouet tm̄: ⁊ ex pte q̄ mouet: ⁊ q̄ ps mota nō ē de necessitate pp hoc vt sit motor alterius ptis: ſz i qbusdā motis ex se erit motor. ſ. i cis q̄ sūt nō pria: ⁊ i qbusdā nō erit. ſ. i primis: Et itēdebat declarare p hoc q̄ necesse ē vt i motis ex se in qbus sūt plura vno moto sit motū ex se primū: qm̄ si ps mota esset semp motor cōtingeret vt motū ex plure diuideret i plures ptes duabus. Ipse igit̄ ponit has partes eē finitas ⁊ declarat q̄ motū primū ex se in talibus cōponitur ex motore ⁊ moto tm̄ ⁊ cū voluit declarare hoc: incepit diuidere modos motoris: ⁊ dixit (⁊ q̄ aliquid mouet ⁊c̄). i. ⁊ q̄ motor ē duobus modis aut motor q nō mouet oīno quādo mouet: ⁊ ē illud ad qđ inducit nos sermo: aut motor q mouet quādo mouet. Illud autē qđ mouet ⁊ tūc mouet: ⁊ nō est necesse ſp vt sit motor: ſz forte erit motor ⁊ motū: ⁊ forte erit motū nō motor alicuius rei: necesse ē vt motū ex se cōponat ex motore nō moto ⁊ ex moto: ſz q̄ nō de necessitate ē motor: ⁊ ꝟ est qđ est motū ex se primū. ſ. qđ nō mouet a sua pte: illud aūt qđ mouet ex se pp aliquam partē ipsius: sicut ē dispositio i aiali ꝟm totū: ⁊ primū motū i eo ē motor necessario: sicut calor naturalis qui est motor ⁊ motū i aiali necessario: qm̄ cū fuerit separatus a mēbris que mouēt corrūpet. Hoc igit̄ ē illud qđ intendebat declarare i hoc sermōe. ſ. q̄ motū ex se cōponit ex duab⁹ partib⁹ tm̄: Quarū vna ē motor tm̄ ⁊ alia motū: ⁊ q̄ motū ex se cōtinuū naturaliter si primitus nō fuerit tale: necessario ē eo motor talis. ⁊ cū dixit hoc dedit exēplū de litteris: ⁊ dixit (sit igit̄. a. ⁊c̄). i. si igit̄ motū ex se ē cōpositū ex motore q non mouetur. ſ. a. ⁊ ex motore qui mouetur ex. a. plus vno. Ut. g. vt sit compositum ex. a. ⁊. b. ⁊. c. a. autem mouebit. b. ⁊ non mouetur. ⁊. b. mouet. c. ⁊ mouetur ab a. ⁊. c. mouetur ex. b. ⁊ nihil mouet. D. d. (quoniam cum ad hoc peruenimus ⁊c̄). i. ⁊ sine istud motum ex se compositū ponat cōponi ex motis ⁊ motoribus multis: ita q̄ primus motor mouet postremū motū cū pluribus mediis: aut cū vno medio: in hoc qđ intēdimus declarare. ſ. q̄ in oī moto ex se tali ē motū ex se primū qđ cōpōit ex duabus partibus tm̄: ⁊ q̄ illud est motū ex se nō aliqua alia pars partiū q̄ sūt in illo. D. d. (ponatur igit̄ esse p vnū mediū tm̄). i. ⁊ cū nulla differētia ē i ꝟ q̄ ponat mouere cū plib⁹ mediis finitis: aut cmu vno medio: ponat mouere cū vno medio. ſ. ponat cōponi ex trib⁹. mediū. n. vnū eristit i tali nūero. D. d. (a. b. c. igit̄ totū mouet se). i. ⁊ cū posuerim⁹ q̄ mouens se mouet partē postremā ipsius scz. a. māifestū est q̄ ista ex se motū cōponitur ex. a. ⁊. b. ⁊. c. Ut. g. q̄ musculus ē motū ex se: ⁊ cōponit ex tribus. ſ. ex corpore musculi: ⁊ ē postremū motū: ⁊ ex calore naturali q ē motor: ⁊ motū: qui trāsit i neruis: ⁊ ala mouēte q̄ ē forma i illo calore nāli. D. d. (sed si igit̄ abstulerim⁹. c. ⁊c̄). i. ſz si abstulerimus. c. ex hoc moto ex se qđ cōponit ex. a. b. c. tunc remanebit illud qđ cōponit ex. a. b. motū ex se: ⁊ cū dixit: q̄ illud remanēs cōpositū ex. a. b. ē illud qđ i rei veritate mouet se: dedit cāz i hoc ⁊ dixit (a. n. ē motor ⁊c̄). i. ⁊ segit̄ necessario vt illud qđ mouet se sit cōpositū ex. a. ⁊. b. q̄. a. est motor: cū sit necessariū vt mouens se habeat motū ⁊. b. est primū motū ab. a. Q autē nō ē motū: qđ ē necessariū inuenīdo motū ex se. ſ. quia. c. nō ē pars q̄ mouet ab eo: ⁊ ꝟ intendebat cū dixit (⁊. c. non mouet se. ⁊c̄.) nō ē illud quod mouet se: nec ē motū qđ ē in illo qđ mouet se: cū sit declaratū q̄ illud quod mouet se cōponit ex duobus. ſ. a. ⁊. b. Et. c. forte nō erit oīno motor ⁊ remanebit residuū motum ex se. i. illud qđ componit ex. a. ⁊. b. D. d. (neq; b. c. etiā mouet se sine. a.). i. neq; possumus ēt dicere q̄. b. ⁊. c. est illud quod mouet se sine. a. ⁊ intendebat concludere diuisionē. qm̄ non possumus dicere: q̄ illud quod ponit ex. a. ⁊. b. ⁊. c. ē illud qđ mouet se: qm̄ si aufertur. c. remanebit. a. b. mouens se. Neq; etiam possumus dicere hoc in solo a. A enim nō mouetur sine. b. Neq; in solo. b. sine. a. qm̄ necesse est vt. b. habeat motorem: Remanet de necessitate vt illud de quo dicimus mouere se sit compositū ex. a. ⁊. b. Et cum narrauit q̄. b. non ē mouens se: dedit causam in hoc ⁊ dixit (. b. enim mouet q̄ mouet ⁊c̄). i. ⁊. b. nō ē motū ex se. quia positum fuit moueri ex alio scilicet ex. a. non ab aliqua parte in ipso: quoniam si moueretur ab aliqua parte in ipso: tūc illa pars esset mouens se. D. d. (quoniā a. b. solum ē illud qđ mouet se). i. quoniam illud quod cōponitur ex. a. b. est illud quod est necesse vt moueatur ex se ⁊ intendebat q̄. b. non fuit positum in positione diuidi in parte q̄ ē motor nō motū: ⁊ in parte que ē motū: sed posuimus. a. motorem ⁊. b. motum. Et cū posuit omnia ista dedit cōclusionem ⁊ dixit (necesse est igitur ⁊c̄. declaratum ē igitur ex hoc q̄ illud quod ē motum ex se i rei veritate cōponitur ex motore qui non mouetur ex primo moto. Jam igitur concluſit illud quod intendebat declarare: ⁊ est: q̄ motum ex se cōponitur ex duabus partibus scilicet ex motore non moto: ⁊ ex moto quod non mouet de necessitate. D. d. (dum conuenit vtrunq; reliquo: aut tangit ipsū). i. q̄ non sequitur vt motū moueat de necessitate dū mouet a suo motore. Jsta enim concomitantia erit ex duobus. in primo autem moto erit dum fuerit cōuenientia inter ipsum ⁊ motorem. In medio autem dum tangit tertium: Mediū autē necesse ē vt tāgat corpus. Diximus āt motor necesse est vt conueniat. D. d. (si igit̄ motor fuerit cōtinuus ⁊c̄). i. si igitur primus motor est de natura continui: quia est in continuo in rei veritate quod est motum: manifestum est q̄ totum est in toto continuo moto: non in quodam eius. Quoniam non posuimus ipsum propter suam cōtinuitatem cum aliqua parte eius: sed cum toto: ⁊ cum

ita sit

ta sit totum ex se est motor ꝑm totum: sed non eodē mō sed motor ꝓpter.a.ꝛ motum ꝓpter.b.ꝛ dixit: si motor fuerit continuus qꝫ primus motor non est virtus in corpore: ita qꝫ diceretur ⁊tinuum ꝓpter naturam continui cum ipso.s.corꝑis. D.d.(sed est motum ꝛ motor ꝛc.)idest nō continuum.s.qꝫ in eo est motor: ꝛ motum insimul: sed est sicut.d.mouens ꝑm.a.ꝛ mouetur ꝑm.b.tū.

¶Dubitationem autem habet si auferat aliquid quis ab ipso.a.si continuum sit mouens quidem: immobile autem: aut ab ipso.b.quod mouet. Reliqua ergo mouebit ipsius.a.reliqua autem ipsius .b.mouebitur. Si hoc est non erit que primo monetur a seipsa que est.a.b. Remota enim parte ab .a.b.adhuc mouebit seipsam reliqua.a.b.potentia nihil prohibet vtrunqꝫ aut alterum id inq̄ qō mouetur diuisibile esse. Actu aut indiuisibile. Si autem diuidatur non etiam habens est eandē potentia. Quare nihil prohibet ꝛ in ipsis diuisibilibus potentia primum vnum esse. Manifestuꝫ igitur ex his quoniam est primum mouens immobile. Siue enim hoc stet mor qō ab aliquo mouetur ad immobile primum. Siue in quo mouetur quidem: ipsum autem seipsum mouēs ꝛ stans. Utro bigꝫ accidit primo mouens in omnibus esse motis immobile.

44 ¶Et queritur in hoc si ex.a.si fuerit continuum: ꝛ est motor non motum: aut ex.b.quod est motū diminuatur aliquid: vtruꝫ illud quod remanet ex.a. sit motor: ꝛ illud quod remanet ex.b. sit motum. Quoniam si hoc fuerit: tunc.a.b.non erit primū motum ex se. Quoniam ex.a.ꝛ.b. auferetur aliqd ꝛ reliquum mouet se. Dicamus igitur ad hoc qꝫ nō est iopinabile: vt vtrunqꝫ: aut alterum.s.motū sit in potentia diuisibile. In actu aut non. Sed si fuerit diuisum tunc natura eius non erit illa eadē natura. ꝛ ideo non est inopinabile vt in diuisibilibus sit in potentia aliquid primum. Apparet igitur ex hoc qꝫ primus motor non est motum. Quoniam si motum cessabit ꝛ mouetur ab aliquo perueniet ad primum motorem qui non mouetur. Et si peruenīaꝫ ad motum: sed istud mouet se: ꝛ facit ipsum quiescere. Sequitur ex illo modo: ꝛ ex isto insimul: vt primū in oībus motis sit non motū

44 ¶Cum declarauit qꝫ motuꝫ ex se componitur ex motore nō moto ꝛ ex moto qō non mouet de necessitate: ꝛ qꝫ si mouēs inueniatur compositum ex pluribus vno moto: necesse est vt dissoluatur in motum ex se primum. s. in illud cui est ꝓ primum vt primum motum in ipso non moueat de necessitate. Motum enim ex se: qꝫ est duobus modis. Modo. s. in quo primum motum a primo motore mouet de necessitate. Et modo in quo primum motum nihil mouet de necessitate: incepit dubitare de hoc. s. in motum primuꝫ ex se eē. Poteſt enim aliquis dicere qꝫ non est possibile vt primuꝫ motum per se sit: neqꝫ primus motor: qū motum est continuum per se: ꝛ motor etiam est continuus: qꝫ est in continuo: ꝛ continuum diuiditur semper in diuisibilia: ꝛ ideo dixit (ꝛ queritur de hoc ꝛc.).i.ꝛ queritur in b qō dixim̄us. s. qꝫ mouens se primū est quod componitur ex motore non moto ꝛ ex moto indiuisibili. i. non motore tali modo. Poteſt enim aliquis dicere qꝫ si ex motore qui non mouetur si motor sit de natura continui: qꝫ est forma continui diminuatur aliquid: aut ex moto cum de necessitate sit de natura continui aut ex motore: si accidit ei continuitas remanebit residuum motum ex se: ꝛ sic non erit b mouens seipsuꝫ primū: neqꝫ motor primus. Et hoc intendebat cum dixit: (qū si hoc fuerit ꝛc.) D. dedit solutionem ꝛ dixit: (dicamus igitur ad hoc ꝛc.).i. dicamus igitur solūmodo qꝫ nō est remotum vt vtrunqꝫ sit diuisibile in potentia in infinitum: si vtrunqꝫ fuerit continuum aut alterum. s. motum: si non fuerit positum qꝫ motor est de natura eius cui accidit continuitas: ꝛ est materialis vt declaratum est in actu: aut est impossibile. Deinde dixit (sed vt diuidatur ꝛc.).i. ꝛ est impossibile vt motū diuidatur in actu in infinitū: ꝛ similiter motor: qū tūc diuisio ꝓueniet ad b qꝫ eoꝝ natura corrūpet. Ut. g. qꝫ si primū motū ex se fuerit ignis iste demōstratus: ꝛ a quo auferemus partem: ꝛ postea aliā: ꝛ postea aliā ꝓueniem⁹ ad talem q̄ztitatē: que si diuidat corrūpet ignis cum minima q̄ztitas ignis sit determinata. Et silr ē de alia li anuloso ex quo si diuisa fuerit aliqua ꝑs remanebit residuū non motū ex se: ꝛ cū ista diuisio nō ꝓcedat in infinitū manifestū est b esse motū ex se primū ꝛ motorem primuꝫ: ꝛ tale motū esse posuit ꝓ principio in principio septimi ad declarandū qꝫ oē motū hꝫ motorem. D.d. (ꝛ ideo nō est inopinabile ꝛc.).i. ꝛ iō non est impossibile vt in diuisibilibus in potentia sit aliqd primū: lꝫ ꝑm qꝫ est in potētia non sit in eis primū: sed est necesse hic esse primū: ꝛ si non esset motus: ꝛ dixit in motore. Q̄ nū primi motores apud ipm sunt duobus modis. s. Modo: mālis. i. q constituiē ꝓ rem motam: ꝛ b est in rebus gnābillbus ꝛ corruptibilibus. Et motor non mālis: ꝛ hoc non dē continuū nūi per accidens Continuitas enim essentialiter est ipossibilis in omni moto primo: qū est non corꝑus. Non. n. logē i b loco nisi in moto ex se simpliciter. In moto aūt ex se qō est impossibile esse in toto primus motor: manifestū est qꝫ non dicē continuū oīno: qꝫ non mouet: neqꝫ essentialiter: neqꝫ accidentaliter: ꝛ b non accidit nisi in motoribus q constituunē per rem motam ab eis sicut in aiabus aialiuꝫ. Principia aūt prima q̄ sunt in motis ex se eterna: motor in eis non est diuisibilis: neqꝫ essentialiter: neqꝫ accidentaliter. D.d. (apparet ex b igitur ꝛc.).i. ꝛ cū manifestū sit qꝫ motū ex se nō pōt diuidi in infinitū: manifestū est qꝫ in motis ex se est talis motor. s. q nō mouet oīno. D. dedit mediū ex quo appa ret b ꝛ.d. (qū si motū cessabit ꝛc.).i. si mouet ex se non ex alio: ꝛ b intendebat cū d. (cessabit ꝛ oē motū moueret ab aliquo ꝓuenit in b moto ex se ad motorem q non mouet. Q̄ nū si componit ex pluribus vno moto: necesse est ꝓuenire ad motorem q non mouet: ꝛ qꝫ tale nō est medium iter motorem q non mouet in eo: ꝛ inter motū: ꝛ iō dixit (cessabit cito.) D.d. (ꝛ si ꝓueniaꝫ ad motū ꝛc.).i. ꝛ si motū positū nō mouet se: sed ꝓuenit ad mouens se: vt prius declaratum fuit: ꝛ oē mouēs se est in eo motor q nō mouet: sequtur necessario ex illo moto: ꝛ ex isto: vt b sit primꝰ motor q nō mouet: ꝛ q̄si diceret: ꝛ qꝫ oē motū nō fugit alterꝫ ustorū .s. qꝫ aut erit motū ex se: aut ex alio: ꝛ motū ex alio peruenit ad motū ex se: ꝛ motū ex se hꝫ motorē q non mouet. Sequē ex vtrogꝫ mō vt oē motū hēat motorē q nō mouetur. i. qꝫ oēs motꝰ reducūtur ad talē motorē: aut ad vnū aut ad plures vno: ꝛ dixit (est illud qō mouet se ꝛ facit ipm qescere:) qꝫ iā accepit in descriptiōe moti ex se: qō est illud qō hꝫ qescere ex se: ꝛ in b differt motū ex se ꝑm suā opinionē ꝛ a motibus corꝑum simplicium: cum ista existimenē moueri ꝑ se.

¶Quoniam autē oportet motum semper esse ꝛ nō deficere: necessarium est aliquod esse quod mouet primū. Siue ergo vnum sit aut plura: ꝛ primū mouens immobile est.

¶Et quia motus necesse est vt sit semper: ꝛ nunq̄ deficiat. Sequitur necessario vt sit hic aliquis pri 45

mus motor siue vnum siue plura: & q primus motor non sit motum.

45 ¶ Cum declarauit in sexto q est impossibile q motus eternus sit nisi circularis: & declarauit in principio septimi q omne motū habet motorem: & postea declarauit in illo tractatu q mota mouentia se ad inuicē in loco reducuntur ad motū ex se: & declarauit in principio istius tractat⁹ q nūq̄ motus deficiet neq̄ in preterito neq̄ in futuro: sequitur ex hoc q primū motū ex se: ad quod reducuntur oēs mot⁹ ex se in loco sit eternum: & si non eēt possibile motus deficeret in aliqua hora cum ipm sit cā illius: & q ppter hoc necesse est vt sit hic vnus motus eternus: & ē ille pm quez mouetur istud motū primum. D. d. post hoc q̄nes contingētes in hoc: & vidit q necesse est iterare pscrutationē de motu i hoc tractatu: & complere sermonē de hoc quibus vsus ē in sexto & septimo. Et vniuersaliter vidit q melius est cōgregare illud totum: & declarare quod remanet ad declarandum de dispositione entium in motu & quiete: & declarare quis motus sit iste motus: & vtrum motor illius sit in mate. ia: aut nō i materia: & icepit diuidere entia in oēs dispositiōes q̄ possibile ē vt existimetur cē pm ipas in motu & quete. Et postea dissoluit questionē contingentez in hoc q oē motum habet motorē ex motibus corporum simplicium: & declarauit q ista non mouentur ex se. D. declarauit q oia mouentia que mouētur in loco reducūtur ad motum ex se Et postea declarauit q motum istud & motor componitur ex vno moto & ex primo motore qui nō mouetur. Et cū cō pleuit hanc declarationē perfecte & est illa quā declarauit in septimo nō pfecte: qñ illic non declarauit q primū motum debet componi ex motore qui non mouetur & ex prio moto. Reuersus est etiā ad illud quod declarauit in principio istius tractatus. s. q nulla est hora in qua deficit motus: ad concludendum illā candē conclusionem quā cōclusit in principio istius tractatus: & hoc quod declaratū fuit in eo q motus nunq̄ deficit: & ex illo quod declaratū fuit in septimo. s. q mouentia que mouētur in loco reducūtur ad motū ex se. Q ñ illa conclusio perfectius apparebit hic cum sermo de prepositionibus super quas fundata est: declaratio ēperfectior in hoc tractatu: & conclusio est q ē hic motus vnus eternus. Et q oia ista sūt sicut narrauimus: reuersus est ad primam ppositionem quā verificauit i principio istius tractatus: & d. (& quia motus &c.). i. & cum declaratuz sit q oia mouentia que mouentur reducuntur ad primū motum ex se: quod componitur ex primo moto: & ex motore qui non mouetur. Et iam declaratum ē q in nulla hora deficit motus: necesse est vt primus motor ad quē reducuntur alij motus sit eternus: & sit absolutus ab omni transmutatione: & vt motum ab eo etiam sit absolutum ab omni transmutatione: nisi a motu in loco: & siue ille motor qui est talis fuerit vnus aut plures: & fuit necesse vt ipse nō quiescat a mouere: nec illud quod mouetur ab eo a motu: quia est causa motuum: & demonstratum est q mot⁹ nūq̄ deficit: & si ille motor in aliqua hora non moueret tunc deficeret motus. Et fuit necesse ēt vt non sit transmutabile: neq̄ ēntialiter neq̄ accidentaliter. Q ñ si ita esset tūc cēt motor prior illo. Et cum manifestum sit eternum esse motorem & motum ab eo eternum: qñ si non esset eternū: tūc motor moueretur ab eo per accidens: & sic eēt illic motor prior illo: ergo necesse ē vt sit hic motus eternus. Vtrum autem iste motor est vnus aut plures: perscrutandum est in alia scientia.

¶ Unūquodq̄z igitur perpetuum eē immobilium quidem mouentium: nihil pertinet ad eam que nunc rationem. Q ñ autem necessarium est aliq̄ esse immobile quidem ipsum ab omni exterius mutatione: & simpliciter & pm accidens. motiuum autem alterius mānifestum ē & hoc considerantibus. Sit autem: si aliquis velit: in quibusdā cōtingēs: q sint aliquando & aliquādo non sine generatione & corruptione. Fortassis enim est necessariū si aliquod impartibile aliquando quidem ē: aliquando aūt non sine mutatione: aliquando quidē esse: aliquando non eē omne tale. Et principiorum quidē immobilium: motuoz̄ autem: quedam aliquādo quidem eē: aliquādo autem nō eē: contingere ponatur. Sed nequaq̄ oia talia eē possibile ē. Manifestum enim ē q causa quedam ipsa seipsa mouēti bus inest ipsius quod est aliquando quidem esse: aliquando autem non eē. Ipsum quidē enim seip̄z mouens necesse est omne magnitudinē habere: si nihil mouetur impartibile. Mouens autem nulla necessitate est tale. Ipius igitur aliquando quidem fieri: aliquādo quidem corrumpi. & hoc eē cō tinue: nulla causa ē immobiliū quidem: non semper aūt entium eoz̄ que sunt. Nec iterum semper quidem hec mouentiū horum autem altera. Ipsius aūt semper & continui: nec vnūquodq̄z ipsoz̄ sem per cā est: nec omnia. Hoc quidem enim sic se habere perpetuum & ex necessitate est. Omnia enim infinita & non simul oia sunt que sunt.

¶ Utrum aūt vnumquodq̄z mouentium que non mouentur sit eternum non est intrans modo ad ppositum. Quoniam autem necesse est vt sit hic aliquid quod in se non sit motum: & sit absolutum ab omni transmutatione simpliciter & per accidens: quod mouet aliquod aliud declarabitur hoc modo. Ponatur igitur hoc eē possibile in quibusdā vt sit qñq̄z & nō sit qñq̄z sine generatiōe & corruptione. Dignius est enim illud quod nō diuiditur qñ fuerit quādoq̄z & non fuerit quādoq̄z: vt esse cuiuslibet talis aut non esse sit necessariū vt sit sine trāsmutatione. Ponatur igitur q possibile est vt quedam principia etiam que sunt nō mota sed sūt mouentia sin. quādoq̄z: & quandoq̄z nō sint. Sed nō est possibile vt omnia sint talia. Manifestum est enim q hic est alia causa eoz̄ que mouent se in esse eoz̄: quandoq̄z: & non esse eoz̄ quandoq̄z. Omne enim quod mouet se necesse est vt habeat magnitudinem: cum illud quod non diuiditur nō mouetur. Motor autem non sequitur aliquo modo vt habeat magnitudinem. Causa vo in hoc q quedam generantur & quedam corrumpuntur: & hoc esse perpetuum: non est vnum eoz̄ que sūt non mota: sed nō sunt semper in esse: ita q illa moueant semper: & per hoc moueant alia. Quod enī est tale: nec non vnum huius neq̄z omnia erunt cā rei perpetue continue. Ista enīz dispositio pm quā sunt ista sunt eterna necessaria. Ista autem omnia sunt infinita: sed non omnia existunt insimul.

46

¶ Cum declarauit q necesse est vt sit b motū ex se eternum compositum

46

cõpositũ ex motore q nõ mouet ex moto eterno. D.(vtrũ aũt vnũqdqꝫ ꝛc.)ꝛ intẽdit alias aialiũ q̃ sũt b iste enim aie mouent ꝛ nõ mouent:ꝛ qõ in eis est existens. ¶Plato enim dicit q oẽ mouens se est eternũ:ꝛ aĩa apud ipm est eternũ Et q ista pscrutatio magis ptinet ad pscrutationẽ de aĩa dixit:q non intrat modo sermonẽ hũc:ꝛ intendit q ista pscrutatio ẽ alia ab illa:ꝛ in libro a quo extraxi verbũ Aris. inueni talẽ lr̃am (si aũt vnũqdqꝫ mouentiũ que nõ mouẽtur fuerit aliqd eternũ: nõ intrat hũc sermonẽ).i. querere aũt vtrũ vna aiarũ sit eterna aut oẽs sũt gnãbiles ꝛ corruptibiles non ptinet ad hũc locũ:ꝛ b est quasi melius:qñ q̃dam partes aie vident esse gnãbiles ꝛ corruptibiles:ſz dubitat in eis in motore q vñ intellectus:ꝛ i libro Themistij inuenimus loco istius(qñ aũt oẽ eternũ mouet ita q non mouet nõ intrat hũc sermonẽ)ꝛ est tertius sermo a predictis. D.d.(qñ aũt necesse est ꝛc.).i. qñ aũt necesse est vt sit b motor q nõ mouet absolutus ab oi transmutatõe simpliciter.s.ẽntialiter ꝛ accñtaliter:q mouet aliqd aliud semper:ꝛ est primũ motũ ab ipso vt declaratũ est a predictis: ꝛ declarabit ẽt hoc mõ. Et intendebat p hoc qđ dixit(aliquid aliud qđ in se nõ mouet)motorem q nõ mouet q est altera duaꝝ ptium moti ex se:ꝛ intẽdit p b qđ dixit absolutũ ab omni transmutatiõe qđ non accidit ei aliqs modus transmutatiõis: nec gnãtio nec corruptio: nec alteratio nec augmentatio: nec diminutio: nec motus localis:ꝛ cum.d. (simpliciter ꝛ p accidens) forte intendit per simplr illud qđ est cõe ei qđ est essentialiter ꝛ accñtaliter. Transmutatõ enim simpliciter diuiditur in eẽntialiter ꝛ accñtaliter:ꝛ ꝑm hanc expositionem dixit:rememoratione de altero duoꝝ modoꝝ in quos diuidit transmutatio simpliciter:ꝛ tacuit reliquũ.s. ꝓbalauit modũ q est p accñs ꝛ tacuit modũ q est essentialiter:ꝛ forte intendit p simpliciter eẽntialiter. Trãsmutatio.n.simplr est eẽntialis cum sit transmutatio vera: transmutatio aũt nõ simplr est accñtalis. Simplr.n.dicit de trãsmutatione in substantia: nõ simplr vo de trãsmutationibus ceteroꝝ predicamentoꝝ:ꝛ intendit p b qđ dixit (q mouet aliqd aliud)ptem que est primũ motũ qđ ẽ secũda pars primi moti ex se. Et cũ voluit b declarare alio mõ a predicto: dixit (ponit igit q b sit possibile in qbusdaꝫ ꝛc.).i.ꝛ ponit q quedã istoꝝ mouentiũ q̃ non mouentur inueniant qñqꝫ:ꝛ qñqꝫ nõ: non ꝑm modũ q gnãntur qñqꝫ eẽntialiter: aut corrũpũtur cũ nõ sint corpora: sed ꝑm q eẽ ꝛ nõ esse eoꝝ seqt illud qđ gnãtur ꝛ corrũpit essentialiter. Et cum narrauit q hoc possibile est poni in qbusdã motoribus q nõ mouent: incepit narrare q b impossibile est vt sit in oibus.s. vt sint generabilia ꝛ corruptibilia p accñs:ꝛ .d.(sed nõ est possibile ꝛc.).i. sed si posuerimus oia mouẽtia q̃ non mouent esse talia nõ erit possibile. D. incepit declarare qualiter est b impossibile in oibus:ꝛ dixit:(manifestum est.n.ꝛc).i. apparet.n.rõne q necesse est vt sit hic aliqd mouens se: ita q ipm sit cã in b q quedam mouẽtia se: mouent qñqꝫ:ꝛ qñqꝫ nõ:ꝛ b erit ꝑz diuersitatẽ sue dispositionis ad ea in ꝓpinqtate ꝛ remotiõe tñ.s. in loco. Et q ista positio nõ pot esse in eo qđ mouet se: nisi sit corpus. qđ eni non est corpus nõ mouet: dedit cãm ꝓpter quã fuit ista positio possibilis.s. ponere q primũ mouẽtiũ se est mouẽs se eternũ:ꝛ.d.(omne.n.mouens se ꝛc.).i.ꝛ.q.d.ꝛ dixim⁹ q principiũ mouẽtiũ istoꝝ q̃ sunt qñqꝫ:qñqꝫ nõ: dꝫ eẽ mouens se semp.s. compositũ ex motore q nõ mouet eterno:ꝛ ex moto ab ipso eterno. Q. m̃ si posuerimus cãm istius esse motorẽ eternũ sine moto eterno: nõ possemus dicere quõ erit cã eius qđ est qñqꝫ:ꝛ deficit qñqꝫ. Si igit dixerimus q mouet se erit hoc possibile qñ tunc erit corpus:ꝛ ꝑz suã ꝓpinqtatẽ ꝛ remotionẽ a re erit cã vt agat in ipam dispões cõtrarias. Et b est cã ꝓpter quã inserit b in b loco:ꝛ ideo.d.(motor aũt nõ est necesse aliquo mõ vt hẽat magnitudinẽ)ꝛ intẽdit q est motor ꝛ nõ motũ. Omne eni corpus nõ mouet in loco nisi moueat: vt positũ est in septimo. Et cũ narrauit q necesse est vt sit hic aliqd mouẽs se semp: qđ sit cã inesse ea que mouent se qñqꝫ:ꝛ nõ inesse qñqꝫ: incepit notificare ꝓsecutionẽ in b ꝛ.d.(cã aũt in b ẽ q quedã ꝛc).i.ꝛ q est manifestũ ꝑ se q mota ex se que sũt b: quedã generant: ꝛ quedã corrũpunt:ꝛ b inuenit semp in eis: non possumus ponere cãm esse in b eternã: vnũ eoꝝ que mouẽtur ex se:ꝛ nõ sũt ꝓpetue cause. D.d.(ita q ista moueant se semp).i. ita q ponamus q vnũ eoꝝ que mouent se: aut plura vno moueant se semp ꝛ ꝓpter b mouent alia ꝑm cõtinuitatẽ ꝛ perpetuitatẽ. D.d.(qđ enim est tale ꝛc).i.ꝛ necesse est cũ gnãtio ꝛ corruptio eoꝝ que sũt apud nos ꝓpetue sint ponere motũ ex se semp qñ nullũ eoꝝ que mouent ex se que sũt gnãbilia ꝛ corruptibilia: nec oia possunt esse causa rei ꝓpetue cõtinue. Deinde dedit cãm ꝓpter quã fuit necesse vt ista gnãbilia ꝛ corruptibilia non sint q̃dã cause quorundam: sicut põt aliqs dicere. V.g. q hõ gnãtur semper ab hoie ꝛ equꝰ ab equo:ꝛ.d.(ista.n. dispositio ꝛc.).i.ꝛ impossibile est vt ista dispõ ꝓpetua sit in eis ꝓpter vnũ eoꝝ vnũquodqꝫ.n. eoꝝ est corruptibile:ꝛ nõ est ẽt possibile vt b sit in eis ex seipsis.s. vt quedam sint cause quorundam eẽntialiter. Cause.n. que sunt essentialiter de necessitate sũt finite ꝛ insimul ꝛ ista non sũt talia. Et hoc intẽdebat cum dixit(ista aũt oia sũt infinita ꝛ non sũt insimul:)qñ aũt ista sũt ꝓpetue gnãtionis ꝛ corruptiõis: manifestũ est ꝓpter b qđ declaratũ est hic:ꝛ q est hic motus primus eternꝰ q cõtinet totũ:ꝛ hoc apparet ẽt per se. Q. m̃ si esset possibile vt hõ generet a nõ semine hois: tũc de necessitate ille hõ diceret hõ equoce cũ isto hoie: qñ q̃ materia fuerit diuersa diuersabit forma:ꝛ si nõ: nõ eẽnt hic materie ꝓprie: neqꝫ forme proprie:ꝛ tunc quodlibet generet a quolibet ꝛ in quodlibet. Et tũc vlr materie essent ociose ꝛ superflue: qñ si esset possibile vt hõ generaret a terra sicut vermis: tunc aut esset necessariũ aut in maiori parte aut in minori parte Et si eẽt necessarium: tũc homo non gnãret ab hoie oĩno. Et si esset in maiori parte: tũc homo gnãret ab hoie: i minori pte. Et si b eẽt causaliter: b eẽt in minori parte.s. casu Tũc eadẽ species inueniret natura ꝛ casu. Et qđ fit cãu semp est oppositũ ei qđ fit natura. Et ẽt si ita esset: tũc compatio ꝛ respectꝰ cãruꝫ ad causata nõ esset:ꝛ sic auferreret nã necessarij. Et ẽt declaratũ est q illud qđ fit casu fit a cãis inuẽtis ꝓpter aliquã cãm nãlem:ꝛ in maiori parte qñ ipediunt ab inueniẽdo cãtũ ab eis: qđ nõ est inatũ fieri ab eis Et cũ ita sit: necesse est si hõ gnãret casu vt generet a cãis que fuerũt ꝓpter aliquã speciẽ ꝛ impediebant a gnãtiõe illius spẽi. Et iõ cause eius qđ est casu nõ sũt terminate. Et cũ ita sit eẽt possibile vt hõ gnãret ex semine asini aut semine equi:ꝛ vlr ex infinitis materijs:ꝛ iõ nulla spẽs inuenit casu. Sed illa q̃ inueniunt casu sũt mõstruosa nõ nãlia:ꝛ totũ b manifestũ est ꝑ se. Sed dixim⁹ ista ꝓtra negãtes b esse manifestũ ꝑ se: sicut Aui. qui dicit possibile esse hoiem gnãri a terra: sed ꝓuenietⁱ⁹ in matrice:ꝛ iste ꝑmo ab hoie q dat se scie estvalde fatuꝰ. Si igit dicat q nõ appet ex istis gnãbilibꝰ q sũt eterna nisi ꝑm ꝓteritũ:ꝛ demõstratio nõ cõplebit nisi ponant eterna in ꝓterito ꝛ in futuro. Dicemus ad b qñ cũ declaratũ sit q ipossibile est vt deficiãt in preterito infinito: declarabit q est ipossibile in eis: vt deficiãt in futuro. Q. m̃ si deficerẽt in futuro deficerẽt in ꝓterito infinito. Q. m̃ illud in quo est potẽtia infinita nõ est determinatũ magis ad vnũ tps q̃ ꝛ ad aliud:ꝛ si deficerẽt i ꝓterito nõ eẽnt nũc: ergo ipossibile est vt deficiãt oĩno. Si igit aliqs dixerit q cũ declaratũ sit de nã istoꝝ q nũq̃ deficiũt genere qđ indigẽt motore ꝛ moto q̃ nõ deficiũt ꝑm indiuiduũ Et si indigẽt b de necessitate: quõ dicamꝰ ad b q ista indigent motore extrinseco vt largiat eis eẽ nedũ ꝓpetuitatez: qñ si ista nõ haberent cãm primã in motu tũc nõ eẽnt:ꝛ si eẽnt eẽt possibile vt deficerẽt: qñ q̃dam eẽnt tũc cãe quorũdã q accñs:ꝛ qđ est p accñs nõ est semp nec necessarium. Q. uõ aũt indigent de necessitate motore ex se extrinseco qui semper moueat: aut qui continet totum. Dicamus q mota non gnãbilia manifestum est q indigẽt apud gnãtionem moto ex se. gnãtio enim in eis non est ex seipsis.s. q ꝛ quedam non generant quedam:ꝛ ideo esse istoꝝ non

fuit perpetuum. Jn generabilibus autem generans ppin quū est in ipsis: ⁊ ideo fuit eternum. ſ. q generans in istis non dat nisi principium generationis. Deide dimittit gene rabile quousq perficiatur sua generatio: necesse est vt sit hic complens illud generatum ex se per principium quod est in eo ⁊ conseruans ipsum: ⁊ hoc erit largiendo calorem similem calori quem largitus est primus generās. Aut cō seruando illum calorem per quem generatum fuit genera tum ex se. Q nī quēadmodum motum in loco ḃ ex se indi get motore extrinseco ita est in generabilibus ex se. Et cum ita sit necesse est vt non compleatur generatio alicuius eo rum que generant se: nisi sit illic generans extrinsecum pre ter generans propinquus: quod est in ipso generato per qō generatum fuit ex se. ſ. quod dedit principium generandi. Et q generans extrinsecum est alterans necessario necess se est ſm q sequitur vt alteratio ei⁹ sit alteratio temperata .ſ. similis calori naturali per quem cōpletur illud ens. Ne cesse est vt alterans cum alterato non sit in eodez situ in to to tempore cremēti: sed quādoqz appropinquaᷓ ei ⁊ qñqz remouetur ab eo: ita q generatum acquirat ex hoc vnum calorem in forma in toto tempore sui cremēti. Et cū ita sit necesse est vt alterans appropinqueᷓ qñqz alterato ⁊ remo ueaᷓ qñqz ab alterato. Et cū ita sit si erit motum in loco: ⁊ omne motum in loco reducīᷓ necessario ad motuz ex se: er go necesse est vt extra ista generabilia sit motum ex se: aut vnum: aut plura vno: quod semper mouet: ⁊ non sequitur ex hoc vt appropinqueᷓ ⁊ remoueatur: sed ſm q agit duo contraria insimul. ſ. generationem ⁊ corruptionem. Cū igi tur declaratum sit q ista indigent in sua generatione mo to ex se extrinseco: ⁊ posuerimus q generatio istoz est eter na: necesse est vt istud motū ex se quod est necessarium in generatione eorum ⁊ corruptione vt sint eterne vt sit semp: ⁊ si non indigent motore priori ipso: ⁊ sic in infinitum. Et cū declarauit hoc iterauit ipm ad rememoratiōnē: ⁊ dixit.

¶ Manifestum igitur q quānis miles quedā prin cipia immobilium qdem: mouentium aūt: ⁊ mul ta ipsa seipsa mouentium corrumpūtur: alia autez fiunt: ⁊ hoc quidem imobile: ⁊ aliud qō mouet al terum: alterum aūt hoc. Sed nihilominus est ali quid quod continet. Et hoc extra vnumquodqz. Quod est causa eius qō est: alia quidem esse: alia quidem non: ⁊ cōtinue mutationis. Et hoc qdem bis. Hec autem alijs causa motus sunt.

47 ¶ Manifestū est igitur q̄ si essent hic principia in numerabilia. ſ. principiorum que mouēt: ⁊ nō mo uentur: ⁊ plura mouentium se corrumpuntur dei de generantur. Et istud quod non est motum mo uet istud: ⁊ aliud mouet aliud. Hoc nō faceret ali quo modo: nisi esset hic aliquid quod contineret: etiam hoc in vnaqueqz rerum. Quod est causa in esse quorundam ⁊ non esse quorūdam: in hac trās mutatione continuaᷓ ita: q hoc sit causa motꝰ isto rum: ⁊ ista sunt causa motus aliorum.

¶ Dicit: manifestum est igitur q si fuerint hic principia in
47 finita ex mouentibus que nō mouenᷓ: ⁊ ex motis ex se qui componuntur ex istis principijs que non sunt corpora: ⁊ ex primis corporibus motis ab eis: quoz quodlibet corrum pitur. D. reuertᷓ ipse ⁊ mouent se ad inuicem. ſ. vt quedā generent quedam: ita q motor in eis non moueaᷓ ab alio sed ex se. V. g. q istud moueat illud ita q nō moueatur ab alio: ⁊ iste motor moueaᷓ abꝰ alio: ⁊ sic in infinitum. V. g. .ſ. vt Sor. generat ꝯ Platonem ex se: ⁊ ꝯ Plato generetur a Licerone: ⁊ Licero a Virgilio: ⁊ vnūquodqz istorum in hoc motu moueᷓ ex se: ⁊ sic in infinitum: manifestū est q ḃ nō erit neqz est possibile alio modo ab eis: ſm q possibile est ponere q hoc est motum ex se quod continet ista ex extrin seco: quod est causa in esse quorundam istorum: ⁊ in nō eē quorūdam: ſm continuitatem ⁊ perpetuitatem: ita q mo tor eternus sit causa motus istorum que mouentur ex se ge nerabilium ⁊ corruptibilium ſm perpetuitatem: ⁊ crūt ista cause aliaꝝ rerum que mouent: ⁊ cum dixit(Et istud qō non est motum ⁊c.)̄. i. ⁊ istud demonstratuz ex istis mouet hoc demonstratum ⁊ est non motuz ab alio: sed ex se: ⁊ ali ud etiam ab isto mouet aliud ab illo: ⁊ sic erit in infinitum impossibile est vt ista sint: nisi ponaᷓ hic aliqō motū ex se: continens omnia ista aliquo modo continentie. Et hoc in tendebat cū dixit(non faceret hoc aliquo modo ⁊c.)̄ ⁊ in tendit alio modo ab eis ſm quorum vnum imaginatur hic esse motum ex se continens omnia: immo necesse est ima ginari motum ex se continens ea aliquo modo continentie ⁊ nos iam declarauimus modum continentie quem innuit ⁊ non dimisit ipsum non distinctuz vt mihi videtur: nisi q manifestum est per se: q si ista mota ex se generabilia ⁊ cor ruptibilia non essent determinata ⁊ continuata a motibus corporum celestium non essent: nedum vt cōtinuaretur eē in eis. Et ideo si positum fuerit totum generari: continge ret vt esset pars alterius mundi: ⁊ modus generatiōis isto rum que mouent se ad inuicem per accidens est. Q uia sūt quasi instrumenta per que mouēt corpora celestia. ſ. q ho mo non dat in generatione hominis: nisi illud quod ē qua si instrumentum: ⁊ corpora celestia sunt quasi artifex: ⁊ vir tutes informatiue quas vocat Ari. virtutes anime in libro de animalibus: fiunt etiam a corporibus celestibus. Et tu bene scis q nō de necessitate debet instrumentum esse infi nitum: sed necesse est si fuerit hic artifex qui operatur p in strumentum generabilia ⁊ corruptibilia semper operatur: aut sint hic instrumenta infinita: ⁊ etiam quando Sor. ge nerat ꝯ Platonē ⁊ ꝯ Plato Liceronem: tūc plato non gene rat Liceronem ppter generationem eius ex Sor. sed pro pter volūtatem eius. ſ. q̄ pijcere voluit semen in illam fe minam. Sor. enim generare Liceronem est per accidens. Ergo illud qō loquentes nostre legis existimauerūt esse im possibile: iam apparuit esse necessarium: ⁊ errauerunt in hoc. q̄ acceperūt illud qō est essentialiter loco eius qō est accidētaliter: ⁊ existimauerunt esse impossibile illud qō nō est impossibile. ſ. q cās esse infinitas est impossibile eēntia liter ⁊ possibile accidentaliter.

¶ Si quidem igitur perpetuus motus ē: perpetuū erit ⁊ mouens primum: si vnū est. Si vero plura: plura ⁊ perpetua. Unum autem magis q̄ multa: ⁊ finita q̄ infinita oportet existimare: Eisdem enī contingentibus semper finita magis accipienda sunt. Jn his enim que sunt natura oportet finituz ⁊ melius si contingat esse magis. Sufficiens autē est ⁊ si vnum. Quod primum immobilium cuz sit perpetuum: erit principium alijs motus.

¶ Et si motus fuerit eternus tunc primꝰ motor erit 48
eternus si fuerit vnus. Et si fuerit plures vno tūc eterna erunt plura vno. Sed meliꝰ est opinari ipꝫ esse vnum non plures. Hoc enim complebitur p tria. Et si fuerint plures melius est opinari ipsos esse finitos q̄ infinitos. Contingentia enim cum sint eadem oportet esse meliꝰ habere finitos. Res enim que sunt per naturam oportet vt accipiaᷓ in eis pars finita: ⁊ melior in eo quod est possibile: ⁊ vnum sufficit. Et prima rerum que nō mouentur erit eterna: ⁊ principium motus in alijs rebus.

48 ¶ Cum declaratū sit ꝙ si necessario ē hic motus eternus ꝙ necessario erit hic motor eternus ⁊ motum eternū: ⁊ qz nō apparet hic vtrum sit vnuꝫ aut plura: sed hic tñ apparuit ꝙ necesse ē vt sit hic motor talis: incepit cōsiderare qd est dignius ponere in hoc loco. Ista enim pscrutatio ppria est methaphysice: ⁊ dixit (⁊ si fuerint plura vno ⁊c.) .i. ⁊ si iste motor qui declaratus fuit ē eternus si fuerit vn⁹: eternuꝫ erit vnuꝫ: ⁊ si plures: eterna erunt plura. D.d. (sed dign⁹ est opinari ⁊c.) idest vt mihi videtur: ꝙ ē dignius opinari ꝙ iste motor est vnus: qz ē sensibile. s. mundus complebitur per tria. s. per motorē eternū ⁊ motum eternum ab eo: ⁊ per motū nō motorem: ⁊ ista complebuntur per vnum. Et cū complebitur p vnum melius est vt inueniatur per vnū non p plura. Deinde dixit (et si fuerint plura digni⁹ ē ⁊c.) Deinde dedit cām in hoc: ⁊ dixit (contingentia enim ⁊c.) idest qñ si illud quod ꝓtingit in mundo a positione istoꝝ principioꝝ vt sint finita ⁊ ē infinita sit idē. Tūc pōere ea ē finita ē supfluū ⁊ extra naturā. Et intendebat per contingētia apparentia hic. s. illa que cogunt nos ponere hic ē principia eterna: ⁊ quasi dicit. Qñ quando illa que apparent hic perficiūtur ponendo principia eterna siue finita siue infinita: tunc melius erit ponere ea finita. Illud enim quod perficitur per finitum melius ē vt inueniatur per finitum. Deide dixit. (⁊ vnum sufficit.) idest ⁊ vnū motū ex se semp sufficit in reddendo cās eoꝝ que apparent hic. Ponendo enim hic: tūc res motoris habebunt principiū eternum ⁊ tunc istud principiū mediante moto eterno erit principiū rerum que mouentur quandoqz: ⁊ quiescunt quādoqz semper: ⁊ per hanc positionem complebitur hic ē: ⁊ si nō ēet difficile: immo impossibile ponere eternum esse principiuꝫ generabilis ⁊ corruptibilis.

¶ Manifestum autē ex his qz necesse est esse aliqō vnū ⁊ ppetuū ⁊ primū mouens. Ostensum eni est qñ necesse est motum semp esse. Si aūt semp necesse ⁊ cōtinuū esse. Et nāqz ipm semper cōtinuū est. Sed consequēter esse non est continuuꝫ. At vero si continuus est: ⁊ vnus est. An⁹ aūt qui ab vno mouente est: ⁊ vnius qō mouet. Si enim quidda aliud ⁊ aliud mouebit nō continu⁹ totus est mot⁹ sed cōsequenter. Igit ex his sciet aliquis ē aliqō primum mouens immobile.

49 ¶ Et apparet ex hoc qō nos dicemus ēt ꝙ est necessarium vt motor primus sit vnū eternum. Jaz igit declarauimus ēe necessarium ꝙ mot⁹ sit semper. Et si motus fuerit semp necesse est vt sit cōtinuū semp. Eternum enim est continuū. Successiuum aūt non est continuū. Sed si fuerit cōtinuū erit vnus. Et vnus mot⁹ erit ab vno motore: ⁊ ab vno moto. Qñ si mouet successiue tunc ille mot⁹ non erit continuus. Ex istis igitur erit hō certus hic ē aliqō primum non motum.

49 ¶ Jsta est alia declaratio ꝙ prim⁹ motor est vnus: ⁊. d. (declaratum est ꝙ necesse ē ⁊c.) .i. iam declarauimus ꝙ necesse ē vt sit hic primus motor perpetu⁹ moti eterni. Et manifestum est ꝙ cum posuerimus hic esse motum eternum quod mouetur motu perpetuo: necesse erit vt motus istius moti sit motus continuus non successiuus. Motus enim successiui licz sint in eodem moto tamen non sunt continui nec dicuntur esse perpetui: cū qñqz sit in eis ges. D.d. (ꝫ (⁊ vnus motus est q ꝓuenit ab vno motore. D. dedit cām in b: ⁊. d. (qñ si mouet successiue ⁊c.) .i. qñ si vnū motuꝫ mouet a plurib⁹ vno motore successiue tunc ille motus nō erit ꝓtinu⁹. D.d. (ex istis igit ⁊c.) ⁊ intēdit p primū. primum oīum mouentiū. .i. ⁊ si fuerint b alia mouētia ab eo q nō mouent: tūc illa mouentia sequunt ipm: qñ mot⁹ eoꝝ sequuntur motum illius moti primi qui est velocissimus motuum.

¶ Et iterū considerans in principia mouentium. Esse qdem igitur quedā eoꝝ que sūt: que aliqñ quidē mouentur: aliqñ aūt quiescunt manifestū ē. Et ꝓpter hoc factum manifestum est: qz non omnia mouentur: neqz omnia quiescunt. Nec alia q dem quiescunt semper: alia aūt semper mouētur. Que nāqz sunt vtrobiqz ⁊ potentiā habentia sūt ipsius: aliquando quidem moueri aliquando autē quiescere: demonstrant de his. Qñ aūt hec quidem manifesta sunt omnibus: volumus autē ⁊ demonstrare ⁊ duoꝝ vtranqz naturam. Quoniā sunt alia semper imobilia: alia autem que semper mouentur. Procedentes aūt in hoc ⁊ ponentes omne quod mouetur ab aliquo moueri. Hoc aūt esse imobile: aut quod mouetur. Et quod mouet: aut a seipso: aut ab alio mouetur. Semper deueniemus in hoc accipere: quoniam eoꝝ que mouētur est principiū quod mouetur quidem: qō ipsum seipsum mouet. Omniū aūt id quod imobile est. Videmus enim ⁊ manifeste esse huiusmodi q mouent ipsa seipsa: vt animatoꝝ ⁊ animalium genus. Hec quidem ⁊ opinionem attulerunt ne forte contingat motum fieri: cum nō sit omnino: propter id quod in his videmus contingere. Immobilia enim cū sint aliquando mouentur iterum sicut videtur.

¶ Et erit certus in hoc etiam quando cōsideraue- 50
rit principia motuum manifestum est enim ꝙ entium quedam quandoqz mouentur: ⁊ quādoqz quiescunt. Et per hoc fuit declaratuꝫ ꝙ nō omnia mouentur neqz omnia quiescunt. sed quedaꝫ quiescūt semper: ⁊ quedam mouentur semper. Illud enim quod habet vtrunqz: ⁊ habet potentiaꝫ vt moueatur: ⁊ vt quiescat: declarat ista. Et ꝙ habet talem dispositionem manifestum est cuilibet. Et intendimus declarare etiam naturam vtriusqz duoꝝ modoꝝ: scilz ꝙ quedam entium semper nō mouentur: ⁊ quedam semper mouentur. Et incepimus in hoc ⁊ posuimus ꝙ omne motum mouetur ab aliquo: ⁊ ꝙ istud: aut est non motuꝫ: aut motor ⁊ er se motum: aut ex alio semper. Et peruenim⁹ ad hoc ꝙ mota habent principium motum quod mouet se. Et principium omnium est illud quod non mouetur. Et nos inuenim⁹ visibiliter aliqua talia: ⁊ sunt illa que mouent se. V. g. genus habētium animas: ⁊ genus modoꝝ animaliuꝫ. Jsta igitur faciunt existimare ꝙ forte possibile est vt fiat motus: sine eo qō ante fuit omnino. Quia nos inuenimus ꝙ hoc accidit in istis. Sunt eniꝫ qñqz nō mota: deinde mouentur ſm ꝙ existimantur.

50 ¶ Quia vie p quas iuit Aris. in declarãdo q̃ hic est motũ eternũ: ⁊ q̃ nõ mouet sunt due. Quarũ vna est ꝓbãdo q̃ motus est eternus. Secũda aũt est ex ꝓsideratione de motis ex se que sũt hic: ⁊ ꝓcessit p hanc viã postq̃z declarauit q̃ hic est motus eternus: qñ consideravit de nã eozũ q̃ mouent apud nos qñq̃z: ⁊ gescũt qñq̃z: ⁊ iam declarauit pr̃i motozẽ non motũ esse per hoc q̃ motus eternus est: ⁊ vult nũc notificare q̃ hõ erit magis certus in hoc qñ cõsideraverit in natura eoz que mouent ex se que sũt hic. Q̃ ñ qñ hõ consideraverit in motibus particularibus qui sunt in ẽ mũdo: inveniet eos reduci ad motũ ex se: ⁊ ideo necesse est vt ita sit in toto. Hic aũt vult facere rememoratione de illa via ex qua declarat ẽt q̃ totũ hz primũ motozem q̃ nõ mouet: ⁊ q̃ motus est in moto eterno: ⁊ econtrario prime vie. In prima enim ꝓbauimus ex motu eterno motozem esse qui non mouet. Hic aũt ꝓbabimus q̃ motus eternus est ex ẽ q̃ motoz q̃ non mouet est. Et cũ iste due vie fuerit coniuncte: tunc firmioz erit scientia: ⁊ ideo. d. (Et hõ erit magis certus ⁊c.). i. sicut fecimus supius. D. d. (qñ cuz manifestuz sit ⁊c.). D. d. (⁊ ideo illud quod habet vtrũq̃z ⁊c.) idest ex illis enim que videmus moueri ex se quãdoq̃z ⁊ quiescere qñq̃z: scimus q̃ in entibus sunt quedam que mouentur semper: ⁊ quedam que nunq̃z mouent: q̃ non habent naturã vt moueant: ⁊ cum hoc fecit. s. q̃ consideravit in hoc de motis ex se: fecit rememorationem ⁊. d. (⁊ q̃ illud q̃ habet talem dispositionẽ est manifestũ cuilibz) .i. aliqua esse que mouent ex se ⁊ quiescunt ex se. D. d. (⁊ intendimus ẽt ⁊c.). i. ⁊ hoc intellectũ est per se. D. d. quo fecit ẽ: ⁊. d. (ꝓposuimus q̃ omne motũ ⁊c.). i. qñ cuz cõsideravit de natura eoz que mouent hic: fuit declaratum q̃ omne motum habet motozẽ: ⁊ cũ cõsideravit de nã ipsi⁹ motozis: vidit q̃ iste motoz non potest fugere aliquã triuz dispositionum. s. aut vt moueat ⁊ nõ moueatur: aut vt moueat ⁊ moueat ex se: aut vt moueat ⁊ moueatur ex alio. Et fuit necesse q̃ istud q̃ mouet ex alio: perveniat ad motuz ex se per motozem q̃ non mouet: sequit vt principiũ oium sit huius. s. motum ex se a motoz qui non mouet. Et quia istas ꝓpositiones non accepit nisi ex motis ex se que sunt ẽ ⁊ apud consideratiõem de istis cum hoc q̃ inducũt nos ad quesitum: faciunt nos ẽt dubitare in primo principio q̃ forte possibile est vt gescat: q̃ ista qñq̃z gescunt: ⁊ mouent qñq̃z: dixit (⁊ nos videm⁹ aliqua ⁊c.). i. ⁊ sicut segt vt oĩa habeant principiũ ex se motum: ⁊ hoc q̃ apparet de istis motis ex se q̃ sunt hic: alij enim motus reducũtur ad istos Similiter etiã faciunt dubitare in primo moto: qñ cũ apparet q̃ ista mouent sine motu precedenti: sed post quietez perfectam: fuit possibile vt hoc esset etiam possibile in primo moto.

¶ Hoc aũt oz accipe: qñ ꝑm vnũ motũ ipsa mouẽtur: ⁊ q̃ ꝑm hunc nõ ꝓprie. Nõ. n. ex seipso est cã: sed insũt alteri motus nãles aialib⁹ ꝑm quos non mouent ꝑ seipsa: vt augmentũ ⁊ decrementũ: ⁊ respiratio: ꝑm quos mouet aialiuz vnũq̃q̃z gescens ⁊ cũ nõ mouet a seipso motũ. Noz aũt cã cõtinẽs est: ⁊ multa eoz que corpus ingrediũt vt quozũdã alimentũ est. Dum. n. decoquit dormiunt. Disgregato aũt surgũt ⁊ mouent seipsos cũ primũ principiũ sit extra. Q̃ñ non semp mouent cõtinue a seipsis. Aliud. n. est mouẽs ipm q̃ mouet ⁊ mutãs ad vnũquodq̃z mouentiũ seip̃m. In oĩb⁹ aũt his primũ mouens: ⁊ cã ipm seip̃m mouendi mouet a seipso: ꝑm accidens tamen. Mutat enim corpus locum. Quare ⁊ quod in corpore est ⁊ serra mutans seipsum.

51 ¶ Sed debemus facere q̃ ita motoz eẽntialiter nõ moueat nisi vno motu: ⁊ q̃ ipse mouet isto motu: non q̃ est primũ q̃ñ non est cã ex se. Sed in aialibus sunt alij motus nãles q̃ non sũt ex illo. V. g. augmentũ: ⁊ diminutio: ⁊ anhelitus: Et istis motibus mouetur qlibet modoz aialiũ sine eo q̃ mouet ex se: sed ẽt gescit. Et cã istoz motuũ ẽ illud q̃ continet ipm: ⁊ multa advenientia suo corpi. V. g. nutrimentũ in aialibus qbusdã. Q̃ñ cũ digerit dormiũt: ⁊ cũ distinguit expgefiunt ⁊ mouẽt se. ⁊ primũ principiũ est extra. Ideo nõ mouet semp ex se continue. Motoz enĩ illozum est aliud ab eo q̃ est q̃ñ mouent ⁊ laborat ꝑm vnũquodq̃z mouẽtium. Et in oĩbus istis mouet primus motoz q̃ est cã eius q̃ moueat se ex se. Sed motus eius erit p accñs. Corp⁹ enĩ mutat suũ locũ: ⁊ iõ mutat locũ illud quod est in corpore: ⁊ quod est in vniverso movens se.

¶ Idest ⁊ non est opinandum q̃ primus motoz in istis movet pluribus motibus ex se. Unus enim motoz non mouet essentialiter nisi vno motu: ⁊ hoc q̃ñ invenitur in istis motis. s. habentibus animas: q̃ vn⁹ motoz in istis mouet pluribus motibus est per accidens: ⁊ hoc intendebat cum dixit (⁊ hoc quod mouet isto motu non est ita q̃ est primuz) idest opinandum est q̃ vnus motoz istozum: scilz qui non mouentur non mouet essentialiter: nisi vno motu: ⁊ hoc q̃ñ mouet istis pluribus motibus in eis que sunt apud nos: non est ita: q̃ ipse prima causa sit in istis pluribus motib⁹ Quoniam si esset causa prima istozum motuum: tunc nõ moveretur nisi vno motu necessario. Ab vno enim nõ ꝓvenit essentialiter nisi vnum motum: sed multa intrant ipz per accidens: que abscindunt motum eius: ⁊ alia que sunt causa in hoc que faciant motum post quietem. Et hoc intendebat cum dixit (quoniam non est causa ex se ⁊c.) idest ⁊ causa in hoc q̃ prima causa in hoc q̃ habentia animas que sunt hic mouentur quandoq̃z ⁊ quiescunt quandoq̃z: non est ex se: idest q̃ ista causa non est causa propter quam mouentur ex se: sed alia causa ex rebus continentibus ⁊ advenientibus ex extrinseco facit in animalibus motus naturales: ⁊ illi motus erunt cause vt motoz per quem mouentur ex se moveat quandoq̃z ⁊ quandoq̃z non moveat. Deinde dedit exemplum istozum motuum: ⁊ quomodo accidit ex eis hoc ⁊. d. (Verbi gratia augmentum ⁊c.) idest. V. g. hoc quod accidit animali in suo corpore ꝺ motu agmẽti a nutrimento: de motu divisionis vel diminutionis a rebus extrinsecis: ⁊ a defectu nutrimenti etiam: ⁊ hoc quod accidit ei ⁊ de motu in qualitate apud anhelitum. Anhelitus enim est in animalibus ad infrigidandũ calozem naturalem ⁊ temperandũ ipsum. Motus igitur anhelitus dat animalibus qualitatem. D. d. (ex istis igitur motibus ⁊c) .i. in istis motibus. s. augmento diminutione ⁊ alteratione mouet aial sine eo q̃ moveat ex se: sed ẽt quiescens. D. d. (⁊ cã istoz motuũ ⁊c.). i. ⁊ cã istoz motuuz q̃ sunt in aiali nõ ex se est corpus ꝓtinens: ⁊ illa q̃ intrãt suũ corpus: ⁊ intẽdebat q̃ cã istoz motuũ sunt res distincte ab aiali: aut extrinsece aut intrinsece. D. dedit exemplũ mouentiũ intrinsecus cũ sint latẽtiora: ⁊ quo erũt cãe getis eius qñq̃z ex se: ⁊ motus eius qñq̃z ex se: ⁊. d. (V. g. nutrimentũ in quibusdam animalib⁹ ⁊c.). i. V. g. nutrimentũ adveniens corpori aialis in quibusdam aialibus. s. que innata sũt dormire Nutrimentũ. n. cũ advenit corpi isti⁹ aialis ⁊ opat⁹ fuerit calor in ipm ascẽdet ab ipso vapor humid⁹ ad caput ⁊ cor: ⁊ sic grauabit aial ⁊ larabũt istꝛa mot⁹: ita q̃ gescit i loco ⁊ dormiet. Et cũ nutrimẽtũ fuerit digestũ: tũc mẽbra aialis mouẽtia allevabũt ⁊ expgefiet aial ⁊ movebit ex se i loco: ⁊ cum ita

51

ꝙ cū ita sit: tunc prim⁹ motor animalis in loco ⁊ faciēs ipz gescere nō est motor q est in eo q nō mouet .s. p quē mouet er se: sed primus motor in eo est illud extrinsecum aut illud aduenies corpori: ⁊ hoc itēdebat cū dixit: (⁊ primuz principiū est extrinsecum.) Deinde dixit (⁊ iō non mouet semp ⁊c.) .i. qz corpus aialis mouet ab extrinseco: ideo nō mouet semp er se continue: ⁊ si non: necesse esset ꝑm q est motum er se aut mouet semp ⁊ continue: cuz vnus motor sicut dictum est non mouet nisi vno motu tm̄. D. dedit cām ꝓpter quā fuit animal hmōi in abscisione sui motus ⁊ dixit (motor enim illius erit aliud ⁊c.) .i. ⁊ cā in hoc q motor q non mouet in istis mouet qñqz: ⁊ qñqz nō: est qz non est primus motor in hoc motu. Sed primus motor in istis est aliud extrinsecum qñ mouet ⁊ transmutat iste ;motor ab illo extrinseco ꝑm nām cuiuslibet corpz que mouent ipm. s. q si nā eius facit ipm gescere gescit: ⁊ si nā eius facit ipm mouere mouebit. Et cuz declarauit q primus motor q non mouet in hoc motu mouet ab extrinseco incepit declarare modum quo mouet ⁊. d. (⁊ in istis oībus ⁊c.) .i. ⁊ in istis motis er se oībus gnābilibus ⁊ corruptibilib⁹ mouet primus motor in eis ꝓ quē mouet er se a rebus extrinsecis. Sed motus ab eis non est essentialr sed accñtaliter. Motus aūt eius est accñtaliter: lz sit indiuisibilis: qm̄ ꝓstituit per subiectū. s. per corpus. Et iō accidit ei moueri qñ corpus mouet: ⁊ oē qđ mouet qz est in moto est motuz p accñs: ⁊ hoc intendebat cum. d. (corpus. n. mutat suum locum ⁊c.) .i. ⁊ cā in b q iste motor mouet per accñs est: qz cōstituit per corpus: ⁊ sic transfert per accñs per translationem corporis omne qđ ē in corpore: lz sit motor. Et debes scire q hoc non est sicut translatio partis cum translatione totius: sed sicut albedinis cum translatione subiecti. Cum sit declaratum q iste motor nō est corpus cum moueat ⁊ non moueat: ⁊ ideo dixit (⁊ q ē in vniuerso motor) ꝙseruando se a partibus que sunt in corpore: licz hic ⁊ ille moueant per accidens. Et debes scire q nō intendebat q motus eius qui est per accñs. s. motoris q non mouetur in aiali a causis extrinsecis est motus eius in loco ꝓpter motum sui subiecti. s. corporis. Sed intēdebat q motus eius a causis extrinsecis est ꝓpter motū sui subiecti ab eis nō in loco. s. vt augmentet aut alteret: est sicut motus eius in loco a motu sui subiecti. s. corporis. Videt. n. q manifestum est hic q oīs motor in subiecto mouet per accñs ꝓpter motum sui subiecti deferentis ipm. s. in loco. Utruz aūt oē qđ mouet in loco per suū subiectum trāsmutet per transmutationem sui subiecti. s. transmutatione alteratiua nō trāsmutatione in loco nōdum est declaratū. Cum. n. hoc fuerit declaratū: declarabit q si illud non transmutabit ab extrinseco non mouebit er motu sui subiecti in loco: lz appareat er verbis Aris. futuris q ipse ponet q oē qđ ñ trāsmutat ab extrinseco per accñs nō mouet er suo corpore p accñs vt patebit post. Et forte Aris. tacuit ꝙplementū demonstrationis quā intendit hic: qm̄ est manifestū: qm̄ cuz verificatū fuerit er hoc q oē motuz er se: qđ gescit qñqz ⁊ mouet qñqz: mouet ab extrinseco. Et est declaratū q primū er se nihil est extra ipm: segtur manifeste in secunda figura q primū motū er se nō gescit oīno. Et erit ista demōstratio alia a predictis: qm̄ illud qđ hunc segt sermonem qđ apparet esse ꝙplementū istius demonstrationis idē apparet cū demonstratione predicta: ⁊ pz er suis verbis in principio istius capituli ipsaz esse aliā demōstrationē a ꝓdicta.

¶ Ex quibus est scire. qz si aliqd est imobiliū qdez mouentiū: ⁊ ipsoꝝ que ꝑm accideus mouētur: ipossibile est cōtinuū motum mouere. Quare sigdem necesse est continue motū esse aliqd oportet primū mouēs esse imobile ⁊ nō ꝑm accidens. Si vz: sicut dirimus: in his que sunt esse incessabilis qdē ⁊ immortalis motus. Et manere qđ est ipm in seipso. Et in eodem principio enim manente: necesse est ⁊ oē manere qđ continuū est ad principiū. Nō est aūt idem moueri ꝑm accidens a seipo: ⁊ ab altero Ab altero qdem enī inest ⁊ eoꝝ que sunt in celo q busdam principijs quecūqz ꝑm plures ferunt motus. Alterum autem corruptibilibus solum. 52

¶ Ex hoc igitur erit hō certus: q si aliquid fuerit ex eis q̄ non mouētur: sed mouetur ēt p accñs: impossibile est vt motus sit eternus. Et iō si fuerit necesse vt motus sit eternus: necesse est vt primus motor sit q non mouetur neqz p accñs. Sed necesse ē sicut dirimus supius: vt in entibus fit aligs mot⁹ q non cessat. Et q remaneat ipm ēt in eadē dispositione. Qm̄ cū principiū remanserit: totū necessario remanebit cū sit continuū cum principio. Et aliquid moueri p accñs er se: aut er alio: non ē idē Illud enim qđ mouetur er alio inuenitur ēt in quibusdā principijs rerū q̄ sunt in celo. s. ea q̄ transferuntur modis translationis pluribus vno. Aliud aūt inuenitur in corruptibilibus tm̄. 53

¶ Idest er ꝺ igit qđ apparuit in motoribus nō motis q̄ sunt in aialib⁹. s. q̄ sunt mota p accñs: erit hō certus in ꝺ: q si aliqd ponat mouere totū: ⁊ ponat cū hoc moueri p accñs sicut aie aialū q motus toti⁹ nō erit etern⁹. D. d. (necesse est igit vt sit primus motor ⁊c.) .i. ⁊ cū declaratū sit q ista mouentia mota: qñqz mouent: ⁊ qñqz nō mouent p accñs est necesse sicut dirimus si vnus mot⁹ est ꝓtinu⁹ q nō cessat vt motor illi⁹ sit nō motū p accñs. Et intendebat p hūc sermonē vt videt dissoluere qōnē ꝓtingentē er istis motis er se: q̄ gescūt qñqz: ⁊ mouent qñqz. Q̄ cū declarauit q motor in istis est motor p accñs: ⁊ demonstrauit q prim⁹ motor totius nō est motū nec accñtaliter: nec essentialiter: dissoluet er his duob⁹ qō ꝓtingens er his in primo moto er se. Ista. n. existimant gescere ⁊ moueri sine eo q motor in eis moueat oīno. Et cū apparuit q motor in eis mouetur p accñs: ⁊ fuit demonstratū q motor toti⁹ non mouet p accñs: dissoluet q̄stio ꝓtingens er istis in motu totius: ⁊ pōt intelligi er hoc sermone q est demōstratio p se sicut dirimus. D. d. (⁊ q remaneat ens ipm ⁊c.) .i. ⁊ necesse est vt sit ꝺ primus motor nō trāsmutabilis vnus: qui sit cā q mūdus remaneat idē ⁊ ꝑm eandē dispōnem. ¶ Principium enī ⁊ cū remanserit vnū: tunc illud cui⁹ est principiū. s. totū remanebit necessario: cū totū sit ꝓtinuū cū eo. s. cū pte ipi⁹ nō generabili neqz corruptibili. s. cum primo moto ab isto principio. Q̄ m̄ si ista ps ꝓtinua cū eo fuerit gnābilis aut corruptibilis: tūc mūdus non remanebit idē: ⁊ erit illic ꝑncipiū prius ipso: cū necesse sit vt motus sit ante motū inuētū ab eo. Et intēdebat declarare q cū fuerit verū q totuz ens est eiusdē dispōnis essentialr necesse est vt ꝺ sit a principio qđ est principiū p se nō ꝓpter aliqđ accñs. Et si posuerimus q istud principiū mouet p accñs: ⁊ fuerit iste motus necessarius in ipso mouere ꝓtinget vt aliqd sit essentialiter in aliqua dispōne a principio qđ est principiū p accñs qđ ē ipossibile. D. d. (⁊ aliqd moueri p accñs ⁊c.) ⁊ dixit ꝺ: qz forte aligs pōt dubitare in ꝺ qđ dixit. apparet. n. q ipe ponit istud principiū mouens nō motū: nō qz alterat: nec qz augmentat er extrinseco: neqz qz mouet se in loco p accñs sicut accidit aiabus aialiū: qz ꝓstituunt p primū subiectuz qđ mouet. Sed istud principiū nō ꝓstituit p subiectum qđ mouet ab ipso: sed est econuerso. s. q pmanentia subiecti est ꝑm illud. Et ꝺ patebit pfecte cū fuerit declaratū q iste motor nō ē in mā. Cū igit posuit: sicut dixit: q istō principiū nō mouet se in loco p accñs: ⁊ apparet in qbusdā prin-

cipijs eternis ꝟ q̄ mouenť ex alijs modo accñtali: ⁊ sunt corpora celestia in quibus inueniuntur motus plures vno sicut est dispō in planetis erraticis. Motor enim cuiuslibz stelle ex eis. s. q est ꝑprius vnicuiqz eor: ⁊ est ille q mouet illam motu ab occidēte in orientē: mouet per accñs a maiori motore in primo moto maxio: ⁊ est motor a motu oriē tali: qm̄ orbes istor oium sequūtur maxime orbem in hoc motu. U. g. qm̄ orbis solis mouet a suo motore ꝑprio ab occidente in orientem. s. suo motu ꝑprio annuo: ⁊ mouet suus motor a suo motore maximo motu diurno: ⁊ sic accidit suo motori ꝑprio moueri p accidens a maximo motore totius ex hoc q̄ mouet suū motum ꝑprium ab eo q̄ est orbis solis. Quia igit̄ inuenit in motorib⁹ qui sūt in corporibus celestibus aliquid qđ mouet ab alio hoc mō accidentali non ex se: ideo fecit hanc exceptionez: ⁊ dz intelligi ex ꝟ q̄ mouentia que sunt hic sunt illa que mouentur ex se ⁊ ex alijs per accñs. s. ex motu sui subiecti. i. primi moti ab eis. Et ꝟ est q̄ motor constituitur per primum motum ab ipso. s. q̄ motor est in eo forma: ⁊ motū materia: ⁊ est acceptum in diffinitione forme ꝑm q̄ materie accipiunť in diffinitionibus formaz: ⁊ ꝟ est id de quo dicitur moueri per accidens in rei veritate. Motum aūt in corporibus celestibus non cōstituit̄ per subiectum ipsius: ⁊ ideo non mouet̄ per motum subiecti moti ab ipso ꝟ mō accidentali. Quod aūt eorum hz subiectū qđ mouetur ex alio motore ꝑprio: dicitur q̄ ille motor ꝑprius mouet̄ per accidens. s. ex hoc q̄ suū subiectum mouetur ab alio: q̄ accidit ei. s. motori ꝑprio qdam motus mouendi: ⁊ est q̄ subiectum eius mouetur ab alio: non q̄ ipse mouetur per motum sui subiecti: sicut est dispositio in motoribus qui sunt hic. Et ideo dicet̄ in eis motor per accidens ⁊ dicetur equiuoce. s. i illo quod mouetur per subiectum acceptum in sua diffinitione: ⁊ ꝑ subiectum qđ non hz introitus in sua dispositione. Et ista dispositio est diminutio in motore corporis celestis cui accidit vt suum motuz moueatur ab alio. Et ideo perfectior mouentium est mouens in motu diurno cum non accidat sibi hoc. Secūdum hoc igitur est intelligendus iste locus hic: ⁊ sustentatus est in hoc sermone super hoc: q̄ mota ex se que sunt hic: sunt mota ex se per accidens: cum motor in eis non sit primus motor: ⁊ motū ex se essentialiter non inuenitur: nisi in corporibus celestibus. Et ideo ista fuerunt eterna ⁊ illa generabilia ⁊ corruptibilia. Si igitur fuerit inuentum in motis ex se motuz per accidens. s. quod accidit moto ex se essentialiter. s. vt moueatur: non q̄ in sua natura est motum ex se per accidens: sicut est dispositio in motis ex se per accidens que sunt hic: ⁊ ideo accidētalitas operatur in esse istorum. s. q̄ moueri per accidens non operať in eo quod est motum ex se essentialiter: ⁊ ꝟ est illud in quo motor est primus motor.

¶ At vō si aliquid est semp huiusmodi mouens q̄dem aliquid: immobile autem ipsum ⁊ perpetuū. Necesse est aliquid ⁊ primuz quod mouetur ⁊ ab hoc perpetuum esse. Est autem hoc manifestum quidem ex eo: q̄ nō est vtiqz aliter generatio ⁊ corruptio ⁊ mutatio alijs: nisi aliquid moueat qđ moueatur. Immobile enim quidem motum eundem semper mouebit: eodem modo: ⁊ ꝑm vnum motū cum nihil ipsum mutans est ad id qđ mouet. Qđ autem mouetur ab eo: qđ mouetur quidem: quod ab immobili mouetur. Jam ꝓpter id quod aliter ⁊ aliter se habet ad res: non eiusdem erit motus causa. Sed ꝓpter id quod in cōtrarijs locis: aut speciebus sit: contrario modo exhibebit motum quēqz aliorum. Et aliquando quidem quiescens: aliquando autem motum. Manifestum igitur sa ctum est ex dictis q̄ ꝑm principia dubitauimus. Cur igitur non omnia: aut quiescunt: aut mouentur: aut alia quidem semper mouentur: alia semp quiescant. Sed quedam aliquando quidē: aliquādo autem non. Huius autez causa manifestissima nunc est. Qm̄ alia quidem ab immobili mouētur perpetuo. Unde semper mutantur. Alia autez ab eo qđ mouetur ⁊ mutatur. Quare ⁊ habere necesarium est mutari. Immobile enim: sicut dictū est sic simpliciter ⁊ similiter ⁊ in eodem permanens: vnum ⁊ simplicem mouebit motum.

¶ Et hoc declarabitur post: primo autē quia hoc impossibile est alio modo: vt sit generatio: ⁊ corruptio: ⁊ transmutatio aliarum nisi sit hic aliquid qđ mouet ⁊ mouetur. Quod enim non mouetur semper mouet eodem mō. Quia istud non transmutatur omnino in respectu moti. Motum aūt ab alio qđ mouet: q̄ fit in dispositionibus diuersis in respectu rerum: ideo non erit causa eiusdem motus Sed q̄ erit in locis aut formis cōtrarijs: ideo largitur per suum motum res contrarias: ⁊ qñqz erit quiescens ⁊ qñqz motum. Et ex hoc ēt apparet illud in quo dubitabamus ꝓius. s. quare non omnes res mouentur: aut omnes quiescunt. Aut sūt diuise in duas partes: quarum vna est motū semper: ⁊ alia quiescens semper. Sed sunt hic res q̄ mouentur qñqz: ⁊ quiescunt quandoqz. Causa eni in hoc est manifesta: ⁊ est q̄ quedam res movētur a non moto eterno: ⁊ ideo mouentur semper. Et quedam non mouentur nisi a moto transmutabili: ⁊ ideo necesse est etiam vt sint transmutabilia. Illud autem quod est non motuz: quia est sicut diximus simpler ⁊ permanens in eadem dispositione: mouet vno motu simplici.

¶ Aitur in hoc sermone inducere causam ꝓpter quā fuit necesse vt primum motum a matore non transmutabili sit eternum ⁊ motum in loco: ⁊ est ecōuerso ei qđ declaratum est in principio istius tractatus. s. q̄ ex probatione essentie istius moti fuit ꝓbatum primū motorem esse: ⁊ ex hoc apparet ei illud qđ quesiuit in principio. s. hoc q̄ quedam res mouenť semp: ⁊ quedam inueniunť in vtraqz dispōne: ⁊ q̄dam nō mouenť semp: ⁊ cā in hoc est ꝯclusio predictoruz. Qm̄ cū declaratū est ꝟ esse motorem eternū ⁊ motū ab eo eternū: vult in ꝟ ꝑmone inducere ex hac ꝯclusione. s. ꝟ esse motorē eternū cām ꝓpter quā fuit motū eternū: ⁊ res que mouenť qñqz ⁊ qescit qñqz ꝑm q̄ est ꝯsuetudo in hac scia. s. pcedere de posterioꝛib⁹ ad priora in prio: ⁊ post dare de prioꝛib⁹ cām posterioꝛ. Et iō incepit ꝟ a priori qđ demonstratū est ex posterioꝛib⁹ in dādo cās posterioꝛ: ⁊ est motor q nō mouet: ⁊. d. (si igit̄ fuerit ꝟ aliq̄d: ⁊c.) ꝟ est ꝯcrsū predicti in ꝑdicto. n. pcessit de posteriori ad pri⁹. Declaratū. n. fuit ꝟ. s. q̄ ꝟ est mot⁹ etern⁹: necesse est vt sit ꝟ motus eternū: ⁊ q̄ ꝟ est motū eternū: necesse est vt sit ꝟ motor eternus. ꝟ aūt intēdit ꝯuersum. s. q̄ ꝟ est motor etern⁹: necesse est vt motum ab eo sit eternuz. ⁊ si nō: tūc suū mouere non esset eternū. D. d. (⁊ ꝟ declarabiť post: ꝑmo aūt ⁊c.) i. ⁊ ꝟ apparet ēt ex positiōe ei⁹ qđ est nāz mouētē esse hmōi. s. nō motā: ⁊ ex positiōe ēt ei⁹ qđ est mota esse generabilia ⁊ corruptibilia. Segť. n. ex his duob⁹ vt illic sit motū eternū

medium

medīū inter hūc motorē qui nō mouet: ⁊ inter mota generabilia ⁊ corruptibilia: qđ mouet ab illo primo motore ⁊ moueat ista. Et cū dixit hoc: icepit īducere modū er q̄ p̄z hoc: ⁊. d. (Illud. n. qđ non mouetur ⁊c). i. ⁊ cā in hoc est q̄ illud qđ nō mouet neq̄ essentialiʒ neq̄ accidētaliter: nō mouet nisi vno motu sp ⁊ eadem dispōne. D. dedit cām in hoc: ⁊. d. (q̄ nūq̄ trāsmutat ⁊c). i. er hoc qđ declaratū ē s. q̄ nō est motū per accūs. i. er moto ab ipso: sicut accideret si primū motū ab eo esset generabile ⁊ corruptibile: sed intēdebat q̄ cū posuerimus q̄ iste motor est nō motū per accūs: ⁊ q̄ motor generabiliū ⁊ corruptibiliū ē motuʒ aut essentialiter aut accītaliter: sequit ex hoc vt primū motuʒ ab isto motore nō sit generabilis ⁊ corruptibilis: ⁊ q̄ cum fuerit positum motū eternū moueri ab hoc motore q̄ non mouet in loco: erit possibile in hoc moto vt sit cā generabilium ⁊ corruptibiliū p̄m ꝓpinquitatem eius ⁊ remotionem ab eis: ⁊ erit necesse vt ipm sit primū motū ab illo motore qui nō mouetur: ⁊ hoc intēdebat cum. d. (motor autē ⁊c). i. ⁊ motor qui mouet a motore nō moto ꝓtingit ei necessario vt sit in diuersis dispōnibus de rebus quas mouet. s. in ꝓpinquitate ⁊ remotione. D. d. (qm̄ non erit causa eiusdem motus). i. ⁊ impossibile est vt iste motor motum sit cā vnius motus tm̄: sed diuersor motuum ꝓpter hoc q̄ motor qui mouet erit in locis diuersis ⁊ dispōnibus diuersis: ⁊ sic aget idem duo cōtraria. U. g. q̄ quādo sol fuerit in tropico hyemali habebit respectū ad illa que sūt sub tropico estiuali in dispōne cōtraria ei p̄m q̄ erit in tropico estiuali. D. d. (⁊ ꝓpter h ⁊c). i. ⁊ ꝓpter ꝓpinquitatē ⁊ remotionem. U. g. qm̄ sol quādo fuerit sicut dixim⁹ in tropico estiuali tūc largiē cuilibet entiū transmutationem cōtrariā transmutationi quā largiē ei quādo fuerit in tropico hyemali. D. d. (⁊ si quādo erit gescens sic). i. ⁊ sic acq̄ritur ens quodlibet ex motore eterno qui mouet vt quandoq̄ moueat ab eo. s. quādo fuerit ꝓpinquuʒ: ⁊ quādoq̄ quiescat. s. qñ fuerit remotum. Et declarauit qūo sequitur necessario vt primū motum qđ mouet a motore qui non mouet sit eternū: ⁊ qūo sequit ex hoc vt sit cā motuū cōtrariorum. Apparuit ei ex hoc illud de quo quesierāt primo: ⁊ est quare quedā entia mouent qñq̄: ⁊ quiescūt qñq̄: ⁊ quedam mouent semp: ⁊ quedā nunq̄: ⁊. d. (et apparet ēt ex h ⁊c). i. ex predictis igitur appet illud in quo dubitabam⁹ primo ⁊ est: q̄ nō oēs mouent neq̄ oēs quiescūt: ⁊ cā in h est q̄ ista ēt non diuidunt in duos modos tm̄: quoꝝ vnus est motū semp: ⁊ alius quiescēs semp: sed sunt hic aliqua q̄ mouent qñq̄: ⁊ gescunt qñq̄: ⁊ aliqua q̄ mouent semp: ⁊ gescunt semp: ⁊ q̄ cā in toto declarata est nunc ex hoc sermone ⁊ ē q̄ quedā mouent a motore eterno qui nō mouet ⁊ iō ista mouent semp: ⁊ quedā mouent a motore moto: ⁊ ideo cōtingit ēt vt ista moueant qñq̄: ⁊ qñq̄ quiescāt: ⁊ q̄dā nūq̄ mouent: ⁊ est motor eternus de quo dixim⁹ ē motorē vno motu tm̄. Et hoc intēdebat cū dixit (istud aūt qđ est nō motū ⁊c). i. ens aūt qđ est nō motū mouet eodē modo vno motu simplici: q⁊ ē simpler nō compositū. i. nō habēs nām. Jā igit apparent hee tres dispōnes cum suis cāis ⁊ est q̄ quedā eoꝝ nūq̄ mouent: ⁊ cā eius est q⁊ ē simpler nō cōpositū: ⁊ q̄ quedā semp mouent: ⁊ cā illius ē q⁊ mouent ab hoc motore simplici: ⁊ quedā que mouent quādoq̄ ⁊ gescūt qñq̄: ⁊ cā illius est q̄ motor eoꝝ mouet. Et debes itelligere hic p̄ motū ⁊ quietē oēs transmutationes cōpositas: ⁊ de motu eterno motū localē tm̄. Et debes scire q̄ p̄m hūc modū possibile est vt motus noui fiāt a motore nō moto. s. mediante moto eterno: ⁊ iō qui posuit p̄cipiū eternū ⁊ primū motū ē nouū: nō potuit dissoluere qōnem accidētē in hoc: sicut accidit loquētib⁹ nostre legis.

¶ At vo aliud facientibus p̄cipium magis erit de bis manifestum. Consideradum enim est: vtrū aliquem motum continuum contingit esse: aut nō ⁊ si contingit quis hic: ⁊ quis est primus motuum. Manifestum est enim qm̄ siquidē necessarium est semper motū esse. primus aūt est ⁊ continuus p̄m quē primum mouens mouet. Et hunc motū quidem necessarium est vnum ⁊ eundem esse continuum ⁊ primum.

¶ Deinde hoc apparebit manifeste magis cōsiderādo alio modo. Cōsiderandum est enim vtrū sit possibile q̄ aliquis motus sit cōtinuus: aut nō. Et si hoc fuerit possibile quis motus est iste: ⁊ qs motus est primus motuū. Manifestum est enim q̄ si fuerit necesse vt motus eternus sit. Et fuerit aliquis motus demōstratus primus ⁊ cōtinuus. Necesse ē vt primus motor moueat hoc motu. Qui ē necesse vt sit vnus ⁊ cōtinuus ⁊ primus. 54

¶ Dixit (⁊ hoc appebit ⁊c). i. er pscrutatōe de hoc. s. qs motus est iste motus: qm̄ si apparebit demōstratus in mūdo tūc sensus ꝓueniet demōstrationi: ⁊ est sicut dixim⁹ manifestius. s. qm̄ tūc verificabit modus q ē cā in quiete quorūdā entiū qñq̄: ⁊ in motu eoꝝ qñq̄: ⁊ ipse sicut dixit pscrutat hic de duobus. s. quis motus ē iste motus: ⁊ quis motus ē primus motus motuū sensibiliū. Manifestum ē sicut dixim⁹ q̄ si fuerit hic motus primus cōtinuus: q̄ primus motor dz mouere hoc motu: cū primus motus necesse est vt sit a primo motore: ⁊ pscrutatus ē in sexto qs mot⁹ est q̄ pōt esse infinitus: sed hic cōplebit pscrutationeʒ bene de hoc. D. d. (manifestū est enī q̄ si fuerit necesse ⁊c). i. ⁊ necesse est pscrutari de primo motu qs motus sit: qm̄ manifestū q̄ si fuerit necesse vt sit hic motus eternus cōtinuus oportet cōsiderare quis motus sit ille qui pōt esse cōtinu⁹. Q m̄ necesse est vt iste motus sit primi motoris. i. qm̄ cuz declaratū sit q̄ est hic motus primus cōtinuus demōstratus: necesse ē vt ille motus sit ille q̄ mouet primus motor. 54

¶ Tribus aūt existētibus motibus. Alio quidē p̄m magnitudinē. Et alio p̄m passionē. Et quodā alio p̄m locū; quē vocamus loci mutationē: hūc necessariū est ee primū. Impossibile. n. est augmētū ee alteratione nō pexistēte. Quod ergo augmētatur ē quidē tanq̄ simile augmētetur: est aūt tanq̄ dissimile. Cōtrariū enim alimētū dicitur contrario ab hoc. Fit oē qđ fit simile simili. Necessariū igitur ē alterationē esse in cōtraria mutatiōe. At vo si alterat indigebit ee alterās ⁊ agens ex potentia calido actu calidū. Manifestū igitur q̄ mouens non similiter se habet sed aliq̄ quidē ꝓpius est: aliq̄ aūt longius ei qđ alterat. Hoc aūt sine loci mutatione nō cōtingit esse. Si igit necesse est semp motū ee: necesse est ⁊ loci mutationē semp ee primum motuū. Et in loci mutatione: si est alia quidē prima: alia vo posterior: prima nimiruz omnes antecedat necesse est. Amplius autem omnium passionum principiuz est raritas ⁊ densitas. Et graue nāq̄ ⁊ leue: ⁊ molle ⁊ durū: ⁊ calidū ⁊ frigidū: densitates vident ⁊ raritates ee quedā. Densitas aūt ⁊ raritas cōgregatiōes ⁊ disgregatiōes sūt: ꝑz quas generatio ⁊ corruptio dr substātiarū. Que aūt cōgregant ⁊ disgregant necesse est p̄m locum mutari. At vo sed eius qđ augmētatur ⁊ decremē

tum patiẽtis mutatur ſm locũ magnitudo.

55 ¶ Dicamus igitur q̃ cũ motus ſunt tres. ſ. in magnitudine: ⁊ in paſſiõe: ⁊ in loco: ⁊ neceſſe eſt vt iſte ſit p̃imus motuum. Impoſſibile eſt enĩ augeri ſine alterari: Augmẽtabile enĩ potes dicere ipz augeri p ſimile: potes dicere ipm augeri per diſſimile. Nutrimentũ enim dicitur contrarium ad cõtrarium: ⁊ nõ continuatur in omni generante niſi ſimile cum ſimili. Neceſſe eſt igitur vt trãſmutatio ad cõtrarium ſit alteratio. Sed cum fuerit alteratio: neceſſe eſt vt aliquod alterãs ſit: qõ extrahit illud qõ eſt in potẽtia calidũ in calidum in actu. Et manifeſtũ eſt q̃ diſpoſitio motoris tunc nõ currit eodem modo: ſed forte quãdoq; erit p̃pinquior alterato ⁊ quãdoq; remotior: ⁊ hoc non poteſt eſſe ſine trãſlatione. Si igitur ſit neceſſarium vt motus eternus ſit: ſequitur neceſſario vt tranſlatio eterna ſit p̃imus motuũ. Et ſi aliqua trãſlatio eſt p̃ior ⁊ alia poſterior: neceſſe eſt vt p̃ior ſit eterna. Et ẽt p̃incipiũ omnium paſſionum ẽ denſitudo ⁊ raritas. Grauitas enim ⁊ leuitas ⁊ mollities ⁊ durities: ⁊ caliditas ⁊ frigiditas criſtimãtur eſſe modi denſitudinis ⁊ raritatis. Et dẽſitudo ⁊ raritas ſunt cõgregatio ⁊ ſegregatio per quas dicit̃ ſubſtãtia generari ⁊ corrũpi. Et quod cõgregatuz eſt aut ſegregatũ: neceſſe eſt vt mutet locum ⁊ etiam augmentum ⁊ diminutum mutant locum ſm magnitudinem.

55 ¶ Cum p̃miſit p̃ſcrutari quis motus ſit iſte motus continuus ⁊ qs motus ſit p̃imus: q̃ſi mot⁹ neceſſe ẽ vt ſit vnus: i cepit p̃ſcrutari de hoc .ſ. quis mot⁹ ſit p̃im⁹ motus: ⁊. d. dicamus igit̃ ⁊c. ⁊ intẽdit per motũ in magnitudine motũ augmẽti ⁊ diminutionis: iſte enĩ motus declaratus eſt ee in quãtitate: ⁊ itẽdit p motũ in paſſiõe motũ alterationũ .D.d. (neceſſe eſt vt iſte ſit p̃imus motuũ). i. motus i loco: ⁊ poſuit motus tres ſm q̃ declaratũ eſt in quito. D. incepit demõſtrare q̃ motus localis p̃cedit alios: q̃ñ neceſſe eſt vt oe quod alteratur aut augmentatur aut diminuit̃ vt p̃ius trãſferatur: ⁊ nõ apparet de nã trãſlati qõ neceſſe eſt vt alterẽt aut augmentet niſi per accidẽs: ⁊ incepit in h̃ demõſtrare hoc in motu augmẽti: ⁊. d. (ipoſſibile eſt .n. aliquod augeri ſine alteratione). ⁊ cũ .d. q̃ augmentabile ⁊ diminuibile neceſſe eſt vt alteratio p̃cedat illa .declarauit hoc ⁊. d. (augmentũ enĩ potes dicere ⁊c). i. ⁊ neceſſe ẽ vt augmẽtabile alterẽt̃: ⁊ tũc augebit̃ quodãmodo a ſili ⁊ quodãmõ a ꝓtrario. i. q̃ñ nutrimentũ p quod fit augmentũ quodãmõ eſt ſile: ⁊ quodãmõ cõtrariũ. Et cũ dixit hoc de nutrimẽto dedit cãm in hoc ⁊ dixit. (nutrimẽtũ enĩ dicitur ee cõtrariũ ad cõtrarũ ⁊c). i. eſt enĩ cõceſſiuz q̃ nihil agit in aliq̃d niſi cõtrariũ: ⁊ q̃ nutribile agit in nutrimẽtũ neceſſe eſt vt in nutrimẽto ſit aliqua ps cõtraria. Et q̃ nutrimẽtum copulat̃ in poſtremo cũ nutribili: neceſſe eſt vt in eo ſit aliqua ps ſilis: ⁊ hoc innuebat cũ dixit. (⁊ nõ copulatur in oi generato ⁊c.) ⁊ cũ declarauit q̃ nutrimẽtũ ẽ cõtrariũ ⁊ q̃ trãſferẽt̃ de cõtrarietate in ſilitudinẽ. ſ. de cõtrario in cõtrariũ ⁊ trãſmutatio q̃ eſt in cõtrarijs eſt alteratio: cõcluſit ex hoc q̃ nutrimentũ alterat̃ ⁊ tũc auget: ⁊ dixit. (neceſſe eſt vt trãſmutatio de cõtrario in ꝓtrariũ ſit alteratio.) D. d. (ſed cũ fuerit alteratio neceſſe ẽ vt ſit aliquod alterãs.) ⁊ hoc manifeſtũ eſt p ſe. D. manifeſtauit hoc: ⁊. d. (qõ extrahit illud qõ eſt in potẽtia ⁊c). i. ⁊ neceſſe eſt vt alterãs ſit extra alteratũ ⁊ aliud ab eo: q̃ñ alterãs eſt illud qõ extrahit rẽ de potẽtia in actũ in q̃litate ſm q̃ alterat. Vl. g. q̃ñ facit illud qõ eſt in potẽtia calidũ ⁊ frigidũ: calidũ in actu ⁊ frigidũ. Et ipoſſibile eſt vt illud qõ eſt in potẽtia calidũ aut frigidũ: fiat calidũ in actu ⁊ frigiduz in actu: niſi trãſmutãs ſit calidũ in actu ⁊ frigiduz in actu .D.d. (⁊ manifeſtũ ẽ q̃ diſpoſitio motoris ⁊c). i. ⁊ q̃ p̃imũ alterans qõ nõ alterat̃ nõ alterat ſemp ſed q̃ñq; : neceſſe ẽ vt nõ habeat ſe cũ alterato in eadẽ diſpõne: ſz q̃ñq; app̃opinquetur ei. ⁊ alteret: ⁊ q̃ñq; remouea ⁊ nõ alteret: ⁊ p̃pinquitas ⁊ diſtantia nõ eſt niſi p trãſlationẽ: ergo trãſlatio p̃cedit nãliter alterationẽ. ſ. q̃ cũ vtraq; fuerit in actu: deinde alterãs alterauit poſtẽq; nõ alterabat: neceſſe eſt vt alterz mouea in loco: aut alterãs: aut alteratũ: aut vtrũq;. Si añt alterz fuerit generatum: aut vtrũq; ⁊ poſſe rimus hoc eſſe cãm eius qõ q̃ñq; alterat: ⁊ q̃ñq; nõ: manifeſtabit̃ q̃ trãſlatio debet p̃cedere eodẽ mõ: cũ alteratio etiã p̃cedat generationẽ. Generatio enĩ aut eſt alteratio aut ſequit̃ alterationẽ. Et cũ declarauit q̃ trãſlatio p̃cedit iſtos duos motus dixit: (ſi igitur fuerit neceſſarium vt mot⁹ ꝓtinu⁹ ſit ⁊c). i. ⁊ h̃ qõ dixit h̃ ſeq̃t̃: q̃ſi cũ fuerit neceſſe ẽ vt ſit hic mot⁹ etern⁹ ⁊ mot⁹ etern⁹ ẽ p̃im⁹: ⁊ mot⁹ p̃ius ẽ trãſlatio: neceſſe ẽ ſi fuerit h̃ mot⁹ etern⁹ vt ſit h̃ trãſlatio eterna. Et q̃ trãſlatio q̃dã ẽ p̃ior circularis: ⁊ q̃dã poſterior. ſ. recta. d. (⁊ ſi q̃ trãſlatio ẽ p̃ior ⁊c). i. ⁊ appet ẽtſer h̃ ſm̃oe i h̃ loco ſi trãſlatio fuerit duob⁹ modis. ſ. p̃ior ⁊ poſterior: q̃ p̃ior ẽ eterna: ⁊ iſta p̃ioritas ſicut dixim⁹ declarabit̃ hic eo modo ꝙ q̃ẽ ſequit̃ vt tranſlatio ſit eterna: Et q̃ aliquis põt dicere q̃ forte trãſmutatio que ẽ in ſubſtãtia eſt p̃ior aliis motib⁹: q̃ põdicamẽtũ ſubſtãtie eſt p̃i⁹ aliis põdicamẽtis: incepit declarare ẽt q̃ mot⁹ localis p̃cedit trãſmutationẽ i ſubſtãtia q̃ dicit̃ gnãtio ⁊ corruptio ⁊ d. (⁊ ẽt p̃incipiũ oĩuz paſſionũ ⁊c). i. ⁊ ẽt p̃incipiũ oĩuz qualitatũ apud antiquos ẽ dẽſitas ⁊ raritas. Exiſtimãt .n. q̃ oẽs p̃ime qualitates ſũt grauitas ⁊ leuitas: ⁊ mollities ⁊ durities reducũtur ad iſtas duas q̃litates. Exiſtimat̃ .n. q̃ graue ẽ dẽſum quodãmõ: ⁊ leue rarũ quodãmõ: Et ſili exiſtimat̃ q̃ durũ ẽ dẽſum ⁊ molle rarũ: Et ſili caliduũ exiſtimat̃ ee raz: ⁊ frigidũ dẽſum: ⁊ hec nõ ẽ opinio Ariſt. ſed intẽdebat declarare q̃ h̃ cõe ẽ duab⁹ opinionibus. ſ. opinioni Ariſ. q̃ dicit q̃ p̃incipia trãſmutatiõis ſũt qualitates q̃tuoz. ſ. caliditas ⁊ frigiditas: ⁊ humiditas ⁊ ſiccitas: ⁊ opinioni eoz q̃ dicũt q̃ p̃incipiũ oĩuz q̃litatũ ẽ dẽſitas ⁊ raritas ⁊ ſũt illi q̃ dicũt ptes ee atomos. Et cũ ponit q̃ fundamẽta qualitatũ apud iſtos ſunt dẽſitas ⁊ raritas. d. (⁊ dẽſitas ⁊ raritas ſũt ꝓgregatio ⁊c). i. ⁊ denſitas ⁊ raritas ſm opinionẽ iſtorũ ẽ cõgregatio ⁊ ſegregatio partiũ: ⁊ ſũt modi ꝑz quos dicunt ſubſtãtias gnãri ⁊ corrũpi illi q̃ cõcedũt ſubſtãtias generari ⁊ corrũpi. Dicebãt .n. q̃ generatio indiuidui ẽ ꝓgregatio partiũ: ⁊ corruptio ẽ ſegregatio illarũ Et q̃ oĩa iſta reducũt̃ ad ſegregatiõez ⁊ ꝓgregationẽ: ⁊ ꝓgregatio ⁊ ſegregatio vident̃ ee i loco. d. (⁊ q̃ cõgregat̃ aut ſegregat̃ neceſſe ẽ ⁊c). i. ⁊ cũ ita ſit neceſſe ẽ vt mot⁹ localis p̃cedat oẽs trãſmutatiões ſm hãc opinionẽ: ⁊ ꝑz opinionẽ verã dedit aliã rõnem in augmẽtabili a p̃dicta: ⁊ d. (⁊ ẽt augmentabile ⁊ diminuibile mutant locũ ſm magnitudinem). i. vt mihi videtur q̃ augmentabile neceſſe ẽ q̃ nutrimentũ trãſferat̃ ad ipſũ: ⁊ tũc augebit̃: ⁊ ſili diminuibile neceſſe ẽ trãſferat̃ ab eo aliq̃ pars eius ⁊ tũc diminuat̃: ⁊ ꝑz h̃ mot⁹ idẽ p̃cedit motũ augmẽti ⁊ diminutiõis

¶ Amplius ⁊ hic conſiderantibus erit manifeſtuz q̃ loci mutatio p̃ima eſt. Primum enim ſicut in aliis ſic ⁊ in motu dicetur vtiqz p̃imuz multipharie. Dicitur autem p̃imum quo nõ criſtente non erunt alia: illud autem ſine reliquis ⁊ tẽpoze: ⁊ ſm ſubſtantiam. Quare q̃ñ motum quidem neceſſarium eſt ee continue: erit vtiqz continue: aut qui

continuus

continuus: aut qui consequenter. Magis autem qui continuus ⁊ dignius est motum continuum q̄ consequenter esse. Dignius autem accipimus semper in natura esse si fit possibile. Possibile ãt est esse continuum: mõstrabitur autem posterius Nunc autem hoc supponatur ⁊ hunc nec vnum aliud possibile esse: sed aut loci mutationem. Necesse est ergo loci mutationem eẽ primum. Nec vlla necessitas est nec augmentari nec alterari qõ fertur: nec iam fieri nec corrumpi. horum autem nec vnum contingit nisi continuus: sit ꝑm quem mouet primum mouens.

26 ¶Et apparet etiam q̄ translatio est primus motuum considerando hoc modo. Primũ enim quẽ admodum dicitur multiplex in alijs rebus: ita etiam dicitur in motu. Primum enim dicitur illud qõ cum non fuerit non erunt alia: ⁊ potest esse extra alia. Et dicitur illud quod est prius in tempore aut in essentia. Quia igitur est necessarium vt motus sit eternus ⁊ non eternus nisi aut quia est continuus: aut quia est successiuus. Et est dignius vt sit continuus q̄ vt sit successiuus ⁊ melius. Et opinamur q̄ illud quod est ꝑm naturã est melius si est possibile. Et possibile est vt sit continu⁹ ⁊ hoc declarabitur post. Sed nũc ponatur q̄ im possibile est vt alius motus sit continuus nisi localis. Sequitur igitur necessario vt trãslatio sit primus motuum. Translatum enim non est necesse vt moueatur alio motu omnino: neq; ꝑm augmẽtum: neq; ꝑm alterationem: neq; vt genere: neq; vt corrumpatur. Sed impossibile est vt aliquis istorum sit nisi sit motus localis ꝑm quem mouet primus motor.

26 ¶Cũ declarauit q̄ mot⁹ trãslationis p̄cedit nãl⁹ alios motus: ⁊ nõ solũ p̄cedit nãl⁹ sed tpe ẽt ⁊ subst̃tia: icepit declarare quõ segẽ vt p̄cedat ꝑm tẽpus: ⁊ incepit notificare prio ꝑm quot modos dicitur prius: ⁊. d. (⁊ apparet ẽt ⁊c). i. q̄ trãslatio est primus motuũ inducendo rõnes ꝑm quas dicit primũ in motibus: ⁊ demõstrando q̄ mot⁹ trãslatiõis dicit prior ꝑm vnũquodq; eorũ. D. icepit iducere modos ꝑm quos dicit q̄ motus p̄cedit motũ: ⁊. d. (primũ. n. quẽ admodum dicit ⁊c). i. primus eni sicut dicit in aliis reb⁹ de plurib⁹ vno: ita etiã in motu dicit de plurib⁹ vno mõ: ⁊ intendit q̄ ꝑm oẽs modos ꝑm quos dicit pri⁹ ⁊ posteri⁹ in oibus reb⁹ aut ꝑm plures dicit prius ⁊ posterius i motu. D. d. (dicit. n. prius ⁊c). i. ⁊ prius dicit in aliis rebus ⁊ i motibus multis modis. dicit eni prius ꝑm nãm: ⁊ est illud qõ cũ non fuerit nõ erit scõm: ⁊ cũ fuerit nõ de necessitate erit scõm. Ut. g. vnum ⁊ duo: q; quando vnum nõ fuerit duo non erũt: ⁊ si vnũ fuerit nõ tamẽ segtur vt duo sint Et intendit quod iam declaratum est q̄ talis ẽ dispositio motus localis ad ceteros motus. Et post declarabitur. s. q̄ eũ alij motus fuerit erit motus localis: ⁊ cũ motus localis fuerit nõ segẽ vt alij mot⁹ sint. D. incepit dicere ꝑz modum prioris: ⁊ dixit (⁊ dicitur prius tempore ⁊ cẽntia). i. ꝑm cãm. D. d. (q; igitur est necessariũ vt mot⁹ sit etern⁹) .i. ⁊ motus est etiã eternus: aut quia est vnus cõtinuus vt declaratum ẽ de motu cõtinuo: aut q; componitur ex motib⁹ successiuis. s. quorũ vnus est aũ aliũ ⁊ vnus post alium ita q̄ finis precedentis sit cũ principio cõsequẽtis. D. d. (⁊ est dignius vt sit continuus. ⁊c). i. ⁊ est manifestum q̄ dignius est ⁊ melius q̄ motus eternus sit vnus ⁊ continuus q̄z vt sit successiuus. Eternitas enim est continuatio essentialiter: ⁊ in successiuo accidentaliter. D. d. (⁊ nos opinamur ⁊c). i. ⁊ cum melius est vt motus eternus sit continu⁹ ⁊ nos opinamur q̄ omne quod prouenit a natura semper est melius inter possibilia. D. d. (⁊ possibile est vt sit continuus). i. ⁊ cum posuerimus q̄ illud qõ prouenit a natura est melius iter possibilia: ⁊ motus eternus est melius vt sit continuus: ⁊ possibile est vt motus localis sit continuus: sequitur q̄ motus localis in quo inuenitur eternitas sit cõtinuus: Et cum non fuit manifestum hic q̄ sola trãslatio est continua: dixit (⁊ hoc declarabitur post). i. sed accipimus hoc pro vero in hoc loco scilicz q̄ nullus motus est continuus in rei veritate nisi motus localis: ⁊ cũ ita sit necesse est vt mot⁹ localis sit etiaz primus in tempore: Et abbreuiatio istius sermonis est talis: Si est melius vt motus eternus sit continuus: Et melius in omni possibili est illud quod est naturaliter: Necesse est vt motus eternus sit continuus. Si igitur motus eternus continuus sit translatio tm̃: necesse est vt motus eternus sit translatio: ⁊ si mot⁹ eternus est prior ꝑz tempus: necesse est vt trãslatio sit prior ꝑm tempus: ⁊ similiter debet esse prior ꝑm naturã ⁊ ꝑz causam. Et cum descripsit primo prius ꝑm naturam: icepit declarare ex predictis ⁊ ex hac descriptione q̄ iste motus. s. localis est prior ꝑm naturã: ⁊. d. (necesse est igitur vt translatio sit prima ⁊c). i. necesse est igitur vt motus localis sit prior naturaliter ceteris motibus. Non enim est necesse vt translatum moueatur alio modo motuum: sed alij motus non possunt esse sine motu locali. Motus igitur localis cũ non fuerit: non erunt alij motus: ⁊ cum alij motus fuerit erit motus localis ⁊ non sequitur q̄ cum motus localis cõtinuus fuerit vt alij motus sint ⁊ hoc intendebat cum. d. (⁊ impossibile est vt aliquis istorum motuum ⁊c).

¶Adhuc tempore prior est: perpetuum enim contingit solum mouere ꝑm hunc. Sed in vno quidem aliquo habentium generationem loci mutationem necesse est posteriorẽ esse motibus. Post ipsum enim fieri primum est alteratio ⁊ augmentum. Sed loci mutatio iam perfectorum motus est. Sed alteratum necesse est quod mouetur ꝑm loci mutationez eẽ prius: quod ⁊ generationis cãerit his que fiunt quod non fit: vt generans eius quod generatur. Quoniam videbitur vtiq; generatio eẽ prima motuum: propter id quod fieri ozrem prius. Hoc autem in vno quolibet eorum q̄ fiunt sic se habet. Sed alterum necesse est prius aliquid moueri bis que fiũt ens: ⁊ quod ipsum nõ fit: ⁊ hoc alterum prius. Quoniam autem generationem impossibile est eẽ primum: omnia enim essent que mouentur corruptibilia. Manifestum est q̄ nec consequentium motuuz nec vnus prius est. dico autem consequeuter augmentum: postea alterationem decrementum ⁊ corruptionem: omnes enim posteriores generatione sunt. Quare si non est generatio prior loci mutatione: nec aliaz vna eandem precedit

¶Et etiam est primus in tempore: ꝑm enim eter- 27
nitatem tm̃ potest moueri hoc motu. Sed indiuiduum quodcunq; quod habet generationem ba

bet. motum localez post omnes motus necessario Non enim generatur nisi postq̄ est alteratio ⁊ augmētum. Motus aūt localis est motus perfectionis. Sed necesse est vt aliud ab eo moueat aī motum translationis qō est cā in generatione generabiliū absq; eo q̄ ipm generet. U.g. q̄ generans est cā geniti. Et si nō esset ita existimaret q̄ generatio esset primus motuū. Qm̄ necesse est vt prio generetur: sed licet dispositio sit talis in idiuiduo vnoquoq; generabiliū: tamē necesse est vt sit hic aliqd prius generabilibus qō moueat: ⁊ in se semper existat: ⁊ sit nō generatū: ⁊ hoc etiā habet aliquid aliud prius ipso. Quia igit est impossibile vt generatū sit primū: qm̄ tūc oia mota eēnt generabilia ⁊ corruptibilia: manifestū est q̄ nullus motuum cōsequentiū est prior. s. augmentū ⁊ alteratio ⁊ diminutio ⁊ corruptio. Oia enim ista sunt post generationem: ⁊ si generatio nō est prior translatione: ergo nullus modorum transmutationis est prior translatione.

57 ¶ Cum declarauit q̄ motus ꝓpter quē inuenit eternitas in motibus ē motus localis: ⁊ mot⁹ eternus est prior tempore ceteris motibus generabilib⁹ ⁊ corruptibilibus: necesse est vt motus localis sit prior tēpore ceteris motib⁹. Et ga accidit in hoc qō ex aialibus ambulātibus in quibus motus localis est posterior ꝑm tēp⁹ alijs motibus: icepit dicere hic ⁊ dissoluere qōnem: ⁊ dixit (⁊ etiā est primus in tēpore). i. ⁊ etiam motus localis eternus ē prior in tēpore alijs motibus. D. d. (per eternitatem enim ꝛc̄). i. qm̄ per eternitatem existētē in hoc motu pōt moueri hoc motu. s. motu prioi tēpore ceteris motibus: ⁊ cuz. d. q̄ motus trāslationis est prior oibus motibus in mundo ꝑm tempus ⁊ ꝑm naturaz. s. in mundo maiori: dixit q̄ ē ccōuersio in mūdo minori. s. in homine ⁊ in animalibus: ⁊. d. (sed vnum indiuiduū ꝛc̄). i. sed hoc indiuiduo demōstrato moto ex se generabili ⁊ corruptibili est ecōtrario ei quod est in mūdo Motus enim localis in indiuiduis motis ex se generabilibus est postremus motuū: in homine enim ⁊ animalibus motus localis est postremus: cū non ambulet nisi postq̄z perficitur per motum augmenti ⁊ alterationis: ⁊ ante ista est motus generationis. D. d. (motus enim localis est motus perfectionis). i. non inuenitur in animali nisi postq̄z perficitur in creatura. Et cum dixit hoc pōt ⁊ aliquis dicere q̄ forte ita est de mundo magno sicut de paruo. s. q̄ motus generatiōis in eo est prior: ⁊ localis posterior in tēpore ⁊ in natura dixit. (⁊ necesse est vt aliquid aliud moueatur ꝛc̄). i. sed impossibile est hoc esse in moto ex se generabili: ita q̄ non sit hic motū ex se motu locali precedētī hunc motū in generatione qui est cā in isto esse semper generabilia cōtinue ꝛz qō declaratū fuit prius: ⁊ ꝑm q̄ apparet etiā hic. s. q̄ mot⁹ localis precedit cēntialiter gnātionē. D. d. (U.g. q̄ generās ꝛc̄). i. sicut inuenit i animalib⁹ generantibus. s. q̄ gignēs est causa geniti ꝓpter trāslationē: ⁊ dixit hoc: qz manifestū est q̄ trāslatio gignētis p̄cedit generationē suā: trāslatio aūt que p̄cedit generationez nō gignentiū est translatio mūdi magni generātis totū ⁊ cōseruās ipm: ⁊ cū ita sit: manifestū est q̄ trāslatio est posterior in animali generato motu generationis p accidēs: ⁊ iō dixit post. (⁊ si nō esset ita ꝛc̄). i. ⁊ si trāslatio p̄cederet de necessitate generationē gignētis: tūc existimaret q̄ generatio esset primus motuū: qm̄ apparet in istis q̄ generatio est primus motuū in eis. Deinde iterauit hoc cōfirmādo: ⁊ dixit. (sed ꝛz hoc sit in indiuiduo ꝛc̄). i. sed ꝛz hoc accidat in indiuiduo istoz generabiliū: tamē nō accidit hoc in oībus generabilibus. i. qz declaratum est q̄ motus localis p̄cedit naturaliter motū generatiōis: ⁊ q̄ necesse est vt ante generationē sit aliqd trāslatū ex se: ⁊ si nō: non esset generatio omnino. Si igit omne trāslatū ex se eēt generatū tunc generatū haberet causas infinitas: cōtingeret enim vt ante translatū p se esset aliquod trāslatū p se ⁊ sic in infinitū. D. d. (⁊ istud ꝛz aliud prius ipso). i. ⁊ necesse est vt istud motū. s. trāslatū ex se nō generabile neq; corruptibile habeat aliqd prius ipso: ⁊ est illud quod mouet ipz ⁊ nō mouet. D. d. (⁊ qz ipossibile est ꝛc̄). i. ⁊ qz ipossibile ē vt motus generationis sit prioz natura ⁊ tēpore alijs motibus: qm̄ si ita esset tūc mota ex se. s. in loco omnia eēnt generabilia ⁊ corruptibilia: ⁊ si ita eēt nō inueniret generabile ⁊ corruptibile vt declaratū ē. D. d. (manifestū est igitur ꝛc̄). i. ⁊ cū generatio nō sit prior manifestū. est q̄ nullus alioz motuū qui sequūtur generationē: pōt eē prior nā ⁊ tēpore. s. motus alterationis ⁊ diminutionis ⁊ corruptionis: qm̄ generatio p̄cedit istos. Et ꝓsiderandū est quō generatio p̄cedit istos motus. Oē enī quod generatur ꝛz opinionē Aristo. necesse est vt alteret: ⁊ ex hoc existimat q̄ alteratio p̄cedit generationē: ꝛz q̄ nos videmus q̄ oē quod alterat anteq̄z fuit generatū: ⁊ ex hoc existimat q̄ dispō i istis est circularis: ⁊ q̄ neuter istoz motuū precedit alterz. Quo igit dixit Aristo q̄ generatio p̄cedit alios motus p̄ter localē: qm̄ in augmēto ⁊ diminutione ⁊ corruptiōe manifestū est eos eē posteriores generatiōe. Et si ēt nō inueniuntur in istis ꝓpriū prioris ꝑm naturam: oē enī generabile ē augmētabile ⁊ diminuibile ⁊ corruptibilē: ⁊ oē augmētabile aut corruptibile aut diminuibile est generabile. Dicamus igit q̄ cōsideratio prioris ⁊ posterioris in hoc loco ē sicut ꝓsideratio prioritatis ⁊ posterioritatis in p̄dicamētis in qbus est motus. Substātia enī q̄ est prioz nāliter ceteris p̄dicamētis ipsū cū aufertur: auferūt alia p̄dicamēta: ⁊ cū fuerit nō sequit vt sint alia p̄dicamēta ꝑm q̄ substātia est prioz eis: ⁊ si sequit vt sint in substātia ex nā materie: ⁊ pcipue nā quātitatis: manifestū est q̄ via ad eē substātie ē prioz via ad eē alioz p̄dicamētoz. Et intelligo p viam motū gnationis vniuscuiuslibet p̄dicamētoz: ꝛz igitur hūc modū dixit Aristo. q̄ motus gnationis p̄cedit alios mot⁹: ⁊ q̄ mot⁹ alteratōis p̄cedit generationē p accns. s. ꝑm q̄ forme elemētoz sūt qlitates: aut qlitates sequūtur eas. ⁊ cū posuit q̄ mot⁹ gnationis p̄cedit alia predicamēta dixit. (⁊ si gnatio nō est prioz trāslatiōe ꝛc̄). i. ⁊ cū gnatio est prioz ceteris motib⁹ ⁊ trāslatio est prioz gnatiōe: manifestū est q̄ nullus modoz motus ē prioz translatione.

¶ Omnino autem videtur q̄ sit iperfectū ⁊ in principium iens. Quare generatione posterius: natura prius est. Ultimū enī loci mutatio omnibus in est que sunt in generatione. Unde alia quidē omnino imobilia sunt viuentiū ꝓpter indigentiam orgāni: vt plante ⁊ multa genera animaliū: perfectis autez inest: Quare si magis iest loci mutatio magis cōprehēdentibus naturā: ⁊ motus hic primus alioz erit ꝑm substantiam.

¶ Et vniuersaliter manifestū est qō generatuz est 58
diminutum: ⁊ semp currit ad principium. Et sic posterius in generato est prius in natura. Et trāslatio est postremū eius qō inuenit in generato. Et ideo quedā viua nō mouent omnino ꝓpter priuationē instrumēti. U.g. plāte ⁊ plura genera animalium. In perfectis aūt est. Cū igitur translatio nō inuenitur nisi in eis q̄ habēt maiorē partem in natura: necesse est vt iste motus etiam essentialiter sit primus ceteris motibus.

Ista est

¶ Cū declaratū sit hic de motu quoniā nō facit in magnitudine super quā mouetur punctū in actu nisi cū quieuerit: ⁊ tūc nō opz dissoluere questionem zenonis in motu per illā dissolutionem p quā fuit dissoluta in sexto. D. d. (quoniā impossibile est dicere ⁊c.) idest quoniā impossibile ē dicere q motus quādo puenerit ad extremū magnitudinis que ē c.h. aut .b. perueniat ad ipsum in differētia tēporis indiuisibili. s. in istanti: ita q non fuit in extremo magnitudinis: deinde separatur ab eo. D. d. (necesse ē igitur vt perueniat ad finē ⁊c.) idest ⁊ cū motum mouet sup magnitudinez finitam in actu: necesse ē vt pueniat ad extremū magnitudinis qō ē pūctum in actu ⁊ finis motus. Pūcta aūt que sūt inter pncipium ⁊ finē magnitudinis sūt in potētia: cum magnitudo diuidat fm illa potētia nō in actu. Pūctus aūt qui ē finis magnitudinis ē in actu: ⁊ ē finis primi motꝰ ⁊ principiū sedi. Ut .g. finis motus ab iferiori ad supius: ⁊ principia motus a superiori ad iferius. D. d. (. similiter ē ēt de motibus) idest ⁊ hoc necesse ē in oibus motibus finitis. D. d. (necesse ē igitur vt reflexum ⁊c) .i. manifestuz est igitur ex dando cām in hoc: q motū describit pūctum in actu sup magnitudinē: ⁊ est magnitudinē eē finitaz in actu q necesse ē ipsum quiescere. In sermone enī dedit cām q causa quietis in extremo magnitudinis ē: q describit in ea punctū in actu. Hic aūt dedit cām in hoc q describit sup ipsum pūctum in actu: ⁊ ē magnitudinē rectam eē finitam in actu: ⁊ ideo dixit (ergo necesse ē vt refleruz ⁊c.) idest manifestū ē igitur hoc eē necesse in omnibus suis causis propiquis ⁊ remotis. D. d. (impossibile ē igitur vt sup lineaz rectam sit motus cōtinuus eternus) idest quoniā motus eius qō mouet sup lineā rectam ē finitus: q linea recta ē finita: ⁊ reflexum quiescit inter motus. Et quod quiescit in suo motu nō mouetur cōtinue: ⁊ cū dixit: q nō opz cōtradicere zenoni p illaz cōtradictionē predictā in sexto cū illa sit fz sermonē nō fm rem: reuersus ē ad narrandum q fm hūc modū dissoluitur illa questio. Et ē q dū motū mouet non diuidit magnitudinē in actu. s. sup quā mouet. D. d. (qñ illud qō ptrāsit spaciū necesse ē ⁊c) .i. ⁊ qō ē talis: qñ oē qō ptrāsit spaciū: necesse ē q anteqz ptrāseat totū spaciuz pertranseat medietatez ⁊ necesse ē vt anteqz pertranseat il-

lam medietatē: pertrāseat medietatē illi⁹ medietatis: ⁊ sic in infinituz. Quoniā cū magnitudo diuidit̄ in medietates infinitas: necesse est vt illud quod pertransit totam magnitudinem: anteq̄z pertranseat illam pertransibit magnitudines infinitas. Et cum ita sit continget vt motum pertrāseat in tempore finito magnitudines infinitas quod ē impossibile. D. o. (aut qui dicit alio modo ⁊c̄). i. aut qui inducit questionem alio modo dicendo q⁹ qui mouet̄ per aliquod spacium potest numerare medietatez illius spacij añ illud spacium: ⁊ medietatē illius medietatis: ante aliā medietatem: ⁊ sic in infinitū: ex quo contingit q⁹ si aliquis homo pertransiuerit per aliquod spacium: vt numeret numeros infinitos: quod est impossibile. Et cum dixit vt numeret medietatem post aliam: intendit numerare medietates q̄ cōsequunt̄ se ad inuicem: sicut numerans numerat vnitates que conseguunt̄ se ad inuicem. Sed q⁹ medietates sunt infinite sequit̄ nūerare numeros infinitos: ⁊ iste modus impossibilis est alius a p̄dicto: ⁊ ē manifestio: ⁊ nō pōt cōtradici ſm sermonem per contradictionē dictam in sexto. Illic enim fuit dictū q⁹ si pertrāsit medietates infinitas: necesse ē vt pertrāseat eas in tp̄ibus ifinitis: ⁊ cū posuit hāc q̄onem: incepit dissoluere eam: ⁊ dixit.

¶ In primis igit̄ quidem rationib⁹ soluimus p id quod tempus infinita habet in seipso. Non enim inc̄ueniens est si in infinito tēpore infinita pertrā sit aliquis. Similiter aūt infinitum vtiqz in longitudine est ⁊ in tēpore. Sed hec solutio ad interrogantem quidē sufficienter se habz. Interrogabat enim si in finito tēpore infinita transire atqz numerare contingit: ad rem aūt ⁊ veritatē nō sufficienter. Si enim aliquis dimissa magnitudine ⁊ interrogauerit si in finito tēpore contingit infinita transire: interroget de ipso tēpore eadē. Habet enim tēpus infinitas diuisiones: nō adhuc sufficiēs erit hec solutio. Sed verū dicendū est quod quidem diximus in rōnib⁹. Si enim aliquis cōtinuū diuiserit in duo media: hic vno signo tanḡ duob⁹ vtitur. Facit enim ip̄m principiū ⁊ finem. Sic autez facit numerans qui ⁊ in media est diuidens. Sic aūt diuidēte non erit cōtinua neqz linea neqz motus. Continu⁹ enim motus continui est. In continuo aūt sūt quidē infinita media: sed non actu: sz potentia. Si vo faciat actu: non faciet continuum sed stabit: Quod qdem in numerante media manifestū est q⁹ accidit. Anū enim signum est necesse ipsi numerare vt duo. Alterius qdem enim finis medij: alterius aūt ⁊ principiū erit si nō vt vnū numeret continuū: sed vt duas medietates. Quare dicendū ad interrogationem: si contingit infinita trāsire: aut in tēpore: aut in longitudine: q⁹ est quidem sic: est aūt nō sic. Actu enim cū sint nō cōtingit: potentia aūt cōtigit. Qui autem cōtinue mouet̄ ſm accidens ifinita trāsiuit: simpliciter aūt nō Accidūt enim linee infinita media esse. Substantia aūt altera est ⁊ esse.

68 ¶ Dicamus igit̄ ad hoc q⁹ in preteritis sermonibus dissoluimus hanc q̄onem cū diximus: quoniam in tempore sūt partes ifinite. Non enim inopinabile vt aliquid ptranseat res ifinitas in tempore infinito. Et infinitū eodē modo existit in longitudine ⁊ tēpore. Sed ista respōsio sufficit in hac q̄stione. Questio enim est: vtrū sit possibile in tēpore finito ptransire ⁊ numerare res infinitas. Secundū aūt rem ⁊ in rei veritate nō sufficit. Quoniam si homo diuiserit longitudinem ⁊ diuiserit q̄rere vtrū sit possibile in tēpore finito ptransire res infinitas. Deinde quesiuit hoc in ipso tēpore: naz temp⁹ habet differētias infinitas: tūc ista respōsio nō erit sufficiēs. Sed oportet nos dicere: verū ⁊ est illud q⁹ prius diximus. s. q⁹ cū aliquod diuidens diuiserit continuū in duo media. Tunc vtet̄ hic eodē pūcto p⁹o duob⁹. Facit enim ip̄m principiū ⁊ finem. Et similiter facit q nūerat aut q diuidit medietates. Cū igit̄ diuiserit aliqd hac diuisione nō erit continuū: siue fuerit linea: siue motus: Motus enim cōtinu⁹ est cōtinui: ⁊ in cōtinuo ipo certe sūt medietates infinite: nō ſm actum: sed in potētia. Cū igit̄ posuerimus medietates in actu: tūc non erit cōtinuū sed necesse vt qescat. Et hoc sequit̄ mānifeste in eo q⁹ numerat medietates. Et necessario enim nūerat idem pūctū p⁹o duobus. Quoniā erit finis alterius duarū medietatum: ⁊ principiū alterius medietatis. Sed non numerat continuū p⁹o vno sed p⁹o duab⁹ medietatib⁹. Et ideo respondēdū est querēti vtrū sit possibile pertrāsire res infinitas: aut in tp̄e: aut in longitudine sic. Qm̄ quodāmō hoc ē possibile: ⁊ quodāmō impossibile. In actu āt ē ipossibile. In potētia vo possibile. Qm̄ illud q⁹ mouet̄ cōtinue p accidens ptransit res infinitas: simpliciter vo nō. Accidens enim est q⁹ accidit linee vt essent medietates infinite: ſm aūt suam essentiam non.

¶ Cum narrauit q⁹ rūsio predicta in questione zenonis non 68
sufficit: incipit narrare modū ex quo illa respōsio nō est sufficiens: ⁊ primo iterauit illam respōsionem ⁊ dixit: (in sermonibus enī preteritis) idest illa solutio nō sufficit: quoniam nos diximus illic in respōsione ad sermonem dicentis: q⁹ si motum ptransit spacium: contingit ip̄m pertransire spacia infinita in tempore infinito. Diximus hoc. s. q⁹ si ptransit spacia infinita pertrāsit ea in tp̄ibus infinitis. Tempus. n. in quo est motus diuidit̄ in ifinitū sicut diuidit̄ magnitudo per quā ē motus. Et hoc intēdebat cum dixit: (dissoluimus questionem ⁊c̄.) Et cum dixit contradictionem qua contradixit: illi questioni: demonstrauit diminutionem que est in illa contradictione. Quoniam cuz dictum fuit in questione: q⁹ si motum: pertransit spacium sequitur vt pertranseat spacia infinita in tempore finito: non intenditur in ea ad destruendum ipsum pertransire spacia infinita sicut oportēt: sed dictum fuit respondendo: q⁹ si ptranseat spacia infinita pertransibibit illa in tp̄ibus infinitis: nō in tempore finito: sicut dictum fuit in questione Et in hoc videtur quasi concedere possibile esse pertransire spacia ifinita ex h̄ q⁹ dixit q⁹ ptransit ea in tp̄ib⁹ ifinitis. Sed hoc in se est impossibile. s. pträsiri spacia ifinita: sz si h̄ fuerit concessum responsio erit vera: ⁊ hoc intendebat cuz dixit (quoniam non est impossibile ⁊c̄.) idest responsio autem predicta: illic scilicet q⁹ si pertranseat spacia infinita ptransibit ea in tp̄ibus infinitis est vera: quoniam nō ē

impossibile pertransire spacia infinita in temporibus infinitis. Deinde dixit (sed ista responsio sufficit ꝛc.) idest ſz responsio predicta in serto est sufficiens quantum ad questionem: dicens enim hanc questionem querit vtrum est possibile pertransire: aut numerare in tempore finito res infinitas: ꝛ cum dictum fuit ei hoc esse impossibile dixit: q illud quod pertransit spacium pertransit res infinitas in tempore infinito: ꝛ ad hoc fuit dictum: q illud quod pertransit spacium si pertransit infinita pertransit ea in temporibus infinitis. Quoniam si componitur spacium ex infinitis spacijs: necesse est vt tempus in quo pertransit spacium componatur ex temporibus infinitis. Et ideo ista contradictio sufficiens est: quantum ad querentem: sed ꝑm rem in se nō est sufficiens: ꝛ ideo dixit. (ꝑm autem rem ꝛ in rei veritate non sufficit) ꝛ cum dixit: q non est hec questio sufficiens. Deinde dedit causam in hoc ꝛ dixit. (quoniam si homo diuiserit ꝛc.) ꝛ intendit per differentias instantia: ꝛ intēdit q questio remanet si quereus dimiserit illud quod existimauit sequi ad motum. ſ. q motum pertransit spacia infinita in tempore infinito: ꝛ mutauerit questionem ad tempus: q̄ rendo q tempus in quo motum mouetur componitur ex temporibus infinitis: cum diuiditur per instantia infinita ꝛ motum mouetur per totum spacium in toto illo tempore ex quo contingit vt motum pertranseat res infinitas: quoniam pertransit tempus ꝛ spaciuz quod est impossibile. Infinitum enim nunq̄z desinit neq̄z pertransitur. Si hoc igitur fecerit querens tunc responsio prima non erit sufficiēs in dissolutione istius questionis: ꝛ hoc quod dixit manifestum est: quoniam illic accepit pro possibili pertransire spacia infinita. Et cum declarauit q responsio predicta nō sufficit ꝑm rem ipſaz: dixit (sed oportet nos dicere: verū ꝛc.) idest ꝛ responsio sufficiens in hoc est illud quod declaratuz ē. ſ. q spacium super quod mouetur motū est idem in actu ꝛ continuū: ꝛ indiuisum. Motū enim: nō diuidit spacium in actu: nisi quādo describit in eo aliquod punctum in actu: ꝛ si postq̄z describit aliquod punctū in actu mouetur: vtetur tunc illo puncto pro principio: ꝛ fine. Et erit necesse vt quiescat necessario inter duos motus. Motum igitur ꝑm continuationem non diuidit magnitudinem in actu: ergo magnitudo est vna: ꝛ nō sūt illic medietates infinite: nisi in potentia. Ergo motū nō pertransit medietates infinitas in actu in tēpore ifinito: ꝛ ē illud qđ est ipossibile. Pertrāsire aūt medietates finitas in potentia in tēpore finito i actu: non ē impossibile: sed ē necessarium. D. d. (ꝛ similiter facit qui nūerat ꝛc.) idest ꝛ qui nūerat partes spacij non nūerat eas nisi diuidēdo illud in actu: in partes equales: ꝛ cū hoc fecerit tūc nūcratio erit finita necessario: ꝛ tūc diuidetur res in partes finitas nūeratas. Diuisio enim in partes equales terminat continuū: ꝛ numerat ipm. Diuisio vo que non terminat ipm ē diuisio in qua maius semp diuiditur in minus. D. d. (Cū igitur fuerit aliqd diuisum hac diuisione ꝛc.) ꝛ intendit diuisionē que ē in actu. D. d. (motus. n. cōtinu⁹ ē cōtinui). i. ꝛ cā in hoc ē: qm̄ cōtinuatio motus ē propter cōtinuationē magnitudins. Cū igit magnitudo diuidat necesse erit vt motus diuidat necessario: ꝛ non remaneat cōtinu⁹: cū magnitudo que ē cā cōtinuatiōis illius nō remāserit continua. D. d. (ꝛ in continuo certe ꝛc.) ꝛ hoc qđ dixit demonstratū ē in principio serti: sicut ē declaratū in tertio: q ipossibile est vt in continuo sint partes in actu infinite. D. d. (cū igit posuerim⁹ medietates in actu ꝛc.) idest ꝛ cū posuerim⁹ medietates spacij super qđ mouet motū esse in actu: tūc motus non remanebit continu⁹ ꝛ vn⁹ sed necesse erit vt motus quiescat apud quālibet medietatē D. d. (ꝛ hoc necesse ē ꝛc.). i. ꝛ hoc bñ apparet in eo qui numerat medietates spacij. ſ. qui diuisit illud in actu. Qui. n. diuidit magnitudinem vnā ꝛ cōtinuam in actu in duas medietates: ꝛ medietatem in duas medietates: vtiq̄ vno puncto pro principio: ꝛ fine: vnde sequit vt motus ei⁹ nō sit cōtinuus. Sz querit hic qm̄ cū motū diuiserit magnitudinē in duas medietates in actu gescēdo in ea: deiñ diuiserit illam medietatem in duas medietates quiescēdo ēt: tūc sequitur ēt si medietates sūt infinite: q motū nūq̄z perueniet ad extremū magnitudinis: sed puenit: ergo magnitudo nō diuidit in magnitudies ifinitas. Q m̄ si diuidit tunc qđ zeno mihi vī in hoc est: q motū anteq̄z diuidat magnitudinem i duas medietates: diuidit illam medietatē in partes equales: idest potētia: ꝛ sunt equales sibi: vnde necesse ē vt magnitudo consumatur per hāc diuisionē: vt declaratū ē: quo mā cū diuiserit medietates rsiduas diuidet ēt eas p hāc diuisionē equalē: ꝛ sic consumet: magnitudo necessario. Diuisio igit magnitudinis ꝑm medietates ē diuisio p accidens: ꝛ diuisio que ē ꝑm medietates que nō finiunt ē diuisio cuz qua nō coniungit diuisio que facit finitatē neq̄z in potentia neq̄z in actu. ſ. diuisio que ē ꝑm partes equales. Ista enim diuisio consumit magnitudinē siue fuerit potētia siue actu. Cū igit diuisio que cōsumit magnitudinē fuerit coniūcta cū diuisione que nō cōsumit ipsam accidet diuisioni que nō cōsumit magnitudinē vt cōsumet eam: ꝛ ideo accidit deceptio er mirtione: eius que per se: cum eo ē quod per accidens ꝛ b māifestū ē fatēti: veritatē. D. d. (ꝛ iō oz rñdere ꝛc). i. ꝓpter hoc qđ dixim⁹: nō oz rñdere quērēti. Utrū sit possibile vt motū ptranseat de tēpore in quo mouet aut de magnitudine per quā mouet per medietates ifinitas rñsione simplici. Sed dicet ei q quodāmodo ē possibile. ꝛ quodāmodo ipossibile: ꝑm aūt q̄ille medietates sūt erūtes in actu ē impossibile: ꝑm aūt q sūt in potētia ē possibile. ſ. vt motū pertrāseat res ifinitas potētia: nō in actu. D. d. (motū. n. ꝑm cōtinuationē ꝛc). i. ꝛ q: accidit vt spaciū finitū vnū in actu cōtinuū possit diuidi: in res ifinitas: ꝛ iō accidit moto ptrā seūti illud spaciū ptrāsire res ifinitas nō ēntialiter ꝛ ꝓio ꝛ hoc itendebat cū dixit (simplr vo nō) D. d. (accidens vo accidit linee). i. ꝛ qñ motū ptranſit lineā: nō ptrāsit medietates ifinitas: q diuisio linee in medietates ifinitas est ei p accidēs: ꝛ hoc intēdit cū dixit (ē. n. per accns). i. q hoc nō ē ei ꝑm q ē vna nō discreta: sed si fuerit erit ſz q ē multa: qm̄ diffinitio ꝛ ēntia eius ꝑm q linea querit finitatē: ꝛ innuit hoc qđ dictuz est in diffinitione linee. ſ. linea est cuius vltima sunt duo puncta.

¶ Manifestum autem est: ꝛ quoniam nisi aliquis faciat tēporis dividens signum prius ꝛ posterius Semper posterioris rei erit simul esse ꝛ nō esse: ꝛ idem scilicet esse ꝛ nou esse: ꝛ quādo fuerit nō esse. Signū igitur vtriſq̄ cōe est: ꝛ primo: ꝛ posteriori idem ꝛ vnū numero: ratione aūt nō idem est: huius enim ens finis illius aūt principiū est: res aūt passiōis posterioris est. Sit enim tēpus in quo est a. c. b. Res in quo. d. Hoc in. a. quidem tēpore album: in. b. aūt non albū. In. c. ergo album ꝛ non album. In quolibet enim ipsius. a. verum est dicere album si in oi tempore hoc erat album: ꝛ. b. non album. c. aūt quod est in vtriſq̄. Non ergo dicendū est in omni sed preter vltimū nūc in quo est. c. hoc aūt iam posterius est. Et si fiebat nō album: ꝛ si corrūpebatur albū. In. a. omni tūc factum est: ꝛ corruptum est in. c. Quare album ꝛ nō albū esse primū in illo verū est dicere: aut cum factū est non erit: aut cū corruptū est erit. Aut simul albū: ꝛ nō album ꝛ oino esse ꝛ non esse necesse est. Si autē quod erat prius non ens: necesse est fieri ens: ꝛ cum fit non est: nō possibile est in atoma tēpora dividit tempus. Si enim in. a. tempore. d. fiebat album: factum autem simul ꝛ est in altero


indiuiduo tempore.b.herente tempori.a. Si in a.fiebat ⁊ nō erat:in.b.aūt erat. Generationē oꝫ esse aliquam mediam. Quare ⁊ tēpus erat in quo factū est. Nō enim cadē erat ratio in non atoma diuidentibus. Sed ipsius temporis in quo fiebat factum est in vltimo signo: cui nihil est habitum nec consequenter. Sed indiuisibilia tēpora sūt cō sequēter. Manifestū est aūt qꝫ si in.a.toto tēpore fiebat:nō plus est tempus in quo factū est:⁊ fiebat q̄ in quo fiebat solum omni.

69 ¶Et manifestū est qꝫ si homo nō posuerit punctuꝫ in tēpore distinguēs prius ⁊ posterius posteriꝰis rei in re semper tūc idē erit ens ⁊ nō ens:⁊ cum est ens non ē ens. Punctus eni qui ē ambobus ⁊ cō tinuus priori ⁊ posteriori:est idem in numero: sed in respectu nō ē idē:est enim finis illius:⁊ principium istius. In passiōe vo semp est postreme passionis. Sit igit tps.a.b.⁊ passio.c.⁊ hec passio sit i toto tēpore.a.album:⁊ in tēpore.b.nō album. In tēpore igit.c.erit albū ⁊ non albū:qm̄ in quocūqꝫ loco fuerit acceptum in.a.dicet vere qꝫ in eo ē album:qm̄ in hoc toto tēpore fuit album. Et in.b.ē non album:⁊ in.c.est interim. Non ergo oportet cōcedere qꝫ est in instāti insimul:sed in istanti qō ē finis:⁊ est illud in quo est.b.⁊ hoc est postremum. Et si etiā efficitur nō albū ⁊ corrumpit album in toto.a.tūc illud nō fit:aut corrūpitur nisi in.b. Et ideo igit si fuerit albū:aut non album:tunc primo erit verū dicere hoc in eo:⁊ si nō: quādo fit aliqd nō est illud:⁊ quādo corrumpit est illud a quo trās mutatur. Aut erit necesse vt insimul sit albū: ⁊ nō albū:⁊ vniuersaliter tale cē:⁊ illud nō cē. Et si illud qō ē nūc ⁊ nō fuit añ: necesse est vt generet ⁊ illud qō generat nō ē illud apud generationē. Ergo i possibile est vt tēpꝰ diuidat in tēpora indiuisibilia. Quoniā si fuerit.c.in tēpore.a.erit albū: deinde i simul erit albū. Est igitur albū in alio tēpore indi uisibili: sed est cōsequens.s.in tēpore.b. Et qꝫ est in.a.tūc nō fit album:in .b.vo fuit album. Unde necesse est vt interim sit aliqua generatio. Et ideo necesse ē vt ēt sit tps in quo fuit generatio. Et ista ratio nō contingit eis qui nō dicunt partes indiui sibiles. In pūcto enim qui est finis ⁊ desitio tēporis in quo generat res:in eo efficit res generata ⁊ ens:ita qꝫ oīno nō sit cōsequēs. Tēpora aūt indiui sibilia sunt successiua. Manifestū est igitur qꝫ quā do aliquid in toto tempore.a.generatur tūc illud tps in quo generatur nō ē in quo fuit addēs toti tē pori in quo generabit tantū.


70 ¶Cum declarauit qꝫ differentia inter cōtrarios motus tē poris est tempus: vult narrare ēt qꝫ differentia temporis que distinguit inter motus priores ⁊ posteriores fm qꝫ il lud ad quod est motus: aut econuerso: scilicet differētia tē poris sit distinguēs iter prius quod est illud er quo est mo tus:⁊ posterius er ipsis motibus est aliqō indiuisibile. Et qꝫ modo ē ecōtrario illi qō fuit in motib⁹ cōtrarijs. Quo niā scia eius est complemētum siue intentiōis:⁊ dirit (ma nifestum est qꝫ si homo ⁊c).i.⁊ manifestum est per se qꝫ si homo nō posuerit instans distinguēs inter prius ⁊ posteri us tēporis ex motibus ⁊ cōsequētibus motus posteriores. Aut iter prius fm illud ex quo ē motus:⁊ inter motus ad quos posterius semp est dignum habere ꝓportionē:⁊ po suerit ipm tēpus ⁊ indiuisibile: cōtinget ei vt aliquid sit ens ⁊ nō ens in eodē tēpore :⁊ hoc intendebat cuꝫ dirit: (et qꝫ necesse ē vt idem sit ens ⁊ nō ens). D.d. (⁊ cum ē ens nō est ens) idest ⁊ cōtingit hoc pom vt cū aliquid ponat cē nō erit ens. D.d.(pūctus eni est ambobus ⁊c.) idest ⁊ dici mus qꝫ necesse ē vt in tpe accipiamus aliqd tale: qꝫ tale in stans quod ē in tpe est simile pūcto in linea:⁊ est cōe prio ris ⁊ posterioris ex rebus quas diximus: ⁊ est indiuisibile in se. Etsi sit diuisibile in respectu eius qō est ante ⁊ in re spectu eius quod ē post: est eni finis eius quod ē ante:⁊ prī cipium eius qō ē post. Et ē dignius qꝫ attribuat ei qō est post. s. posteriori. s. qualitati que fit ex trāsmutatione: quā vt attribuat trāsmutatiōi: priori:⁊ hoc fuit ita: quoniam principiū passionis que fit a trāsmutatione est aliqō ens:⁊ trāsmutatio: est nō ens. Et qꝫ dignꝰ ē attribui enti qꝫ nō enti: ideo. d. (in passiōe vo ⁊c).i.⁊ passio dignius ē attri bui passioni posteriori que fit qꝫ attribui trāsmutationi p cedēti. s. instans qō ē principiū eentie passionis que fit. Et cū narrauit qꝫ si non fuerit positū qꝫ tēpus motus: est ali ud a tempore rei: in quo perficitur motus per instans qō distinguit illa fm qꝫ est indiuisibile: sequitur vt aliquid sit ens:⁊ non ens insimul. Deinde dedit exemplū de hoc ad notificandum qūo prouenit ista conseccutio: ⁊ dixit: (ꝫ sit igitur tempꝰ ⁊c.) idest sint igitur tempora in quoꝝ vtroqꝫ est transmutatio ⁊ in altero est perfectio transmutationis duo tempora.a.b.⁊ sit qualitas que est in eo albedo.s.c.⁊ sit tempus.a. illud in quo.c. fuit album ⁊ tempus illud in quo.c. fuit non album idest transmutatum in albedine. In tempore enim transmutationis verum est dicere qꝫ res transmutata non est illud ad quod transmutatur: quoniaꝫ si aliquid transmutetur in aliquid necesse est vt nō sit illud. Et cum posuit qꝫ in tempore transmutationis non albi in albedinem vere. dicitur in toto illo tempore cē non album ⁊ in illo tempore in quo est albuꝫ in actu necessario dicitur in eo toto tempore ipsum esse album. Dixit (in tempore igi tur.a.erit album ⁊ nō album ⁊c.) idest ⁊ cum fuerit positū qꝫ differētia inter hec duo tempora est diuisibilis: tūc ista differentia erit pars vtriuſqꝫ temporis:⁊ cuꝫ hoc fuerit ne cesse erit vt istud tempus quod est differentia sit pars vtri uſqꝫ temporis: scilicet commune inter illa: idest necesse est vt.c. sit in.b. insimul:⁊ sic erit album ⁊ non album. Et cuꝫ hoc sit impossibile oportet ponere qꝫ finis motus ⁊ princi pium perfectionis motus est in re indiuisibili. Et hoc intē debat cum dirit (non igitur oportet cōcedere ⁊c.) idest nō igitur oportet concedere qꝫ.c. est in tempore communi istis duobus temporibus: quoniam contingit vt in eo: sit insi mul album ⁊ non album. Sed oportet ponere qꝫ in instan ti indiuisibili: quod distinguit inter duo tempora peruenit finis motus ⁊ est album scilicet.c.⁊ principium sui esse al bum. Deinde dirit (⁊ hoc est postremum) idest illud quod fit ex transmutatione. finis enim transmutationis est po steriꝰ transmutatiōe:⁊ ipsi rectius est sicut dixit: attribuc re instans. Et cum narrauit qꝫ tempus motus generati est aliud. a. tempore siue eentie:⁊ qꝫ necesse est vt distinguatur per aliquod indiuisibile: incepit narrare etiam qꝫ necesse ē vt tempus generati distinguatur per aliquod indiuisibile a tempore siue corruptiōis:⁊ qꝫ si fuerit diuisibile cōtinget vt res sit generata ⁊ corrupta insimul:⁊ dixit (⁊ si sit album ⁊ corruptū ⁊c.) idest ⁊ si aliqd esse albuꝫ ⁊ ipm trāsmutari ab albedine sunt contraria: necesse est vt tempus in quo dici tur ipm esse albū sit aliud a tempore in quo dicit ipsū trās mutari ab albedine: idest ipsum incipere corrumpi:⁊ si nō cōtingeret vt in illa hora in qua fuit aliquid non sit illud.

Ut.g.in hora in qua fuit album non sit albū: illud.n.quod transmutatur de albedine nō est albū. Et continget etiam vt cū corrumpitur idest quādo trāsmutatur de albedine sit illud tūc: ꝛ sic erit ens in tempore sue corruptionis: ꝛ intendebat per totū hoc notificare: q cū sit hoc impossibile vt tēpus generatiōis rei sit tempus sue eēntie. Impossibile ē vt illud quod distinguit inter ea sit tempus. Deinde dixit. (si igitur illud quod est nunc ꝛ non fuit prius necesse est vt generetur ꝛc.) idest cum aliquid fuit modo ens qđ ante nō fuit necesse est vt generetur anteq̄ sit ens in actu. Deinde dixit. (ꝛ quod generatur dum generatur non est illud quod generatur.) idest perfecte: ꝛ hoc est manifestuz quoniam si apud generationē eēt tūc generaretur illđ qđ generatū iaz est perfecte: ꝛ intendit: qm̄ necesse est vt temp⁹ generatiōis sit aliud a tēpore eēntie illi⁹ generati. Et cū declarauit q instans in quo incepit generari necesse ē vt sit aliud ab istāti in quo est generatū in actu: ita q vtrūq; eoz: sit aliquod indiuisibile: dixit. (impossibile est igitur vt tempus diuidatur ꝛc.) idest ꝛ cū tēpus generatiōis sit aliud a tempore eēntie generati: ꝛ differētia inter ea ē aliquod diuisibile. Impossibile vt tēpus cōponatur ex tēporibus indiuisibilib⁹ scilicet vt tempus generatiōis sit aliqđ indiuisibile: ꝛ similiter tempus eēntie generati: ꝛ q duo tēpora eēnt cōtigua. Deinde dixit. (qm̄ si.c.fuerit ī tēpore ꝛc.) idest quoniā si.c.qđ est in loco albi fiat in tpe.a.albū ꝛ fuerit tēp⁹.a. indiuisibile deinde fuerit albū in alio tpe indiuisibili tāgēti tempus.a. scz cōsequēti ꝛ sit tēpus.b.tūc ipsū eē albū ꝛ non albū ē in duob⁹ tēporibus indiuisibilib⁹ quoz alterū segtur scōz id est tāgit ipsum. Deinde dixit. (ꝛ qz in tēpore.a.non fuit album ꝛc.) idest ꝛ cū in tēpore.a.indiuisibili nō fuit album: qm̄ tūc nō fuit albū: ꝛ in tpe indiuisibili.b.fuit albū: necesse est vt inter hec duo tēpora transmutet̄ de non albo in album. Deinde dixit. (ꝛ iō necesse est vt sit tempus in quo fit gnatio) idest ꝛ cum necesse ē vt transmutetur ꝛ generet̄ inter duo tempora indiuisibilia scz instās in quo trāsmutabile fuit non albū: ꝛ instās in quo fuit albū: necesse est vt inter duo tēpora indiuisibilia sit tēpus in quo ē trāsmutatio. Omnis.n.trāsmutatio inter duo cōtraria est in tpe: vt declaratū ē: ergo instās nō segtur instās: ꝛ cū indurit ipossibile qđ segtur ex hac intētione dicētibus tps cōponi ex tēporibus indiuisibilibus. s. instātibus: dixit. q istud ipossibile nō segtur nō dicētibus hoc ꝛ.d. (ista rōcinatio nō cōtingit ꝛc̄).i.ꝛ istud ipossibile predictū nō cōtingit nobis: qz pūctus tpis indiuisibilis qđ nos ponimus eē finē gnātioni in eo dicimus aliquid fieri in actu generatuz ꝛc.i.q ipm punctū ponimus eē principiū eēntie gnāti: ita q non ponimus ipsum seq punctū in quo erat non gnātū: ex quo cōtinget nobis vt ex cōsequētibus eēt tēpus.i.qm̄ cuz nos posuimus q iter oia duo instātia est tēpus: iō sermo noster cōuenit rei. D.d. (manifestū ē igit̄ q cū res fuerit in toto tpe.a.ꝛc).i.ꝛ manifestū ē igitur ex eo qđ dirimus: q res nō pfecte ē in actu: in tpe addito tpi sue generatiōis: ꝫ erīstit pfecte in tpe indiuisibili. i. in fine illius tpis.

¶ Exemplaris oñsio qua dubitatur q id⁹qđ gnātur vel corrumpitur in eodem instanti sit ꝛ non sit.



¶ Ostensio q tempus non diuidatur in indiuisibilia.



¶ Quibus quidem igitur aliquis tanq̄ pprijs crederet rationibus he ꝛ huiusmodi quedam sunt. Rationabiliter etiam intendentibus ex his videbitur alicui hoc idem accidere. Omne enim qđ mouetur continue si a nullo perbibeatur: in quod quidem venit ꝑm loci mutationem ꝛ in hoc ferebatur prius: vt si in.b. venit. ꝛ ferebatur in.b. ꝛ nō cum proxime erat: sed mox sicut incepit moueri. Quid enim magis nunc q̄ prius. Similiter autem ꝛ in alijs. Quod igitur ab.a. fertur in.c. cum in.c. veniet iterum veniet in.a. cum continue mouetur. Cum ergo ab.a. in.c. ferebatur: tunc ꝛ in.a fertur ꝑm motum qui est.a.c. ꝛ econuerso. Quare similiter contrarij sunt. Contrarij enim sunt qui ꝑm rectitudinem. Similiter autem ꝛ ex hoc mutatur in quo non est. Si igitur hoc impossibile: necesse est stare in.c. Non ergo vnus motus ē ab.a. in.c. ꝛ econuerso: reditus enim statui nō ē vnus.

¶ Ratio prima qua ostenditur q motus reflexus non possit esse continuus.



¶ Iste enim sunt ratiocinationes de quibus homo 70
debet esse certus: quoniam sunt conuenientes de suis similibus. Si autem posuerit consideratiōnē de hoc ꝑm dialecticam sequitur hoc idem alijs modis quos narrauimus. Dicamus igitur q omne motum ꝑm continuationem nisi aliquid occurratur ei illud quod est transmutatum ad ipm mouebatur in primo. Verbi gratia. q si.a. fuit ad.b. ad ipsum fuit motus eius in primo: ꝛ non solūmodo intendit ad ipsum quando fuit prope ipsum: ꝫ intendebat illud a principio motus. Non enim ē illic causa propter quā sit dignius vt nūc intēderit

in ipsum

in ipm magisqz primo: ⁊ similiter in alijs. Et illud quod transfertur ex.a. si qñ puenerit in.b. reuertatur ad.a. si mouetur ſm continuatiõem: tũc quã do mouebatur de.a.ad.b. in illo ẽt tẽpore mouebatur ad.a. motu q est ex.c. Scõm igit hoc mouetur duobus motibus contrarijs insimul. Isti eni duo motus ſm rectitudinẽ sunt contrarij. Et cuz hoc contingit vt transferatur ab eo in quo non ẽ. idest ab eo in quo nõ fuit. Et cũ hoc sit impossibile: necessario quiescit tunc: ⁊ sic motus nõ erit vn⁹ mot⁹. In quo enim interponit quies: nõ ẽ vnus.

70 ¶ Idest iste igitur demõstrationes sunt ille de quibus debet homo habere certitudinẽ: qñ cõueniunt rebus: ⁊ intẽdit per cõueniẽtes ipsas eẽ essentiales ⁊ primas: ⁊ innuit p hoc quod dictũ est de trãslato reflexo: qz cũ reflectit describit pũctũ in actu: ⁊ cũ describit pũctũ in actu quiescit. Ista eni rõcinatio est ꝓpria trãslatio: ⁊ intẽdit p dialecticã ſmones veros qui cõponunt ex accidẽtibus vniuersalibus nõ ꝓprijs. Et manifestũ est q illa rõcinatio quam indurit est vlis: fundat eni sup duas ꝓpositiones. Quaz vna est qñ trãsmutatũ est in potẽtia illud ad qð trãsmutat in postremũ: ⁊ siue fuerit ꝓpinquũ: siue remotũ necesse est q in sua trãsmutatione amittat ptẽ succedsiue post aliã illius a quo trãsmutat: ⁊ acquirit succedsiue ptẽ illius qð trãsmutatur Ergo illud ex quo trãsmutat: ⁊ illud ad qð trãsmutat sunt opposita necessario: ⁊ vtrũqz illoz est i pte trãsmutati. alia a pte in qua est reliquũ: ſz sunt nõ determinata in se: neqz apud nos: ⁊ hoc vlẽ est: ⁊ cõe omni trãsmutato: ⁊ cũ fuerit cõiunctũ huic q aliqd est trãsmutatũ de eodẽ in idẽ motu vno cõtinuo cõtinget vt illud ex quo trãsmutat sit illud ad qð trãsmutat. Ex quo cõtingit illud qð amittit p trãsmutationẽ illud idẽ acquirat: qð est ipossibile. Et ista ꝓpositio est cõis ⁊ nõ ꝓpria. Et vliter manifestũ est istã ꝓpositionem eẽ logicã. Ipropositio eni dicẽs q duo opposita non possunt cõgregari insimul est cõis pluribus, vna sciẽtia. Et dicẽs q illud ex quo est trãsmutatio ⁊ ad qð est trãsmutatio sũt opposita est cõis ſm subiectũ ⁊ ſm predicatũ. Subiectũ eni est cõe oi trãsmutabili. predicatũ aũt est de accidẽtibus omnib⁹ entibus. Et iõ videt intẽdere p sermones dialecticos duos modos. s. demõstrationes que cõponuntur ex accidẽtibus cõibus pluribus vna arte: aut demonstrationes quaz predicta sũt ꝓpria dialectice. Rebus eni dialectice vtimur duobus modis: aut ſm instrumẽtũ ⁊ est magis ꝓpriũ: aut fundamẽtis positis eo mõ ſz quẽ aliqua res vtitur eis q̃ declarata sunt in alia: ⁊ dirit. (dicam⁹ igitur q oẽ motũ ſm cõtinuationẽ ⁊c). ⁊ intelligẽdũ est h de moto nãliter aut volũtarie nõ de motu violẽte: ⁊ hoc manifestũ ẽ in vtroqz moto ⁊ dirit: (nisi aliqd occurrat): qñ si aliqd occurrerit qð ipediat ipm ab eo qð est naturale ei: tũc nõ mouebit continue ad illud qð primo mouebat. q. diceret: cũ translatũ transferat de primo principio ad illud ad qð trãsferẽ postremo: necesse est vt motus ci⁹ ad illud sit cõtinuus: nisi aliqd ipediẽs occurrat illi. Hoc igit qð dirit: (nisi aliqd occurrat). non est exceptio ex illo q res mouet ad illud ad qð puenit in postremo: ſz est acceptio eius q motus est ꝓtinuus. Illud eni qð mouet nãliter semp mouet ad illud ad qð puenit in postremo siue occurratur ei siue nõ. Deinde dirit. (⁊ nõ solũmõ intẽdit ad illud ⁊c.). ⁊ dirit hoc ne aliqs dicat q illud qð mouetur ſm cõtinuationẽ ex.a.ad.b. ⁊ ex.b.ad.a. reflectẽdo nõ mouetur in primo de.b.ad.a. ſz mouetur ad.a. quãdo puenit ad.b. ⁊ iõ dirit respondẽdo q cum posuerimus q isti duo motus sũt vnus: tũc motus nõ erit solũ ad postremũ finez quãdo ei appropinquat: ſz a principio cũ nulla sit illic causa cogẽs vt mot⁹ sit ad illud vltimũ quãdo ei appropinqt magis qz quãdo est remotũ: deinde dirit: (⁊ siliter est de illis). i. de alijs motibus ꝓter motũ localẽ. Ista enim demonstratio cõis est oibus. ⁊ cũ declarauit q de primo mouetur illud qð mouet ab illo a quo mouet ad illud ad qð mouetur: ⁊ reflexũ mouet de eodẽ in idem: cõtingit necessario si fuerit positũ q mot⁹ eius qð mouet istis duobus motibus est vnus: vt moueatur duobus motibus cõtrarijs insimul. Deinde dirit. (trãsfert enim ab eo in quo nõ est). i. ⁊ trãslatũ ſm naturã nõ transfert nisi ab eo in quo est ad illud in quo nõ est. Si igitur posuerimus q aliquid transfertur ad illud a quo transfert: continget vt trãsferat ab eo in quo nõ est: qð est ipossibile. Deinde dirit. (⁊ cum sit ipossibile gescet). i. ⁊ cũ istud ipossibile sequit ex hoc qð posuimus q trãsmutatũ nõ gescit qñ mouet istis duobus motibus cõtrarijs ergo necesse est vt gescat: ergo mot⁹ nõ erit vnus ⁊ ꝓtinuus: ois eni motus in quo interponit quies non est vnus aut cõtinuus.

¶ Amplius ⁊ ex his manifestum est vniuersaliter magis de omni motu. Si enim omne quod mouetur: mouetur aliquo dictorũ motuũ: ⁊ quiescit aliqua oppositarũ quietũ: non enim erat ali⁹ preter istos. Quod aũt non semper mouet ſm hunc motũ: dico aũt quicũqz sunt alteri specie: ⁊ non si aliqua est pars totius: necesse ẽ prius quiescere ſz oppositam quietem. Quies enim priuatio motus est. si igitur contrarij motus siut qui sunt ſm rectitudinem: simul autem non cõtingit mouere contrarios. Quod ab.a.ad.c. fertur: non vtiqz fert simul ab ipso.c.ad.a. Quoniã aũt non simul fertur: mouebitur aũt ſm hunc motũ necesse est pri⁹ quiescere ad.c. Hec enim opposita ẽ quies que ẽ ab ipso.c. motui. Manifestum igitur est ex his que dicta sũt qñ non est continuus motus.

¶ Et hoc apparet magis in omni motu ex hoc sermone ẽt. Qñ si omnẽ motũ non mouetur nisi ali 71
quo istorũ motuũ predictorũ: necesse est vt quiescat quiete oppo ta illi motui quo mouet. Nullus enim est motus hic preter illos. Et motũ nõ mouet semper isto modo motus. s. motib⁹ diuersis in specie. Neqz ẽ etiam aliqua pars toti⁹ moti Ergo necesse ẽ vt prius quiescat quiete opposita motui. Quies enim ẽ priuatio motus. Si igitur motus recti sũt contrarij. Et est ipossibile vt moueatur aliquid duob⁹ motibus contrarijs insimul Tũc illud qð transfert de.a.ad.c. impossibile est vt insimul transferat ex.c.ad.a. Et cũ non mouetur istis duob⁹ motibus contrarijs insimul. ⁊ mouetur hoc motu: necesse est vt quiescat anteq̃ moueatur ad.c. Ista enim ges est opposita motui ex .c. Et declaratũ est enim ex hoc quod dirimus: q̃ iste motus non est continuus.

¶ Ista est alia declaratio ꝓpinqua prime: ⁊ fundatur super 71
duas ꝓpositiones. Quarum vna ẽ: q omne motũ qð mouetur vno motu motuũ finitorũ diuersorum ſm speciem: necesse est vt moueatur a quiete opposita illi motui. s. a qete quam hz in illo a quo mouetur: vt declaratum ẽ i qnto. Secũda aũt ẽ: q omne quod mouetur duobus motib⁹ oppositis necesse ẽ vt singulariter moueatur eis: cũ sit ipossibile moueri insimul. Et ex his duabus ꝓpositionibus seqtur q oẽ motum duobus motibus oppositis: necesse ẽ vt moueatur vtroqz motu post quietẽ. Iste igitur due demõstrationes cõueniunt in ꝓpositione dicente: q̃ impossibile

ē vt duo motus cōtrarij sint insimul. Et differunt in secun da ppone. In prima enim demōstratione fuit acceptus q̄ si duo motus oppositi fuerint continui: necesse erit vt duo motus oppositi sint insimul. Et postea fuit dictum: ⁊ cum non sint continui: necesse ē vt inter eos sit quies. In hac āt demonstratiōe fuit dictum q̄ cū sit impossibile vt duo mo tus oppositi sint insimul: necesse ē vt vterq̄ motus sit p se. Deide cōiunctū fuit huic: q̄ ois motus vnus per se icipit a quiete cōtraria: ⁊ dixit: (si oē motū mouet ⁊c). i. dica mus igit̄ q̄ si oē motū nō mouet in eodē tēpore nisi alte ro duox motuū oppositox quib⁹ inatū est mouere necesse est vt in illo ex quo incepit moueri sit quiescēs quiete op posita motui vt declaratū est in qnto. D. incepit declara re istā cōsecutionē: ⁊ dixit: (nullus enī mot⁹ est hic p̄ter il los). i. ⁊ hoc est cecessarium: qm̄ in illo tēpore in quo est positū moueri altero illox duox motuū nō inuenit moue ri alio motu p̄ter illud vnū motū. D. d. (⁊ motū nō moue tur semp isto mō motus ⁊c). i. ⁊ cū motū nō mouet eodē tēpore nisi altero duox motuuz oppositox ⁊ motū si sem per mouet alteruz motum oppositorum diuersox in spe cie: neq̄ iste motus quo mouet est ps totius. i. ps motus totius: necesse est vt motū sit p̄ius quiescēs: ⁊ hoc q̄ dixit manifestū est p se. Q uonīā ois motus q̄ nō est ps motus neq̄ est ppetuus: necesse est vt incipiat post gete. Motus enī nō sequit motū nisi quādo secūdus fuerit pfectio p̄ri mi nō oppositus ei. Aut hoc cōtinget p accidēs sicut illu minatio domus p cādelā: que sequit motū cādele. Et cuz posuit has ppones: incepit cōgregare hoc ⁊ inducere exē plū in hoc q̄ intēdit declarare: ⁊ dixit (si igit̄ motus recti ⁊c). i. si igit̄ motus q̄ sūt supyna lineā rectā ad ptes ǯrias sūt cōtrarij: ⁊ est ipossibile q̄ aliqd moueat duobus moti bus cōtrarijs insimul: ⁊ nō moueat altero semp: necesse ē vt trāslatū gescat inter duos motus. U. g. qm̄ si trāslatuz ipossibile est vt moueat sup lineā. a. c. ex. a. ad. c. ⁊ ex. c. ad. a. simul ⁊ moueat vtroq̄ istox motuū p se ⁊ in tēpore p̄ri o necesse est vt istud trāslatū quiescat in. c. anteq̄ǯ mo ueatur ab eo ad. c. ⁊ gescat in. c. anteq̄ǯ moueat ab eo ad. a. Q uies enīz in. a. est opposita motui ex. a. ad. c. Et ges in. c. est oppositа motui ex. c. ad. a. ⁊ quasi. d. ⁊ cū ipossibi le sit vt duo motus oppositi sint insimul ⁊ si nō tunc alter eox esset pfectio alterius: tūc necesse est vt iter eos sit ges necessario: ⁊ non est alter eox perfectio alterius.

¶ Amplius aūt ⁊ hec ratio magis ꝓpria est his q̄ dicta sunt. Simul enī coꝛruptū est albū ⁊ factum est albū. Si igitur cōtinua est alteratio ad albū: ⁊ ex nō albo: ⁊ ex albo ad nō albū. Nō manet aūt in aliquo tēpore: simul enī coꝛruptū est nō albū ⁊ fa ctū est albū: ⁊ factū est nō albū. Triū enī reꝛ idez erit tēpus. Amplius si cōtinuū tp̄s est: ⁊ mot⁹: sed cōsequēter est. Q uo ergo erit vltimū idē cōtrario rum: vt albedinis ⁊ nigredinis.

7z ¶ Et etiā iste sermo est magis cōueniēs q̄ p̄dictus Et est vt insimul coꝛrūpatur nō albū: ⁊ fiat albū Cū igitur alteratio fuerit cōtinua ad albū: ⁊ ex al bo: ⁊ hoc nō durat aliquo tēpore. Tūc insimul coꝛ rūpitur non albū: ⁊ fit albū: deinde fit nō album. Unum igit̄ tēpus erit tribus. Et ēt nō sequit si tē pus est cōtinuū vt motus sint cōtinui sz succesſiui Et si nō equaliter erit idem postremum contra riozum duozum. Uerbi gratia postremum albe dinis: ⁊ postremum nigredinis.

7z ¶ Cū ista declaratio quā cōpleuit ē de ppositionibus re motioꝛibus a nā eius de quo cōsideraī q̄s ppones quas nititur dicere i hac demōstratiōe ⁊ dixit. (⁊ ēt iste ꝑmo ⁊c) .i. ⁊ ēt iste ꝑmo quē nō voulmus dicere est conueniētioꝛ predicto. d. indurit sermonem: ⁊ dixit. (⁊ est quoniam in simul coꝛrumpatur ⁊c). i. cōtingit enim hoc: qm̄ ponimus vt motus contrarij sint continui. Uerbi gratia: q̄ motus de nō albo in albuz: ⁊ de albo in non albū sint continui cō tingit vt in eodē instanti coꝛrumpatur nō albū: ⁊ fiat albū ⁊ sic in eodem instanti erit aliquid ens ⁊ nō ens. Et q̄ sup istud impossibile ē sustentatus in p̄terito in hac demōstra tione indurit impossibile maius ꝓpter quod iterauit hūc sermonē ⁊ dixit: (cum igit̄ alteratio ⁊c). i. cum igit̄ po suerimus q̄ alteratiōes cōtrarie sunt continue. U. g. alte ratio ex non albo in album: ⁊ ex albo in nō album: ⁊ posue rimus q̄ album non durat tpe: contingeret necessario vt in eodē instanti coꝛrumpat̄ nō album: ⁊ fiat albū: ⁊ coꝛrūpet albū ad nō albū: ⁊ sic ista tria ǯria erūt i eodē instāti: qd ē impossibile ⁊ valde inopinabile. Et q̄ iste oēs demōstrati ones sunt fundate sup hoc q̄ motus contrarij impossibile est vt sint cōtinui: qm̄ necesse est vt interueniat eos ges: ⁊ apparet de nā coꝛ q̄ ipossibile est vt sint cōtinui: ⁊ si sit po sitū q̄ iter eos nō est quies. Continuatio enī non est in eis nisi ex tēpore tm̄: illi aūt impossibile est vt sint cōtinui: cū sint cōtrarij: ⁊ dixit. (⁊ etiā non sequitur ⁊c). i. ⁊ etiaz si cō cesserimus q̄ inter motus cōtrarios nō est quies: ⁊ q̄ tē pus duoꝛ motuū est cōtinuū: nō sequitur si tēpus sit vnuz vt motus cōtrarij sint cōtinui. D. indurit cām in hoc ⁊ di xit. (⁊ si nō quomō erit idē postremū ⁊c). i. ⁊ necesse est vt duo motus cōtrarij: nō sint cōtinui: q̄ continua sunt illa quoꝛ vltima sūt idē: sed vltima cōtrarioꝛ non sunt idē: cū sint contraria. U. g. nigredines ⁊ albedines quoꝛum vlti ma impossibile est vt sint idem.

¶ Qui aūt est circularis ē vnus ⁊ cōtinu⁹. Nullū enīz ipossibile cōtinget. Quod enī ex. a. moueat̄ si mul mouebit̄ in. a. ꝑm eandē positionē. In qō eni veniet ⁊ mouebit̄ in hoc: sz nō simul mouebit̄ cō trarijs neq̄ oppositis. Nō enī ois qui est in hoc ei q̄ est ex hoc cōtrarius est. Nec opponit̄. Sz cō trarius qdē est ei qō est in recto. Dic enī cōtrari⁹ est ei q̄ est ꝑm locū: vt q̄ per diametron: distat enīz plurimū. Oppositⁿ aūt est qui est ꝑm longitudinē Quare nihil prohibet continue moueri ⁊ nullo tē poꝛe deficere. Circularis enim mot⁹ ab eodez in idē est. Rect⁹ āt ab eodē in aliud. Et sigdē ē in cir culo nequaq̄ in eisdem est si vo ꝑm rectitudinem est: multotiens in eisdem est. Quicqd igit̄ in alio sēper ⁊ in alio fit contingit moueri continue. Qui vo multotiens in eisdem non contingit: necesse est enim simul moueri cōtrarios. Quare nec in se micirculo: nec in alia circulatione vlla contingit continue moueri. Multotiens enim in eisdē mo ueri cōuenit: ⁊ in cōtrarias mutari mutatiōes: nō enim copulat principio finē. Qui aūt circulariter copulat: ⁊ solus ē perfect⁹.

¶ Motus aūt circularis est vn⁹ ⁊ continu⁹. Non 7j enīz segtur ex hoc aliquo modo impossibile. Qm̄ illud qō mouetur ex. a. moueat̄ ad. a. eadem intentione. Illud enim ad qō peruenit ad illud etiā mo uetur. Sed non mouetur duobus motibus con trarijs insimul neq̄ oppositis. Non enīz ois mo tus ad aliqd est contrari⁹ ei q̄ est ab illo: neq̄ op posit⁹. Sed contrarij sūt illi q̄ sūt recte: isti enim sunt contrarij ꝑm locū. Uerbi gratia illi q̄ sūt ꝑm

diametron

diametrū: q maxime distant. Oppositi autez sūt illi qui sūt in eadem longitudine: ⁊ ideo nō est remotū q̄ ille motus sit cōtinuꝰ: ⁊ nūq̄ cessēt oīno. Motus enim circularis est ab aliquo loco ad illū eundem locum. Motus autem rectus est de loco ad aliud. Et motus etiam in eadem reuolutione non erit illud quod mouetur ꝑm illū: nisi in eisdez locis omnino. Illud aūt qđ mouetur motu recto erit in eisdem locis multotiens. Motꝰ igit̄ i quo illud qđ mouet̄ erit in loco post aliū potest cē continuꝰ. Motꝰ aūt in quo illud qđ mouet̄ erit in eodem loco multotiens nō pōt cē continuus. Quoniā necesse ē vt illud qđ mouet̄ ꝑm illud moueatur duobꝰ motibus oppositis insimul. Et ideo ipossibile est vt aliqd moueat̄ in semicirculo: aut in alio arcu oīno ꝑm continuationē: cōtinget eniz necessario vt multotiens moueat̄ eisdem motibus: ⁊ vt transmutetur modis transmutatiōis contrarijs. Qm̄ finis non cōiūgit̄ cūz p̄incipio: in circulo āt ē infinitum: ⁊ est solus perfectus.

73 ¶ Cum declarauit q̄ nullus motuū rectoꝝ est continuus ⁊ perpetuus: ⁊ q̄ impossibile est vt ex pluribus vno motu eoꝝ cōponatur vnus cōtinuus ⁊ perpetuus: vult declarare q̄ motus circularis in hoc est cōtrario recti: ⁊ q̄ ille solus pōt esse cōtinuus perpetuus: cū non accidāt ei illa impossibilia que accidūt ex positione eius q̄ motus rectus ē continuus: neq; aliud ipossibile. Et illud ex quo nō accidit ipossibile est possibile, ⁊ dixit. (motus autez circularis ⁊c.). i. motꝰ aūt circularis pōt cē vnus ⁊ ꝙtinuus: ⁊ ppetuus: nullū eniz ipossibile accidit ex hoc. Deinde dedit cām in hoc ⁊ dixit. (motū enī in eo est er. a. ad. a. prima intētione). i. illud, n. qđ mouet̄ circulariť mouet̄ ad illud idez ad quod mouebat̄. i. ad illud p̄ctū: qm̄ nō reuertitur sup illam candē lineā sup quā mouebat̄ ad cōtrariaz ptē illi ad quā mouebat̄: sicut accidit illi qđ mouet̄ sup lineā rectaz. D. d. (ad illud enī ad qđ puenit mouet̄). i. locus enī ad quē pueniet illud q̄ mouet̄ sup circulū: ex ipso mouet̄ sup ipm: ⁊ iō cōtingit vt iste motus sit ppetuus. Deinde dixit: (sed nō mouet̄ duobus motibus cōtrarijs ⁊simul nec oppositis). i. cā in cē hoc possibile. s. vt qđ mouet̄ sup circulū moueat̄ ad locū ex quo mouebat̄: est q; nō accidit ei in hoc vt moueat̄ duobus motibus cōtrarijs ⁊simul vl̄ oppositis: sicut accidit hoc ei quod mouet̄ recte: ⁊ postea reflectit̄. Deinde dedit cām in hoc: ⁊ dixit: (non enim oīs motus ⁊c). i. ⁊ cā i hoc q̄ illud qđ mouet̄ circulariter moueturad illud idē ex quo mouebat̄ ita q̄ nō accidit ei moueri duobus motibus oppositis ⁊simul: est qm̄ nō oīs motus ad aliqd est cōtrarius motui q est ab illo neq; oppositus: qm̄ hoc nō cōtingit nisi in motu recto. s. vt motus ad aliquid sit cōtrarius motui ab illo aut oppositus. Et causa in hoc est quoniā illud ex quo est motus rectus ⁊ ad quod est sūt loca cōtraria. Et cā in hoc est q; cōtraria: sunt sicut describunt̄ illa que maxime distāt: ⁊ maxima distātia nō inuenitur nisi i linea recta. D. d. (Ut. g. duo extrema diametri). i. quoniā in circulo nō inueniunt̄ duo magis distantia q̄z hec duo: ⁊ in rei veritate maxima distātia nō cōsideratur inter duo loca nisi ꝑm q̄ sūt cōtraria in se. Et q; in spera nihil est tale nisi centrū ⁊ circūferētia: necesse ē vt maxima distātia inter duo loca nālia cōtraria sit distātia que est iter centrū ⁊ circūferētiā. Sed ipse nō indiget hac declaratione in hoc loco: cū nō sit necessaria in hoc qđ intendit hic: quēadmodū nō indiget declarare hic q̄ cū corpus circulare mouet̄ nō mutat locū ꝑm totū: neq; ē in eo punctus in actu: a quo incepit ⁊ ad quē puenit: ⁊ vtitur loco eius illo q̄ mouet̄ sup spatiū circulare cū sit manifestius in hoc loco. D. d. (oppositi vo ⁊c). i. ⁊ alia cā est ēt. s. quoniā motus cōtrarij nō sunt nisi motus q sint in eadem longitudine ꝑm reflectionē. D. d. ⁊ iō non est remotū ⁊c. i. motus aūt sup circulū nō est reflectus ⁊ iō nō est remotuz vt iste motus sit cōtinuus ⁊ ppetuꝰ. Deinde dixit. (⁊ motꝰ etiā circulariter ⁊c). i. ⁊ illud qđ mouet̄ motu circulari nō erit in eodē loco ꝑm reuersionē ad illud. Motus āt in quo illud qđ mouet̄ pueniet ad locū post aliud sine reuersione ad locū ex quo mouebat̄: possibile est vt sit motus cōtinuus. D. d. (motus in quo illud qđ mouet̄ erit in eodē loco multotiēs ipossibile est vt sit cōtinuus). i. motus i quo illud qđ mouet̄ erit in eodē loco ꝑm reflectionē ⁊ reuersionē: ipossibile est vt sit ꝙtinuus. Et motus in quo illud qđ mouetur erit in eodē loco multotiēs nō ꝑm reflectionē possibile est vt sit ꝙtinuus. Quoniā illud qđ mouet̄ ꝑm reflectionē necessario qescit: ⁊ illud qđ nō mouet̄ ꝓz reflectionē nō est necessariū vt qescat. D. d. cām ꝓpter quā est ipossibile vt illud qđ puenit in eundē locū ꝓz reflectionē moueat̄ cōtinue ⁊ dixit. (quoniā necesse est vt illud qđ monetur: ꝑ motu moueat̄ duobus motibus oppositis ⁊simul): vt declaratū est in p̄dicto sermone. D. d. (ipossibile est vt aliqd moueat̄ ⁊c). i. ⁊ hoc nō accidit in reflecto sup lineā rectam ꝑm q̄ est reflexū sup lineā rectā: quoniam hoc accidit etiā in reflecto sup lineā circularē: aut sequit̄ semicirculū: aut sup aliū arcū: aut maiorē: aut minorē. D. d. (necesse ē. vt moueat̄ multotiens eisdē motibus). i. cā in ꝑ est: qm̄ illud quod mouet̄ reflere nō mouet̄ vno motu: ꝓz necesse ē vt moueat̄ multotiens motibus eisdē in spē ⁊ diuersis in numero pluribus. D. d. (⁊ vt trāsmutet̄ modis trāsmutatiōis ꝙtrarijs). i. ⁊ necesse ē vt illud qđ mouet̄ reflere: moueatur modis motuū cōtrarijs: ⁊ trāsmutatiōes ꝙtrarie impossibile est vt sint eedem. Deinde dixit (qm̄ finis nō cōiungitur cum p̄incipio ⁊c.) id est ⁊ cā in hoc est: qm̄ p̄ctꝰ qui est finis: ⁊ punctus qui est p̄incipium in motu nō circulari sunt duo rōne ⁊ subiecto ⁊ non conūguntur ad inuicem. s. ita q̄ sit idē in subiecto p̄incipium. s. vnius motus ⁊ finis alterius ⁊ hoc intendebat cuz dixit. (quoniaz finis nō cōiungitur cū p̄incipio) motus aūt qui ē sup circulum p̄ctꝰ q ē in eo p̄incipiū idē ē cū fine. s. qm̄ sūt vnū subo: ⁊ duo rōe. Finis igit̄ in eo ē cōiunctus cū p̄incipio. In circulo enī nullus est p̄ctus nāliter. i. actu qui sit p̄incipiuz aut finis: ⁊ cū fuerit imaginatus in circulo tūc erit p̄incipiū ⁊ finis. extremitates vo lince recte sūt duo p̄cta i actu.

¶ Manifestū est aūt er hac diuisione qm̄ non contingit alios motus cē continuos. In oibus enī accidit per eadem moueri multotiens: vt in alteratione per media mouere: ⁊ in ea quidez que ē quātitatis ꝑm mediū magnitudinis: ⁊ in generatione ⁊ corruptione similiter. Nihil enim differt pauca aut multa facere in quibus est mutatio: nec medium ponere aliquid aut auferre. Utrobiq; eniz accidit per eadem moueri multotiens. Manifestū est igit̄ er his q̄ nec physiologi dicūt bene omnia sensibilia moueri dicentes semper. Moueri eniz semper necesse est ꝑm aliquem horū motuū: ⁊ maxime ꝑm illos est alterari. Fluere eniz dicunt semper: ⁊ corrumpi. Adhuc autem ⁊ generationem ⁊ corruptionem alterationem dicunt. Ratio autez nunc dicta est vniuersaliter de omni motu: q̄ nec ꝑm vnū motum contingit moueri continue extra quā in circulo. Quare nec ꝑm alterationem: nec augmentum. Quod quidē igitur: nec infinita sit mutatio: nec vna: nec continua: extra circuli motū

sint nobis hec dicta.

74 ¶Et apparet ex hac diuisione q̄ impossibile est vt alij motus sint cōtinui. Contingeret enī vt in oibus istis iterent motꝰ. Verbi gratia: in alteratiōe erit iteratio inter duo extrema: ⁊ in quātitate erit iteratio in magnitudinibus q̄ sunt in medio: ⁊ in generatione ⁊ corruptione silr. Nō enī est differētia in hoc q̄ res in q̄bus est trāsmutatio sint multe: aut pauce: neq; in hoc vt in medio ponaī aliq̄d aut auferatur. Contingeret enī vtroq; modo vt idē iteretur. Declaratū est igit̄ ex hoc q̄ de loquētibus in naturis nō bene dixit q̄ dixit omne sensibile semper moueri. Quoniam necesse est vt nō moueant nisi altero istoꝝ motuū: ⁊ dignioꝝ motuum in hoc apud eosdē alteratio. Dicūt oīa enī semp currūt ⁊ diminuuntur. Et posuerūt generationē ⁊ corruptionem esse alterationē. Et declaratū est hocvlr i oī motu. ſ. q̄ ipossibile ē vt aliq̄d moueaī oino ꝑz ꝓtinuationē nisi i motu circulari. Et iō ipossibile ē vt moueī ꝑz ꝓtinuationē i alteratiōe aut augmēto hoc igitur dicimus qm̄ nulla trāsmutatio est infinita ⁊ cōtinua: nisi motus localis circularis.

Et significatio ꝙ corpora grauia nõ ꝑtãseãt mediũ est: ꝙ corpora grauia descẽdũt ex oi pte celi descẽsu ꝓ̃simili: quapper vñ ꝙ eundẽ locũ intẽdãt: ꝛ vlr si ꝑtransirent mediuz mouerentur a medio non ad mediũ: ꝛ hec ꝓpositio appareret ex casu lapidis ꝑz angulos rectos ad supficies rotũdas q̃ sunt super terrã ex oib⁹ ꝑtib⁹ celi: ex quo vñ ꝙ oia intẽdãt pũctũ vnũ. Et antiq dixerũt in spa: hoc. n. nõ accidit nisi in spera: hoc. n. nõ vñ eẽ manifestũ ꝑ positio nõ vñ eẽ manifesta nisi cõcedaẽ celũ eẽ spicũ. Quia aũt dicũt celũ nõ esse sphericũ nõ cõcedũt ꝙ in celo loc⁹ sit inferior loco: ꝛ cũ sit ita ꝓtigeret vt descẽsus lapidis sit super lineas eque distantes oino: qua ꝓpter nõ ꝓcurrũt oino: ꝛ cũ nõ ꝓcurrũt ꝑtãsibũt mediũ: ergo loc⁹ inferior nõ erit determinatus: ergo necessariũ est ponere ptes celi eẽ diuersas: ꝛ tũc verificabiẽ nobis hec ꝓpositio: ꝑz tñ hoc vñ eẽ manifestũ ꝑ sensũ. Celũ. n. vñ aut spa ꝑfecta aut ps spere. ſ. medietas spe: ꝛ cũ notũ sit ꝑ se manifestũ ẽ qñ ptes illi⁹ sũt diuerse: ꝛ cũ videm⁹ ꝙ oẽs lapides descẽdũt ꝑm cũdẽ sitũ ex pribus diuersis celi scim⁹ ꝙ descẽdũt sup lineas ꝓcurrẽtes in puncto vno: ille ergo est locus inferior. D. d. (Si ergo mediũ est terminatũ). i. ergo supi⁹ est terminatũ: cũ necessariũ est ꝙ loc⁹ inferior sit terminat⁹: necessariũ est vt loc⁹ supior sit terminat⁹: inquãtũ est ꝓtrari⁹. Jam enim dixim⁹ ꝙ cum alterꝫ ꝓ̃iorꝫ sit terminatũ alterꝫ erit terminatũ. Et põt aliqs dicere ꝙ loc⁹ inferior nõ vñ terminat⁹ donec cõcedaẽ ꝙ celũ sit ps spe: sed hoc posito positũ est eẽ oẽm locũ terminatũ. Jã ergo accepta ẽ res in declaratiõe sua. Dicam⁹ ergo ꝙ loc⁹ supior quẽ vult declarare eẽ finitũ nõ est qõ est iter terrã ꝛ celũ. Manifestũ est enim ꝙ hoc est finituz: sed vult declarare ꝙ iste loc⁹ cũ loco celi nõ est finit⁹. Celũ enim si sit in loco est in superiori. Sed si iste loc⁹ ẽ infinit⁹ cõtinget vt locus inferior sit infinitus: sed loc⁹ inferior est finit⁹: er

go locus superior.

¶Adhuc si sursuz ⁊ deorsum determinata sunt: ⁊ intermedium necesse determinatum eē. Si enim non est determinatum infinitus erit vtiqz mot⁹. Hoc ãt q⁹ ipossibile sit ostēsum est p⁊⁹. Determinatū est igit medi. Quare ⁊ q⁹ in hoc corp⁹: aut erit stens: aut fieri possibile. Sed adhuc qō sursum ⁊ deorsum ferr corp⁹ pōt in hoc factū eē. Natū est eniz hoc qdē a medio moueri. hoc ãt ad mediū.

45 ¶Et ēt si supi⁹ ⁊ inferi⁹ sunt termiata ergo mediuz terminatū. Si ergo nō sit terminatū inueniet motꝰ infinit⁹. Sed iã dirim⁹ q⁹ impossibile est motuz eē infinitū: ⁊ cū ita sit mediū ergo est terminatuz. Ergo qō est ītra ipsū ⁊ quod pōt eē in eo ē terminatū .s. q⁹ corp⁹ itēdēs ad supi⁹ ipossibile ē q⁹ sit in eo: alterū eniz corꝰ mouet a medio ⁊ alterꝰ ad mediū.

55 ¶Cū declarauit q⁹ terra ⁊ ignis sint finiti q: loca eoꝝ sunt finita: vult declarare q⁹ aqua ⁊ aer sunt finiti dicēdo (⁊ ēt si supius ⁊c). i. cū declaratū est q⁹ locꝰ supior ⁊ inferior sūt terminati. i. finiti: necesse est vt locꝰ qui est inter ea sit terminatus: ⁊ hoc intendebat cū. d. (per mediū) cū enim duo extrema sint terminata necesse est vt mediū sit terminatū: qñ si illud qō est ītra locū terre ⁊ locū ignis esset ifinitū: ⁊ ignis moueret a terra vsqz ad suū locū: ꝓtingeret q⁹ nūqz veniret vsqz ad suū locū: esset ergo in ꝑpetuo motu ⁊ sic motus rectꝰ esset infinitus: quod declaratum est eē impossibile in libro predicto. D. d. (Et cum ita sit mediuz ergo est terminatū). i. ⁊ cū impossibile est vt iter locū ignis ⁊ terre sit motus infinitus: necessariū est vt isse locꝰ sit finitus. s. medium. i. qō est inter duo extrema. Medium enim in hoc sermōe dicitur ꝼm tres intentiones: ꝼm locum inferiorem: ⁊ ꝼz medium spere: ⁊ ꝼm medium quod est inter duo extrema: ⁊ ꝼ intendebat cū. d. (⁊ medium terminatū). D. d. (ergo qō ē intra ipsum ⁊ quod potest esse terminatū) ⁊ necessariū ē qō eriſtit modo in eo: ⁊ que erunt in futuro seculo sint terminata. i. finita. Deinde monstrauit que sunt ista corpora: ⁊. d. (sc̃z q⁹ corp⁹ tendens ad superi⁹ ⁊c). i. ⁊ cū impossibile ē vt in hoc loco sit motus neqz corporis quod a medio mouet sc̃z ignis: neqz corporis quod ad medium mouetur. s. terre q: est finit⁹: ⁊ motꝰ qui eriſtit in eo manifestū est q⁹ finitus: ergo corpora que sunt in eo sunt finita.


¶Et ꝼ his itaqz manifestū q⁹ nō cōtingit corp⁹ eē infinitū: ⁊ adhuc si grauitas nō ē ifinita neqz vtiqz horū corpoꝝ: Nullū erit ifinitū. Necesse .n. infiniti corꝑis infinitā eē grauitatem. Eadem aūt rō erit ⁊ i leui. Si eniz est infinita grauitas est ⁊ leuitas: si infinitum sit quod superfertur.

46 ¶Manifestuz est igit ex his q̃ dirim⁹: q⁹ ipossibile est vt aliqō pōderosū sit ifinitū. Et oino ipossibile ē aliquid istoꝝ corpoꝝ grauiū sit ifinitū. Corp⁹ eni infinitū infinitā hz grauitatē: ⁊ silr de leui. Si igit grauitas infinita sit ergo ⁊ leuitas infinita: ⁊ hoc


56 erit si corp⁹ inueniatur ascendens in infinitum.


¶Hec est demōstratio fundata sup tres ꝓpositiones. Quarū vna ē: q⁹ oē corp⁹ motū motu recto hz grauitatē aut leuitatē. Secūa ē q⁹ oē corp⁹ ifinitū graue aut leue hz grauitatē aut leuitatē ifinitā. Tertia ē q⁹ ipossē ē grauitatē aut leuitatē eē ifinitā: ⁊. d. (Manifestū ē igit ex his q̃ dirim⁹) ⁊ pt itelligi qō iã declaratū ē q⁹ motꝰ rectꝰ ipossē ē vt sit infinit⁹: q⁹ ipossē ē vt grauitas sit ifinita: q̃z uis ipe p⁹ addit i declaratiõe istud. D. d. (⁊ oino ē ipossē ⁊c). i. ⁊ cū declaratum ē q⁹ ipossē ē grauitatē eē ifinitā: mānifestū ē corp⁹ graue ipossē eē ifinitū. D. d. (corp⁹ .n. ifinitū ifinitā hz grauitatē). i. q⁹ necessariū ē cū grauitas ifinita ñ sit vt corp⁹ graue ifinitū ñ sit. corp⁹ .n. ifinitū hz grauitatē ifinitā. D. d. (⁊ silr de leuitate). i. ⁊ silr dirim⁹ de leuitate ⁊ corꝑe leui sic de grauitate ⁊ corꝑe graui. Si .n. grauitas ifinita ⁊ leuitas ⁊ si ipossē ī vno ⁊ i alēo. D. d (⁊ b̃ erit si inueniat corp⁹ ascēdēs i ifinitū). i. q⁹ non inuenitur leuitas infinita: nisi inueniat corp⁹ ascendens sup oīa corpa i infinitū. Silr nō inuenietꝰ corp⁹ leue i infinitū: nisi inueniatur leuitas infinita.

¶Palã ãt ex his. sit .n. finita: ⁊ sumat ifinitū qdē corp⁹ i quo. a. b. Grauitas ãt ipsi⁹ i quo. g. auferat igit ab ifinito finita magnitudo i qua. b. d. Et grauitas ei⁹ sit i quo ē. e. Itaqz. e. eo q⁹. g. min⁹ erit. minoris .n. grauitas minor. Mēsuret ãt min⁹ maius aliquotiēs: ⁊ vt grauitas mior ad maiorē ita. b. d. ad. b. z. fiat. Cōtigit .n. auferri ab ifinito quācūqz si igit ꝓportionat magnitudies grauitatiꝫ: mior ãt grauitas mioris ē magnitudinis: ⁊ maior vtiqz erit maioris: eqlis erit igit finiti ⁊ ifiniti grauitas. Adhuc ãt si maioris corꝑis maior grauitas: eius qō ē. i. b. maior grauitas erit q̃. z. b. Quare finiti grauitas erit maior q̃ ifiniti: ⁊ iequaliū magnitudinū cadē grauitas erit: inequale .n. finito ifinitū.



47 ¶Et verificatio eius est ꝟm q̄ narrabo. Si ergo grauitas corporis infiniti finita. Deinde perscrutemur vtrum sit possibile aut non. ponamus ergo modo corpus infinitum lineam. a. b. Et sit sua grauitas. c. Et extrahamus a corpore infinito magnitudinem finitam: ⁊ sit. b. d. Et grauitas ei⁹ sit. b. Erit ergo grauitas. b. mior grauitate. c. grauitas ergo minoris corporis minor est grauitate maioris corporis. Et numeremus maiorem per minorem sit similis ei in grauitate quousq3. Et similiter numeremus corp⁹ maius per minus scil3 per corpus. b. d. corpus. b. 3. ¶Possibile est enim extrahere a corpore infinito quodcūq3 voluerit extrahēs extrabere. Erit ergo proportio. b. ad. c. sicut proportio. b. d. ad. b. 3. ⁊ hoc volebam⁹ declarare.





¶Uult declarare q̄ omne corpus graue aut leue infinitum necessario habet infinitam grauitatem aut leuitatem: ⁊ potentia huius demonstrationis est in syllogismo hypothetico sic formato. Si corpus infinitum habens motum rectū sit: necessario habet grauitatem aut leuitatem infinitam. Sed neq3 grauitas neq3 leuitas est infinita ergo. Neq3 corpus habens motum rectum est infinitum. Sed q̄ constructio ⁊ similiter destructio non sunt manifeste per se incepit declarare continuationem per viam ducentem ad impossibile. Deinde declarauit destructionem ⁊ dixit (sit ergo grauitas corporis infiniti finita). i. ponamus contradictoriuz eius quod est q̄ corpus infinitum habet potentiam infinitam. Deinde quaeremus vtrum sit impossibile aut non. ponamus ergo corpus graue infinitum ⁊ sit. a. b. ⁊ sit grauitas finita existēs in hoc corpe linea exiens ab ea. scz. c. ⁊ accepit loco granitatis lineam quoniam linea est diuisibilis. D. d. (⁊ extrahamus a corpore infinito magnitudinem finitā ⁊ sit. b. d). i. ⁊ secemus ex corpore infinito corpus finitum ⁊ hoc possibile est. Ul. g. secemus ex linea. a. b. que est infinita lineaz. b. d. finitam: ⁊ hoc quod dixit possibile est in aliquo infinito: siue sit finitum in vna parte siue infinitū ex omnibus partibus. D. d. (⁊ sit grauitas eius linea. h.) . i. ponam⁹ grauitatem istius corporis finiti lineam. b. deinde dicit (erit tunc. b. minor. c). i. q̄ ex hoc sequitur necessario q̄ grauitas corporis finiti quod est. b. d. scilz. h. ē minor grauitate corporis infiniti quod est. a. b. scilz. c. D. reddit causam in hoc ⁊ dixit (grauitas enim corporis minoris est minor grauitate maioris corporis). i. q̄ cū manifestum est q̄ grauitas partis est minor grauitate totius. Finitum autem est pars infiniti. Manifestum est q̄ grauitas finiti est minor grauitate infiniti. Deinde dixit: (⁊ similiter numeremus grauitatem maiorem per minorem ⁊c.) mensuremus grauitatem maiorem per minorem multotiens. i. duplicemus minorem grauitatem multotiens quousq3 sit equalis grauitati maiori ⁊ maior minori. D. d. (⁊ similiter numeremus corpus maius per minus ⁊c). i. ⁊ cuz imaginati fuerimus mensurationem maioris per minoreꝫ grauitatem quousq3 consumatur manifestum est q̄ mensuram⁹ etiam per corpus minus in quo est grauitas minor. s. corp⁹. b. d. magnitudinē ex corpore finito maiori finitaz q̄ qdē ē. b. 3. ¶Possibile est enī secare ex corpore infinito ꝟm mensurā minoris infinities necessario ergo cum peruenimus ad grauitatē eq̄lē grauitati corpis infiniti pueniem⁹ ad corp⁹ finitū: ⁊ hoc ītēdebat cū dixit (possibile ē ēt extrahere a corpe infinito qōcūq3 voluerit extrahens extrahere in eo) i. possibile est. n. diuidere ex eo equali minori corpori ⁊ non cessare ꝺ quousq3 pueniam⁹ p̄ punctū ad grauitatē . c. q̄ ē infiniti: ⁊ ad corpus finitū qō sit pars corporis infiniti. Cum n. addītio ꝓcedat supra corp⁹ minus infinitū ⁊ potētia augmētaē p augmētationē ei⁹: necessario pueniem⁹ ad corp⁹ finitū. s. cū pueniem⁹ ad potētiā equalē potētie. c. quā posuimus infiniti. D. d. Erit ergo proportio. b. ad. c). i. ⁊ pōamus corpus ad quod peruenieꝫus p̄ duplicationē corporis. b. d. miozis corp⁹. b. 3. Grauitas g̃. istī⁹ corpis nēcio ē grauitas. c. q̄ erat infiniti. Erit. n. ꝓportio grauitatis. h. q̄ ē grauitas corpis infiniti eadē cū ꝓportiōe corpis finiti eadez ꝓportione corporis minoris qō est. b. d. ad corp⁹ finitū maius

47

ius quod est .b.z. Et ꝑm permutationem proportionis erit proportio grauitatis .h. ad corpus .b.d. sicut proportio grauitatis .c. ad corpus .b.z. sed grauitas .h. est totius corporis .b.d. minoris ergo grauitas .c. est totius corporis .b.z. maioris. sed iam posuimus istam grauitatem esse corporis infiniti: erit ergo grauitas eadem corporis infiniti ⁊ finiti insimul quod est impossibile. Et hoc intendebamus declarare sed inducit hoc impossibile post hoc. Et ipse ponit q̄ cum duplicata est minor grauitas quousq; perueniat ad equale grauitati maiori necessarium est vt perueniat apud duplicationem ad corpus finitum. Deinde declarauit ꝑm viam proportionis q̄ necessarium est q̄ grauitas maior sit omnium partium istius corporis finiti. s. grauitas .c. sit corporis .b.z.

¶ Nihil autem differt grauitates commensuratas esse: aut incommensuratas esse. Etenim non commensuratis existentibus eadem erit ratio. puta si .b. grauitas ter mensurans excedit .c. grauitatem. Magnitudinibus enim .b.d. trib⁹ totis sumptis maior erit grauitas q̄ ꝙ in quo .c. quare idē erit impossibile.

48 ¶ Reuertamur etiam ⁊ dicamus q̄ si magnitudo corporum sit ꝑm grauitatem eorum. Et grauitas minoris corporis sit minor: ⁊ grauitas maioris corporis sit maior: erit grauitas infiniti ⁊ corporis finiti equaliter: quod est impossibile. Et etiam si grauitas maioris corporis est maior grauitate corporis minoris. erit grauitas .b.z. h. maior grauitate .b.z. Erit ergo grauitas corporis finiti maior grauitate corporis infiniti. Et erit grauitas etiam corporum inequalium in magnitudine eadem: quod est impossibile.

48 ¶ Vult demonstrare quot impossibilia existentia in hac cōclusione sunt: ⁊ numerare etiam impossibilia contingentia huic positioni: ⁊ quibus principijs contradicit hoc impossibile: ⁊ dixit. (Reuertamur modo ⁊ dicamus) idest ⁊ cuz declaratum est q̄ sequitur ab hac positione inueniri grauitatem infinitam in corpore finito ⁊ infinito. reuertamur ergo ⁊ dicamus impossibilia consequentia ab ista conclusione. Cum enim notum est per se q̄ magnitudo corporum est ꝑm eorum grauitatem scilicet q̄ corpora superant se in grauitatem ꝑm exuperationem eorum in magnitudine: maxime eiusdem speciei. Et quia grauitas minor est minoris corporis ⁊ maior maioris: ⁊ econuerso etiam scilz q̄ corpus minus habet minorem grauitatem: ⁊ maius maiorē. Manifestum est q̄ sequitur ab ista predicta positione contradictorium horum principiorum scilicet q̄ potentia maioris corporis ⁊ minoris sit eadem idest equalis immo impossibilius q̄ potentia finiti ⁊ infiniti sit equalis que est maior duplicibus infinitis. Deinde incepit dicere aliud impossibile consequens ab hac positione inopinabilius ⁊ dixit (⁊ etiam si grauitas maioris corporis sit maior grauitate minoris corporis ⁊c). idest manifestū est per se sicut dixim⁹ q̄ corporis maioris maior est grauitas grauitate minoris corporis: manifestum est q̄ possibile est duplicare corpus minus quousq; aggregetur corpus maius corpore finito: cuius grauitatem inuenimus equalem grauitati corporis infiniti. Et cum ita sit manifestum est q̄ corporis huiusmodi grauitas est maior grauitate corporis cuius grauitas est equalis grauitati infiniti. Sit ergo hoc corpus .b.z.h. ⁊ .b.z. quod est minus .b.h. est illud in quo secutum est in sermone predicto vt grauitas eius sit equalis grauitati corporis infiniti. Et cuz grauitas magnitudinis .b.z.b.h. sit maior grauitate magnitudinis .b.z. Grauitas autem magnitudinis .b.z. est equalis grauitati corporis infiniti: ergo grauitas .b.h.z. finita est maior grauitate infiniti non tamen equalis quod est impossibile. Et hoc reducitur in hoc. s. q̄ grauitas corporum diuersorum sit eadez quod est impossibile: quapropter dixit post (⁊ etiaz erit grauitas corporum inequalium eadem).

B 3 h

¶ Adhuc autem etiam contingit commensuratas sumere. Nihil enim differt incipere a grauitate aut a magnitudine. Puta si sumatur commensurata grauitas ei quod est .h.c. que in quo. Et ab infinito auferatur habens grauitatem in quo .b. puta .d.b. .d. vt grauitas ad grauitatem .b.d. ad aliam fiat magnitudinē puta ad .b.z. cōtingit enim infinita existente quātūcunq; ablatum esse. His enim sumptis commensurate erūt magnitudines ⁊ grauitates inuicem.

¶ Et etiam q̄uis corpus sit non consimilium partium: tamen nulla differentia est in eo quod diximus. Sermo enim de ipso similis est sermoni de corpore cosimilium partium. Et possumus recipere de corpe infinito multas partes equales in grauitate sicut fecimus in .b.d. Si ergo volumus ademus: ⁊ si volumus minuemus cum acceperimus ex isto corpore sicut vides in figura ista. 49

¶ Cum non sequatur q̄ grauitas maioris corporis sit maior nisi in eodem corpore consimilium partium: in corporibus autem diuersis non sequitur. V.g. q̄ corpus plumbi est grauius maiore se terreo ⁊ maximo ligneo: quapropter aliquis potest dicere forte corpus infinitum cuius potentia est finita non erit consimilium partium: quapropter non sequitur vt proportio grauitatis ad grauitatem sit sicut partis ad partem. V.g. q̄ si idem corpus continuum cuius altera pars sit terrea: alia lignea: ⁊ alia cuprea. Ari. autem dicit respondendo q̄ nulla est differentia in sequendo impossibile: vel si ponatur hoc corpus esse consimilium partium: vel non. Notum est enim q̄ corpus dividitur ꝑz grauitatem. Et q̄ possibile est nobis dividere ipsum i partes equalis grauitatis: q̄uis non sint equalis magnitudinis: ⁊ q̄ si duplicaremus tales partes in infinitum peruenirem⁹ ad corpus cuius potentia sit equalis cuicunq; potentie finite posite. Et cum ita sit deductum est ad impossibile predictum: ⁊ cum dixit (q̄uis corpus non sit consimilium partiz nulla differentia est in eo quod diximus) potest intelligi q̄ si partes istius corporis infiniti cuius grauitatem posuimus finita sunt dissimiles ad inuicem idest non eiusdem speciei: quoniam cum fuerint dissimiles non augmentabitur in eo scilicet corpore grauitas ꝑm proportionem augmentationis corporis. Sed in primo sermone accepit ipsum augmentari ꝑm eandem proportionem: q̄uis non augmentaretur ꝑm eandem proportionem. Tamen possumus peruenire in eo duplicando ad corpus cuius positio erat equalis cuicunq; potentie posite per se: absq; vsu illius proportionis predicte. Cum enim corpus fuerit dissimiliū ptiū nō cōtingit q̄ proportio illius minoris partis ad maiorem sit sicut grauitatis ad grauitatem: ⁊ ideo dixit. (Possumus enim accipere ex corpore infinito multas partes equales in grauitate) diminuendo ⁊ augendo in partibus diuersis quousq; aggregetur ex hoc habens grauitatem equalem grauitati alterius: ⁊ hoc intēdebat cum dixit. (si q̄. voluerim⁹ addem⁹ ⁊ si voluerim⁹ diminuem⁹. q

igitur. d. quod bene possumus accipere ex corpore cuiꝰ ptes sunt equales in actu: quoniam in nobis est diminuere ⁊ addere in eo quod accepimus. Et hec demonstratio fundata est in eo quod declaratum est in primis analecticorum .i. qꝫ falsum impossibile non sequitur ex falso possibili. qui cunqꝫ enim ponit hoc sine diminutione est falsū possibile.

¶ Nec vtiqꝫ magnitudinem omiomeram esse aut anomiomerā nihil differt ad demonstrationeꝫ. sp enim erit sumere equaliter grauia corpora ei qō ē b. d. ab infinito: quantacunqꝫ autem auferentes aut apponentes. Quapropter manifestum ex dictis: quoniaꝫ non est infiniti corporis finita grauitas infinita igitur. Si igitur hoc impossibile ⁊ infinitum aliquod esse corpus impossibile.

50. ¶ Manifestum est igitur ex hoc quod dirimus qꝫ impossibile est qꝫ grauitas infiniti sit finita. si ergo impossibile est vt sit finita necesse est vt sit infinita. si ergo impossibile est vt sit ⁊ hoc est impossibile. s. grauitatem esse infinitam impossibile est corpus esse infinitum.

50 ¶ Cum declaratum est qꝫ impossibile est corpus esse infinitum habens grauitatem infinitam: ⁊ necessarium est vt oē graue sit aut finitum aut infinitum: necesse est si corpus sit infinitum: vt sua grauitas sit infinita. Et si post hoc declaratum fuerit qꝫ impossibile est esse grauitatem infinitam: erit manifestum corpus esse finitum.

¶ Sed adhuc quoniam infinitam esse grauitatem impossibile est ex his manifestuꝫ. si enim tanta grauitas. tantum in hoc tempore mouet: maior tantū ⁊ adhuc in minori. Et analogiam quā grauitates habent: tempora econuerso habebunt. Puta si media grauitas in hoc duplum in medietate eiꝰ.

51 ¶ Et etiam dicemus qꝫ impossibile est esse grauitatem infinitam: ⁊ demonstratio eius est ex hoc quod dicemus. Et est qꝫ si quantitas huius grauitatis mouetur per hoc spacium in hoc tempore. Mouebitur alia quantitas grauitatis in minori tempore ⁊ etiam in minimo tempore. Dicamus modo qꝫ coniunctio temporum ad inuicem est ꝺz cōiūctionē grauitatis ad inuicē. sz cōiūctio tēpoꝝ differt a cōiūctiōe grauitatis. si enī medietas grauitatis mouet ꝑ aliqō spaciū in aliquo tpe. Mouebitur duplum illiꝰ grauitatis finite per illud spacium per medietatem illius temporis.

51 ¶ In hoc sermone narrauit vnam propositionem huius demonstrationis. ponit enim qꝫ cum aliqua grauitas mouetur per aliquod spacium in aliquo tempore: ⁊ posuerimus aliam grauitatem maioreꝫ contingit qꝫ mouebitur ꝑ illud spacium in minori tempore: ⁊ qꝫ proportio grauitatis maioris ad minorem est: intendebat cuz dixit (sed coniunctio tamen temporum differt a coniunctione grauitatis) ⁊ dixit (mouebitur alia quantitas maior: puta per illud spaciū primuz in minori tempore). D. d. (Et etiam in minimo tempore). i. ⁊ cum acceperimus tertiam quantitatem maiorem secunda inueniamus eam moueri per illud idem spacium in tempore minori secundo: ⁊ similiter de quarto: ⁊ sic in infinitum. Et cum posuit qꝫ hoc accidit. s. grauitas ⁊ leuitas ꝺm paruitatem ⁊ magnitudineꝫ in corporib⁹ diuersis: quando mouebuntur in eodem medio: incepit dicere qꝫ apparet hoc ex sensu qꝫ necesse est in his grauitatib⁹ qꝫ proportio grauitatis ad grauitatem sit sicut temporis ad tempus ⁊ dixit (qꝫ coniunctio temporis est ꝺm ⁊c). i. cum coniunxerimus tempora ad inuicem inueniemus proportionē inter ea sicut proportio grauitatis ad inuicem: sed tamen proportio grauitatis ad minorem non est sicut proportio maioris temporis ad minus sed econuerso vt dirimus.

¶ Adhuc finita grauitas omneꝫ finitam mouet in quodam tempore finito. Necesse igitur ex his si qua est infinita grauitas moueri quidem ꝺm tantum quantum finita: ⁊ adhuc non moueri quideꝫ. Eo qꝫ proportionabiliter oportet ꝺm excellentias moueri. Contrarie autem maior in minori. Proportio autem nulla est infiniti ad finituꝫ. Minoris autem temporis ad maius finitum: sed semper in minori. Minimum autem non est.

¶ Et etiam grauitas finita mouetur per omne spacium finitum in tempore finito. Et cuz ita sit si grauitas infinita inueniatur: necesse est: vt aut moueatur: aut non. si igitur mouetur per aliquod spaciū mouetur ꝺm motum quantitatis grauitatis finite: sed tamen mouebitur per illud spacium in minori tempore. Grauitas enim mouetur in velocitate ⁊ tarditate ꝺm magnitudinem corporis. Cuz eniz corpus fuerit magnum tunc grauitas mouebitur in minori tempore. tempore motus grauitatis minoris corporis. Tempus autez minus attribuitur grauitati maiori. ⁊ iam dirimus superius qꝫ grauitas infinita omnino non mouetur. Nulla eniz cōparatio est inter grauitatem finitam ⁊ infinitam. Vaz grauitas finita mouetur per spacium finituz in tempore finito. 52

¶ Dicamus qꝫ principiorum positorum ad declarandū hoc est: qꝫ omnis grauitas finita pertransit spacium finituz in tempore finito. Deinde dixit. (Et cum ita sit si inueniatur ⁊c). ⁊ cum he propositiones fuerint concesse: ⁊ coniungatur eis grauitatem esse infinitam: necesse est vt moueatur: ⁊ vt non moueatur. Mouebitur per primam propositionem. Et non mouebitur propter impossibile quod sequitur ad ponendum illaz mobilez. Deinde incepit declarare quo modo contingit vt non moueatur: ⁊ dixit (si ergo moueatur per aliquod spacium ⁊c). i. qꝫ si grauitas infinita contingit vt moueatur per spacium equale spacio per quod mouetur grauitas finita continget vt moueatur per ipsuz in aliquo tempore: cuius sit valde minimum: omne enim motuz mouetur in tempore. Deinde incepit notificare quo modo sequitur ab hac positione vt moueatur ⁊ non in tempore finito oīno. ⁊ quod positū est mobile ⁊ īmobile: ⁊ dixit (grauitas enī mouet in velocitate ⁊ tarditate ⁊c). i. necesse ē vt grauitas īfinita moueat ⁊ nō moueat ex .b. velor enī ē qꝫ ī tpe minori mouet in q̄ mouet tardū: ⁊ corꝑ grauiꝰ velocius est minori: ⁊ ꝓportio grauis ad graue est sic proportio tarditatis ad velocitatē: ⁊ sic ꝓportio tpis ad tps. s. qꝫ tpis minoris ē maior grauitas: ⁊ qꝫ ꝺz magnitudinē eiꝰ ē puitas tpis. D. d. (Et iā dirimꝰ supius ⁊c). i. cū positū ē qꝫ proportio grauitatis ad grauitatem in grauib⁹ mobilibus est sicut proportio temporis ad tps si posita fuerit grauitas īfinita manifestum erit ex eo quod dirimus. s. qꝫ si potentia fuerit infinita ⁊ grauitas: omnino non mouebitur: omne enim quod mouetur mouetur in tempore. Et omne tps hz ꝓportionem ad aliud tempus maiꝰ q̄ est sicut

proportio

ꝓportio grauitatis ad grauitatem: sed cum inter grauitatem finitam ⁊ infinitam nulla sit proportio. ꝓtinget vt nulla proportio sit inter duo tempora: quapropter in nullo tēpore mouebitur infinitum: ⁊ hoc intendebat cuz dixit (nulla enim est ꝓportio ⁊c. D. v. (Nam grauitas finita mouebitur per spaciuz ⁊c). i. grauitas finita mouetur per omne spacium finitum in tempore finito. Infinita autem grauitas in nullo tempore mouetur per spacium: quod est impossibile. declaratū est enim in. vj. phisi. q̄ omne quod mouetur in tempore mouetur: ⁊ omne tempus est diuisibile.

¶ Neqz si esset: que vtiqz esset vtilitas. Alia enim contra finita sumeretur in eadem proportione in qua infinita ad alteram maiorem. Itaqz inequali tempore equalem vtiqz moueret infinita finite. sed impossibile est. sed adhuc necesse siquidez in qualicunqz tempore finito mouet infinita: ⁊ aliam in hoc ipso finitam grauitatem mouere quandam finitam.

¶ Grauitas autem infinita non mouetur omnino
52 per illud spacium neqz in minori tempore. Et si moueret nihil proficeret in ponendo q̄ grauitas infinita mouetur. Quoniam si ita esset: esset alia grauitas finita que moueretur per illud quo mota est grauitas finita ⁊ infinita moueantur per idem spaciū in eodē tpe: quod est impossibile. si enim grauitas infinita moueretur per aliquod spacium in aliquo tempore finito grauitas perambularet idē spaciū in illo tempore quod est impossibile.

¶ Cum declaratum est q̄ si sit grauitas infinita necesse est
53 q̄ moueatur in instanti quod est impossibile. Vult declarare etiam q̄ sequitur impossibile: cuius concesserimus q̄ mouetur per spaciuz in tempore: ⁊ hoc intendebat cum dixit (⁊ si moueretur nihil proficeret). i. si concesserimus q̄ grauitas infinita pertransit spacium finituz in tempore: nihil proficiet eis qui volunt ponere possibile. s. q̄ grauitas infinita possibile est vt moueatur: ⁊ q̄ non sequitur impossibile ex ponendo ipsam esse mobilem. D. v. Impossibile quod sequitur ex positione eius quod est grauitatez est infinitam ⁊ mobilem: concedendo q̄ motus eius est in tempore: ⁊ dixit (q̄ si ita esset: cēt alia grauitas magna ⁊c). i. q̄n si posuerimus grauitatem infinitam moueri per spatiū finitum: in tempore finito: erit possibile inueniri grauitatez finitam que moueretur per idem spacium in eodem tempore quapropter contingit inueniri grauitatem finitam ⁊ infinitam que moueretur per idem spacium in eodem tempore: quod est impossibile. Deinde incepit dicere quomodo inuenitur hoc impossibile: ⁊ dixit. (Si enim grauitas infinita ⁊c). i. ⁊ hoc contingit quia si posuerimus q̄ grauitas infinita pertransit spacium finitum in tempore finito possibile erit inueniri aliquam grauitatem finitam pertranseuntē per idem spacium in illo eodem tempore. Et hoc quod dicit apparet ſm viam proportionis: quoniam cum posuerimus grauitatem paruam finitaz necessario pertransibit illud spacium in tempore maiori tempore in quo pertransibit ipsum grauitas infinita. Cum ergo acceperimus ex grauitatibus aliquam cuius proportio ad istam grauitatem finitam sit sicut proportio minoris temporis ad maius. s. tēporis in quo ptransiuit spacium grauitas infinita: ad tempus in quo pertransiuit minor grauitas illud spacium: necesse est vt ista grauitas maior finita. s. cuius proportio ad minorem grauitatem est sicut ꝓportio minoris temporis ad maius secet illud spacium pertranseundo in tempore in quo pertransiuit ipsum grauitas infinita quod est impossibile.

¶ Impossibile quidem igitur infinitam cē grauitatem: silr aūt ⁊ leuitatem ⁊ corpora infinitam grauitatē habentia ⁊ leuitatē impossibile. Quod quidez igitur nō est infinitū corpus palam ⁊ si hoc modo: speculatio de ipso fiat per rōnes pticulares. Et si vlr cōsideretur: non solum ſm rōnes eas que in dictis a nobis circa principia. Determinatuz est enim vbi vniuersaliter prius de ifinito: quomodo est: ⁊ quomodo non est: sed ⁊ nunc alio modo.

¶ Ostensum est ergo ⁊ declaratū q̄ impossibile est 54
esse grauitatem infinitam: similiter ⁊ leuitatem infinitaz. Et dū ita sit manifestū est q̄ neqz corpora leuia aut grauia possunt cē infinita. Et ēt declaratū est ex his sermonib⁹ particularib⁹ corpus nullo modo posse esse infinituz. Et ēt declaratū ē vlr ex his in libro quē fecimus de principijs mūdi. Illic n. dixim⁹ qūo corp⁹ ē finitū: ⁊ qūo infinitū. hic autē dixim⁹ ſm alium modū ⁊ ſm speciem.

¶ Recapitulabat ea q̄ dixerat. s. q̄ nulla est grauitas infi- 54
nita: ⁊ q̄ eandē demōstrationē hz grauitas: ⁊ leuitas: ⁊ cū sit declaratū etiaz q̄ si corpus infinitū graue ⁊ leue inuenia tur: necesse est vt grauitas aut leuitas eius sit infinita. manifestū est ex his duobus fundamentis q̄ corp⁹ graue aut leue infinitum impossibile est esse: ⁊ hoc intendebat cum dixit (manifestum est q̄ impossibile est vt sint corpora grauia aut leuia infinita). i. q̄ cum hec propositio. s. q̄ grauitas aut leuitas impossibile est vt sit infinita coniungatur propositioni hypothetice que prius declarata est scilz q̄ si corpus graue aūt leue sit infinitum necesse est vt grauitas eius aut leuitas sit infinita: manifestum est q̄ corpora grauia aut leuia impossibile est esse infinita. Et quia ex hoc apparet q̄ omnia corpora sunt infinita. corpora enim simplicia sunt tria ⁊ in vnoquoqz eorum determinatum est quod finitum est. Omne igitur corpus est finitum: ⁊ quia mundus conflat ex his simplicibus finitis quantitate ⁊ numero: ergo mundus necessario finitus est. Et quia hoc declaratum est in phisicis alio modo demonstrauit hoc ne aliquis existimaret esse repetitionez eiusdem: ⁊ dixit. (Et etiaz declaratum est ex his sermonibus particularibus ⁊c). i. dicamus etiam q̄ differentia inter hanc demonstrationem quam diximus in libro in quo diximus propositiones vniuersales entium est q̄ hec demonstratio est particularis. Illa aūt vlis. s. q̄ qō hic ē pticularis ⁊ illic vlis. Deiñ dedit modū p quē demōstratio fuerit illic vlis: ⁊ hic particularis. Et dixit (illic enī diximus qūo corpus est infinitū ⁊c) i. quare in phisicis ꝓsideravim⁹ de infinito: ⁊ declaravim⁹ quomodo potuit cē: ⁊ qūo nō. In potentia qdē. In actu āt nō. Hic aūt declaravim⁹ q̄ idē mūdus est finitus in actu: q̄ ēt ꝓpositiones p quas fuit hoc declaratū illic sunt vniuersaliores istis. Et ēt subiectū est vniuersalius illic: subiecto hic. Illic enī declaratum est q̄ impossibile est inueniri corp⁹ nāle simplr infinitū cuiuscūqz fuerit nāe. Hic aūt declaratū est q̄ iste mūdus finitus est ens in actu tū: ⁊ b fuit declaratū p ea q̄ sūt ꝓpria vnicuiqz corpi: ⁊ illic p vlia. ⁊ b ītēdebat cū. v. (b aūt dixim⁹ ſm spēm ⁊ aliū modū). i. hic aūt dixim⁹ hāc qōnē speciali ⁊ magis ꝓprie q̄z in priori loco ⁊ ſm alium modum demonstrationis.

¶ Post hoc aūt intēdēdū vtz si nō ifinitū qdē corp⁹ qō oē: sed tñ adhuc tātū vt possint celi cē plures. Forte enī vtiqz qs hoc dubitat: qm̄ quēadmoduz q̄ circa nos mūdus constitutus est: nihil prohibet ⁊ alios esse plures quidem vno: non tñ infinitos.

55. ¶ Voluimus etiam perscrutari alio mō de mundo vtr sit vnus aut plures dicendo q̄ si impossibile ē vt corpus vniuersale sit infinitū possibile est cōplures esse celos. Forte igitur aligs perscrutabitur de hoc ⁊ queret ipsum finitum dicendo sicut mundus continens nos est ens permanēs: non est prohibitum quin etiam sint alij mundi plures vno: nō infiniti in multitudine.

55 ¶ Cū declaratum sit q̄ partes istius mundi sint terminate numero ⁊ etiam finite: declaratum est necessario q̄ iste mūdus est finitus ⁊ q̄ anima non desiderat magis post hoc q̄z scire vtr sit finitum aut infinitū. ſ. scire vtr sit vnus aut plures dixit: q̄ vult perscrutari de hac questione: ⁊ vult studere in ea ꝓpter nobilitatem illius. Et q̄ est principium magnum in positione principioꝝ mundi: mundi enim si essent plures principia essent plura: dixit (ēt si impossibile est vt corpus vniuersale sit infinitum possibile est vt celi sint plures). i. potest aliquis querere ⁊ dicere q̄ q̄zuis sit declaratum q̄ corpus quod est totum istius mūdi impossibile est vt sit infinitū: quid ergo prohibet vt sint plures mundi. Quoniā celū de trib⁹ modis dicitur. Dicitur enim de toto mundo: ⁊ etiam de corpore rotūdo celesti: ⁊ etiam de superiori orbe: ⁊ hoc in lingua grecoꝝ ꝑm q̄ arist. dicit post. D. d. (Nō infiniti in multitudine) declaratum est eni vniuersaliter q̄ hoc impossibile est. ſ. corpus infinitum esse in actu. D. d. (Sicut mundus continens ⁊c). hec est rōcinatio accepta extrinsecus: ⁊ non per se: ⁊ mouet hominez naturaliter ad perscrutandum de hoc: ⁊ dat superficialiter ꝟ quasi esset possibile. Videmus enim q̄ de indiuiduis pluribus inuenitur plus q̄z vnum: quapropter aliquis existimat hoc de mundo: cum mūdus sit vnū indiuiduuz: ⁊ vulgus opinatur esse possibile: ⁊ plures antiquorum existimauerunt hoc esse necessarium.

¶ Primū aūt vniuersaliter dicamus de infinito. Necesse itaq̄z corpus oē aut infinitū eē aut finitū. ⁊ si infinitū: aut anomiomerꝝ totū: aut omiomerꝝ: ⁊ vtiqz si anomiomeruz: aut ex finitis speciebus: aut ex infinitis.

56. ¶ Sed tamen oportet nos icipere: prius ⁊ perscrutari quid est corpus infinitum. Et dicam⁹ q̄ oē corpus aut est finitū aut infinitū: aut totuz erit cōsimilium partium: aut dissimilium partium. si non cō similiū: aut erit ex forma finita: aut ex forma ifinita

56 ¶ Cum declaratū est q̄ mundus est finitus: deiñ voluit declarare vtr sit vnus aut plures ⁊ iam declarabat in libro ꝓdicto de infinito specialiter. ⁊ illud quod declaratum fuit illic de esse infinitū in potētia: fuit perfectum ⁊ bene dictū. Oē aūt corpus naturale in actu ⁊ infinitum impossibile eē declaratum est etiam illic vlr: sed q̄ illic non declaratum fuit ab eo q̄ sunt corpora simplicia: neqz q̄ sunt loca nālia neqz q̄ quodlibet illoꝝ est finitū ꝓprie sicut est declaratum hic. Et fundamentū demonstrationis in ea est sup hoc q̄ si inueniatur corpus infinitū: aut erit compositus: aut simpler. Hic autem declaratum est ab eo q̄ sunt species simplicium corpoꝝ: ⁊ etiam declaratum est in vnoquoq̄z coꝝ ipsum esse finitum. sed q̄ ita est vidit q̄ si iterauerit illā demonstrationem quā indurit in predicto libro erunt propositiones eius magis confirmate: ⁊ erit demonstratio ei⁹ perfectior ⁊ proprior in hac questione. ideoq̄z dixit (sed tñ opz prius perscrutari quid est corpus infinitum). i. ⁊ cum puemus ad hoc de cognitione ſpecierum corporum mundi: ⁊ q̄ vnumquodq̄z eorum est infinitum: oportet nos ante q̄z perscrutemur vtrū sit vnus. ſ. opz nos iterare perscrutationez vniuersalem. ſ. vtrum corpus infinitum sit simpler aut compositum. Declaratio enim istius intentionis ē firmior declaratione predicta. Deinde incepit diuidere syllogismum hypotheticum disiunctum: ⁊ est idem cum eo q̄ ē in phisicis sed firmior: ⁊ dixit (omne aūt corpus aut finitū aut infinitum) si infinitum: aut simpler aut compositus. si compositum: aut ex simplicibus finitis in specie ⁊ forma aut infinitis in specie. ⁊ hoc intendebat cum dixit (aut erit forma finita aut infinita).

¶ Quod quidem igitur non possibile est ex infinitis manifestum si quis nobis sinat manere primas hypotheses. Finitis enim primis motib⁹ entibus necesse ⁊ species simplicium corporū esse finitas. simpler quidem enim qui simplicis corporis motus. Simplices autē finiti motus sunt. necesse autem semper motum habere omne corpus phisicum: q̄z tamen si quidem ex finitis erit infinitum necesse ⁊ partium vnāquāq̄z esse infinitam. Dico autez puta aquam aut ignem: sed impossibile. Ostensum ē enim qm̄ neqz grauitas: neqz leuitas est infinita.

¶ Dicam⁹ ergo q̄ impossibile ē vt sit ex formis infinitis: ⁊ hoc māifestū ē ei q̄ cōcesserit ⁊ cōcepit ꝓ positiōes predictas positas ⁊ syllogismos cōuenientes fundamentis. Dicamus igitur si primi mot⁹ infiniti sunt erunt corpoꝝ simpliciū forme ēt infinite necessario. Nā mot⁹ corpoꝝ simplicium simplices sunt. Motus autē simplices sunt finiti. Et oē corp⁹ naturale hz motū necessario. Dicam⁹ ergo q̄ si corpus infinitū sit ex formis finitis: erit quelibet partiū eius infinita necessario: vt aqua ⁊ ignis qō ē impossibile oino. Jam enim declarauimus q̄ neqz grauitas: neqz leuitas sunt infinite.

57

¶ Cū dixit modos oēs destruendi sui syllogismi: icepit destruē quēlibet eoꝝ vt ꝙcluderet hoc qō intendit: tñ tacuit ꝟ qō manifestū est eē destructū: ⁊ filr tacuit ꝟ qō est iaz iteratū: ⁊ hoc nō est vnus syllogism⁹ sed plures hypothetici. q. ergo. d. q̄ omne corpus aut est finitum aut infinitum. manifestū est q̄ si impossibile fuerit eē infinituz necessario erit finitum. D. d. (Sed si fuerit infinituz aut erit simpler aut compositum) sed simpler impossibile est eē. omne eni simpler: aut est graue: aut leue: aut neutrum. Declaratū ē aūt q̄ quodlibet coꝝ est finitū: si nō est simpler necesse est compositū: si ꝙpositū ⁊ ifinitū: aut ex simplicibus: ⁊ ifinitis in spē: ⁊ oīa ea erūt finita i magnitudīe: aut ex finitis i spē: ⁊ q̄dā coꝝ aut oīa hmōi. ſ. ifinita in magnitudīe. sed ipossibile est vt sit ex simplicibus infinitis in spē. Jam eni declaratū est q̄ modi simpliciū corpoꝝ tres sunt. filr impossibile ē ēt vt vnum eorum aut plura vno sint infinita: q̄z declaratum est q̄ oīa simplicia sunt finita. Corpus igitur infinitū ipossibile est simpler eē aut ꝙpositum: ⁊ oē corpus aut est simpler aut ꝙpositū: necessario tale corpus nō erit. D. d. (ex formis ifinitis). i. ex corporibus simplicibus ifinitis. D. d. (⁊ hoc māifestū est illi q̄ ꝙcesserit ⁊c). i. ⁊ eē corpoꝝ simpliciū finita in spē ⁊ forma manifestū est ei cuius nā est cō phēsiua ꝓmas ꝓpositiōes q̄s diximus: ⁊ cognouerit modos syllogismoꝝ q̄s posuimus ꝙcludentes recte: ⁊ ꝟ ītēdebat cū dixit (⁊ syllogismos ꝙuenientes i situ fūdamētis). i. positos i figura ꝙuenienti positione primis ꝓpositionibus in veritate. D. d. (Propositiones ex quibus apparet corpora simplicia eē finita) ⁊ dixit (dixim⁹. n. si ꝑmi mot⁹ ⁊c). i. ⁊ vnus sermonū quos prius posuimus ad declarandū: ꝟ est q̄ si motus simplices sint finiti: necesse est vt forme corpoꝝ simpliciū sint finite. Deinde dat cām ꝙsequētie. d. (motus enim

57

enim ſimpliciū corpoꝝ ſunt ſimplices).i.qñ neceſſe eſt vt
glibet modoꝝ ſimplicium habeat motū ſimplicē:cū oē cōꝝ
pus nāle hz motū:⁊ in corpore ſimplici nō inueniaē motuſ
ꝓpoſitus:⁊ cū dedit cām iſtius ꝓtinuationis poſuit antece-
dens ⁊ ꝓcluſit ꝓſequēs :⁊ dixit(motus enim ſimplices ſūt
finiti).i. iam declaratum eſt ſuperius q̄ motus ſimplices
ſunt finiti imo treſ tñ. Et cū ita ſit neceſſe eſt vt corpora ſim
plicia ſint finita. Et ħ̄ qō dixit q̄ oē corp⁹ nāle hz motū ne
ceſſario: dixit hoc ne aliquis diceret q̄ nō ſequiē vt nume-
rus corpoꝝ ſimplicium ſit ꝑm numerū motuū:qz eſt impoſ
ſibile corp⁹ naturale ſimpler eē immobile.ſ.ſemp quieſcēs.
Ipſe vō dicit quaſi reſpondendo q̄ hoc eſt impoſſibile ꝑm
fundamenta poſita in hac arte. Et ſi fuerit hoc poſſibile in
toto illius corporis ſimplicis nō erit poſſibile in partibus
ſicut eſt terra que ꝑm totū eſt geſcēs:tñ hz partes eſt mobi
lis. D. v.(Si corpus infinitum eſt ex formis finitiſ ⁊c).i.
⁊ cū declaratuz eſt q̄ modi ſimpliciū ſunt finiti in numero
ſi aliquod corp⁹ inueniatur compoſitum ex eis infinitum:
neceſſe eſt vt hec ſimplicia ex quibus componitur ſint infi-
nita in magnitudine:cū ſint finita in ſpecie.ſ.q̄ vnum eoꝝ
aut plura vno ſint infinita in magnitudine:cū ſint finita in
ſpecie.ſ.q̄ vnū eoꝝ aut plura vno ſint infinita in magnitu-
dine:cū ſint in ſpē:qñ ſi ſimplicia eſſent finita in ſpecie:⁊ i
magnitudine neceſſario ⁊ cōpoſitum eēt finituz. D. fecit re
memorationem de hoc quod iā declarauit q̄ corpus ſim-
pler infinitum in magnitudine impoſſibile eſt eſſe : ⁊ dixit
(q̄ eſt impoſſibile . iam enim declarauimus ⁊c).i. qñ ſi
corpus ꝓpoſitum fuerit finitum aut erit neceſſario compo-
ſitum ex graui ⁊ leui : aut ꝑm mixtionez: aut ꝑm vicinitatez
partiū paruarum. Corpus enim celeſte nulli eſt elementuz
ſicut ex nullo eſt elemento:⁊ videtur q̄ non dixit qō ſeqūtur
in vnoquoq; eoꝝ ex quibus componitur corpus infinitum
eſſe in magnitudine: niſi qz elementa ſunt ꝓtraria.⁊ cū vnū
eoꝝ ſit infinitū ꝓtinget vt alterꝝ ſit infinitū niſi infinituz cor
rūperet finitum.ſi igitur aliqs dixit q̄ impoſſibile eſt inue
niri corpus ꝓpoſitum infinitum ex elementis finitis in for
ma ⁊ magnitudine: ſed infinitis in numero.i. indiuidua in
uenīri eiuſdem ſpēi infinita. U.g. terre infinite . Dicem⁹ re
ſpondendo q̄ deſtructio iſtius ſermoniſ apparet ex potētia
illius ſermonis. Si enim terre infinite inuenirenē poſſibi-
le eſſet inuenīri ex eis vna terra ꝓtacta. Et additione ad in-
uicem. Et cū ita ſit poſſibile erit inueniri grauitatem infini
tam:⁊ ipſe ꝓpalabit hoc poſt:⁊ declarabit ipſum perfecte
cum determinauerit q̄ locus elementorum eſt vnus nume
ro:⁊ poſt hoc declarabitur q̄ vnus mundus eſt.

¶Adhuc autem neceſſarium infinita magnitudie
eſſe ⁊ loca ipſarum. Quare ⁊ motus infinitos eſſe
oīum. Hoc autem impoſſibile ſi ponamus veras
eſſe primas hypotheſes:⁊ neqz quod deorſuz fer
tur in infinitum contingeret ferri:neqz quod ſur-
ſum ꝑm eandem rationem. Impoſſibile enim fie
ri quod non contingit factum eſſe. Similiter in ta
li:⁊ tanto:⁊ vbi. Dico autem ſi impoſſibile eſt fa-
ctum eſſe album:aut cubitale:aut in egypto:⁊ fie-
ri horum aliquid impoſſibile. Impoſſibile igitur
⁊ ferri illuc:quo nullūz quod fertur poſſibile per
uenire.

58 ¶Et etiam ſi forme ſint infinite ⁊ loca earum erūt
infinita in magnitudine neceſſario. Et cum ita ſit
⁊ motus eorum erūt infiniti quod eſt impoſſibile:
ſi cōceſſerimus ꝓpoſitiones primas .ſ. q̄ corpus
vadens ad inferius impoſſibile eſt vt in infinitum
vadat:⁊ corpus vadens ad ſuperius impoſſibile ē
vt in infinitum vadat. Qm̄ impoſſibile eſt vt ſit qō
impoſſibile eſt eſſe. Hic aūt ſermo ſuſcept⁹ equalr
i quātitate ⁊ qualitate ⁊ ſitu. Et iō dico ſi corp⁹ non
ſit album aut vnius cubiti aut currens impoſſibi-
le eſt trāſmutari i aliquod ex his que dixim⁹. Et
impoſſibile eſt ire ad locum ad quē impoſſibile eſt
peruenire.

¶Vult declarare in hoc capitulo q̄ impoſſibile eſt q̄ aliqō 58
corpus ſimpler ſit infinitum in magnitudine p aliaz demō
ſtrationem cuius ſit vniuerſal⁹ ꝓpoſita:⁊ dixit(⁊ ēt ſi forme
ſint infinite).i.⁊ ſi forme corpoꝝ ſimpliciū ſint infinite
in magnitudine:neceſſe eſt vt loca eoꝝ ſint infinita.⁊ ſi hoc
eſt:motus coꝝ infiniti neceſſario erunt:aut in ipſis: aut i
ſuis partibus. Neceſſe.n. q̄ partes corpoꝝ ſimpliciuz mo
bilium moueanē in infinitum:nō enim moverentur niſi ad
locum totius.cum igiē locus totius ſit infinitus continget
q̄ partes mouebuntur in infinitum.motus autē illius qō
in infinitū mouēē neceſſario eſt infinitus:pars enim mo-
uetur ad totum nō ꝑm q̄ eſt totum ſed ꝑm q̄ eſt in ſuo eſſe
nāli ⁊ locus partis:⁊ locus totius corporis ⁊ partis eſt idē.
Et cum poſuerit q̄ neceſſarium eſt ſi elementa ſint infinita
in magnitudine q̄ motus partium eoꝝ ſint infiniti:dixit(q̄
impoſſibile eſt ⁊c).i.⁊ ponere motum infinitum ipoſſibile
eſt ꝑm q̄ apparet apud illum qui conceſſerit primas ꝓpo
ſitiones quas naturaliter habemus in hoc. Videtur enim
q̄ naturaliter eſt nobis notum q̄ omne motum ꝑm recti-
tudinem non mouetur niſi ad aliqu'd ad quod cum perue-
nerit quieſcat niſi motus eius eſſet ocioſus. Et cum ita ſit
manifeſtum eſt q̄ cū videmus lapidē motū ad inferius :⁊
ignē ad ſupius: ſciemus q̄ nō mouenē niſi ad loca extra q̄
ſunt:⁊ cū peruenerint ad loca illa geſcunt. Videē igiē q̄ b
intendebat cū dixit(ſi nos cōceſſerimus ⁊ cōceperimus ꝓ
poſitiones primas)⁊ ꝑm hanc explanationē erit ſermo eī⁹
.ſ. q̄ corpus vadens ad inferius ⁊ ad ſuperius ipoſſibile ē
vt vadat in infinituz in his ꝓpoſitiōibus:⁊ pōt intelligi q̄
qui conceſſerit ꝓpoſitiōes primas in hoc genere credet q̄
corpus vadens ad inferius aut ad ſupius ipoſſibile ē vt va
dat in infinituz. Et hec explanatio eſt cōueniētior māifeſto
ſermoni ipſius. Poſt enim dat mediū tñ quo declarat ħ̄
ipoſſibile ⁊ dicit.(Impoſſibile enim ē).i. q̄ ponere motū
infinitū eſt ponere mobile ad finem ad quem non poteſt pe-
uenire. Impoſſibile eſt igiē ponere motum infinitū. Im
poſſibile eſt enim incipere eē qō impoſſibile eſt vt ſit:⁊ hac
eadem demonſtratione vtebatur in fine. vj. phyſi. Et cum
dixit ꝓpoſitionem dicentem q̄ impoſſibile eſt vt ſit ipoſſi
bile eſt incipere: incepit verificare hanc propoſitionem in-
ducendo omnia predicata:⁊ dixit(hic autem ſermo ſuſce-
ptus eſt equaliter in qualitate ⁊ quantitate ⁊ loco ⁊ in ſitu)
.i. q̄ hec propoſitio vera eſt in omnibus predicamentis:
vera eſt igitur in vbi ⁊ mouetur ſicut in qualitate ⁊ in alijs
predicamentis. D. dedit exemplum ⁊ dixit ſi impoſſibile ē
vt corpus ſit album neqz vnius cubiti neqz currens termi-
netur: impoſſibile eſt tranſmutari in aliquod ex his que di
rimus).U.g. de qualitate.i. ſi impoſſibile eſt q̄ aliquod
corpus fiat album impoſſibile eſt tranſmutari in album:⁊
ſimiliter ſi impoſſibile eſt q̄ aliquod corpus ſit aliquorum
cubitorum impoſſibile eſt tranſmutari in alia aliqua hora
ineſſe illorum cubitorum:⁊ ſimiliter ſi impoſſibile eſt q̄ ali
quid perueniat currendo ⁊ ambulando ad aliquid non in-
uenitur incipiens currere ad illum locum.

¶Adhuc ſi ⁊ diſcreta ſunt nihil minus continget
vtiqz ex omnibus ignem infinitum eſſe.

¶Et etiā ſi forma corporis ignis inueniatur ſepa- 59
rata ⁊ diſiuncta ad inuicem: vt quidam antiquorū
inquirebant: erit ignis compoſitus ex omnibus di
uerſis formis infinitis

59. ¶ Cum declarauit q̄ impossibile est inuenire corpus simplex infinitum in magnitudine: & q̄ impossibile est inueniri corpus compositum ex eis vnū. Et aliquis potest dicere forte est impossibile inueniri vnum corpus continuū infinitum. Discretum aūt paruū est possibile: vt antiqui dicebant: de corporib⁹ indiuisibilibus: erunt ergo individua ignis infinita & vnumquodq; eor finitū: & cum ita sit dixit respondendo: q̄ contingit impossibile predictum. Nam possibile est ponere istas partes congregatas: quapropter contingit magnitudinem vnam infinitam esse: & sic ꝙtinget infinitaz grauitatem esse. & iam declarauimus hoc impossibile eē: & hoc intēdebat cum dicit (erit ignis compositus ex omnib⁹ diuersis formis infinitis). i. q̄ si partes ifinite separate ab inuicem inueniantur possibile est continuari ad inuicem: & sic proueniet ex eis magnitudo infinita quod est impossibile. Impossibile aūt nō sequitur ex possibili. Illud ergo q̄ ponebatur possibile est impossibile. & cum contingit q̄ possibile sit impossibile: contingit q̄ positio ꝓpter quā possibile fit impossibile sit impossibilis.

¶ Sed corpus erat vndiq; distensiones habens. Itaq; quomodo possibile est plura quidez dissimilia esse. Unumquodq; autem istorum infinituz eē Undiq; enim vnūquodq; oportet infinitum esse..

60. ¶ Et iam diximus superius q̄ corpus vadit p̄ oēs mensuras. si igitur ita sit quomodo erit possibile q̄ plura corpora dissimilia sint infinita: ita q̄ vnū quodq; eorum.

60. ¶ Intendit per oēs q̄titates tres dimensiones que sunt ad medium & a medio & circa medium. i. q̄ cū declaratū est q̄ motus sunt tres: & causa illius est q̄ dimensiones tres sūt & necesse est q̄ corpora simplicia sint ſm numerū motuum simplicium: & q̄ dimensiones etiam sint finite: vt declaratum fuit prius: quomō ergo existimantur corpora dissimilia eē. s. simplicia diuersarum formaz & infinita. Et q̄ in demonstratione predicta non complcuit declarationez in vno quoq; modoz corpoz simpliciū qō impossibile est. s. vt sit infinitum. Sed tamen fecit hoc in simplicibus mobilibus recte. Quoniam cum perscrutatus fuit de corpore infinito & diuisit ipsum in simplex: & compositum: non incepit p̄⁹ complere diuisionem simplicium modorum: & destruere vnumquodq; esse infinitum. D. post hoc destruere corpus compositum esse infinitum vt oz in recto ordine: sed dimisit loqui de modis corporum simplicium: & intendebat destruere hoc in corpore composito: quoniaz in eo est destructio etiam in hoc corporis simplicis. Et hoc est cum dixit q̄ compositum infinitum aut est infinitum q̄ vnūquodq; simplicium ipsius est infinitum in magnitudine: aut q̄ sūt finita magnitudine & infinita specie. Videt igitur q̄ bonus est & rectum facere hoc. Sed q̄ corpus celeste est corporuz simplicium & nullum est compositum ex eo non intrat istā destructionem. s. inueniri corpus infinitum corporum simplicium que sunt elementa corporum compositorum: qua propter reuertitur hic ad complendum modos corporum simplicium: & ad declarandum ex predictis q̄ impossibile est q̄ aliquod illorum sit infinitum in magnitudine: siue sit elementum: siue compositum: siue non.

¶ Sed adhuc neq; totum omomerum contingit esse infinitum. Primum quidem q̄ non est alius preter istos motus: habebit igitur vnum horum. si autem hoc accidet aut grauitatem infinitaz aut leuitatem infinitam esse. sed adhuc non possibile corpus quod circumfertur. Impossibile enim infinitum circūferri. Nihil enim differt hoc dicere q̄ celum dicere infinituz esse. Hoc autez ostensuz est q̄ non est possibile.

¶ Et etiam si forma corporis sit consimilis impossibile est enim sit infinita. Primo q̄ si motus alius a motibus predictis non sit: necessario hoc corp⁹ habebit aliquē motum horz motuū. Et si ita sit necessario est grauitas infinita & leuitas infinita. Et iam diximus q̄ esse hoc est impossibile. Et cēt non assimilatur corpori eunti circulariter in ifinitū: impossibile est enim corpus infinituz ire circulariter. Qui ergo dicit motionem circularem esse perpetuam similis est dicenti celum eē infinitum. Et iaz declarauimus superius hoc esse impossibile. & cēt q̄ corpus infinitum impossibile est moueri oino. 61

92. ¶Hec est fortissima questionum opinantis mundos plures esse ⁊ propter difficultatem questiōis huius dubitauit Galienus. ⁊ fundamentum huius sermonis est super propositiones. Quarum vna est ꝙ omne corpus naturale componitur ex materia ⁊ forma: ⁊ celum naturale est. ergo est ex materia ⁊ forma: ⁊ huic coniungatur ꝙ de eis que sunt ex materia ⁊ forma aut plura vno individuo inuenimus aut est hoc possibile. forma enim innata est predicari de pluribus ⁊ inueniri in pluribus materijs: aut numero: aut specie. Et cum ita sit contingit inquantum mundus componitur ex materia ⁊ forma vt inuenātur plura vno individuo aut hoc sit possibile: is enim intellectus cuiuslibet forme ⁊ ideo dicitur in diffinitione vniuersalis ꝙ sit natum dici de pluribus. forma enim est subiectum vniuersalitatis: ⁊ dixit (omnia enim que sunt ex natura ⁊ arte) idest omnia que sunt aut ex natura aut ex arte habent formam ⁊ materiam D. d. (⁊ dispositio forme ⁊c). i. ⁊ dixim⁹ ꝙ omne naturale aut artificiale componitur ex materia ⁊ forma: ⁊ cum ita sit videmus ꝙ in omni subiecto est aliquid cuius dispositio abstracta apud intellectum est alia a sua dispositione extra intellectum scilicet in esse. V. g. rotundum. Cum enim nos acceperimus ipsum intellectum abstractuz a materia dicitur rotunditas cum materia etiam. V. g. in auro aut cupro dicitur rotundum: ⁊ hoc intendebat cum dixit. (V. g. orbis ⁊c). i. forma scilicet rotunditas intellecta est per se idest ꝑm ꝙ forma est alterius dispositionis q̄z cum sit i cupro aut in auro. D. d. (⁊ forma rotunditatis est alia a rotundo ⁊ a cupro) idest cum declaratum est ꝙ forma rotunditatis est alia a rotundo ⁊ a cupro: manifestum est ꝙ hoc individuum componitur ex duobus: materia scilicet ⁊ forma. Deide. d. (cum enim dirimus rotunditatem auream aut cupream tunc ⁊c) idest ⁊ signuz eius est quia cum nos diffiniamus rotunditatem nō recipiemus aliquā materiā omnino: natura enim rotunditatis non est substantie auree neqz alicuius materie: sed manifestum est ꝙ substantia forme alia est ab essentia materie. D. d. (si igitur dirimus rotunditatem auream ⁊c) idest ex quo declaratum est ꝙ cū nos dirimus rotunditatem auream: notabimus per hunc sermonem formam ⁊ materiam. ⁊ si rotunditatem non demōstramus nisi formā: formā enī orbitatis possibile ē inueniri in diuersis materijs: ⁊ sic est de omnibus scilicet que componuntur ex materia ⁊ forma. D. d. (⁊ si ita sit ⁊ celum est sensibile. ergo est pars partium mundi ⁊ non est sensibile nisi per materiam.) ⁊ cum manifestum est ꝙ omne sensibile componitur ex materia ⁊ forma impossibile enim est sensibile esse per formam quia est intelligibile ꝑm formā: ⁊ sensibile ꝑm materiam: ⁊ similiter est de omnibus partib⁹ mundi: ⁊ quia celum est sensibile ⁊ vna partium mundi necessario componitur ex materia ⁊ forma. D. incepit dicere ꝙ mundus ex quo apparet in partibus mundi ⁊ celo ne aliquis dicat ꝙ i hac inductione non fuerint inducta omnia particularia: ⁊. d. (si igitur celum sit vnum particularium ⁊c) idest si igitur est vnum individuorum seu sensibiliuz necessarium est vt componatur ex materia ⁊ forma. celitas enim est aliud q̄z dicere hoc celum. celitas enī dicitur de pluribus individuis: ⁊ sicut hoc inuenitur in pluribus partibus huius celi, ita non est longe quin inueniantur plura vno individuorum totius celi. ⁊ cū dixit (celum enim absolute est sola forma) intendit illud quod dixit intelligitur de celo inquantum celum est sola forma per sensum: aut cō prehenditur forma cum materia: ⁊ cum affirmauit ꝙ celū componitur ex materia ⁊ forma dixit (omne enim habens formam ⁊ figuram ⁊c). idest ⁊ omnium habentium formam: aut in actu forma dicitur de pluribus numero: aut B erit possibile: q̄uis illa pluralitas nō fuerit i actu: ⁊ Iudictio ē ꝙ forte B ē possibile ꝑz formā: ipole ꝑz māz: cū possibile sit ꝙ tota materia sit inclusa i hac forma ꝑm Aris. vt di

cit post in dissolutiõe huius questionis. Si ergõ demõstratum ẽ q̃ impossibile est mundos esse plures necessarium est opinari q̃ materia eius inclusa est i forma. D. d. (¶ iste sermo sequitur sermonem ꝛc). i. ¶ testatur huic sermoni. s. mũdos esse plures qui ponit in creatore mundi exemplar ꝑm q̃ fecit mundum: dicẽs enim exemplar esse contingit ei necessario dicere vt mundus habeat plura indiuidua: ¶ quia quod contingit ab aliquo est sequens ipsum: dixit (¶ iste sermo sequitur sermonẽz ꝛc.) ¶ innuit ꝓ Platonem. cum enim d. exemplar eternum esse ꝑm q̃ creator fecit mundum: ¶ q̃ mundus est nouus: continget ei necessario possibile eẽ creare plures mundos. D. d. (¶ etiam testificatur iste sermo cũ mũdus non habuit exemplar). i. iste sermo sequitur ꝟ q̃ dixim̃us de cõpositione mũdi ex materia ¶ forma. s. vt aut sint plures aut hoc q̃ sit saltem possibile: cuius non dicamus exemplaria platonis: ¶ dixit hoc ne aliquis dicat ei quare inducis rationem ex eo q̃ non opinaris cum multotiens detraxeris exemplaria esse. D. d. (U. g. q̃ nos videmus q̃ omne quod ẽ forma in materia ꝛc). i. bene potest quilibet concedere inductione q̃ in omni habente formam i materia inueniuntur plura indiuidua aut infinita. D. d. (manifestum est igitur per hunc sermonem q̃ celi sũt plures principaliter). i. q̃ iste sermo non prestat omnino esse plures: sed tamen dat alterũ duorum: aut plures esse actu aut potentia: ¶ sufficit in hoc sermone quia est inductio in qua non inducuntur omnes species habite istud indictum (ex istis ergo opinionibus ¶ propositionibus potest aliqs existimari). i. intendit ꝑm q̃ mihi videtur per opiniones opinionem platonis de exemplaribus ¶ per propositiões hãc inductionem quam affirmauit ¶ rationem per quã induxit causaz esse predicati in subiecto. Cum enim declaratuz fuerit predicatum inesse subiecto inductione: ¶ sustentatũ fuerit hoc per causam esse predicati i subiecto erit magis sufficiens. Hec autem causa est que dicit̃ quia causa essẽdi plura indiuidua ex his compositis est quia res que componit̃ ex materia ¶ forma non est innata habere hanc materiam solam. ideo iste sermo est valde sufficiens ¶ virtus imaginatiua valde iuuat. Ex hoc. n. possumus imaginari extra mũdum vacuitatem continentem ipsum: ¶ q̃ in illa vacuitate possibile est alium mundum esse sicut est dispositio in omnibus indiuiduis que sunt huiusmodi: quũ quodlibet eoz erit in vacuo: ¶ extra ipsũ inuenitur aliu ̃ indiuiduũ. Aer. n. non comprehenditur visu ¶ hoc inducit plures dicere eẽ vacuũ: ¶ cũ imaginatio assimilatur intellectui: Existimabant ãt loquẽtes nostre legis vacuũ eẽ itellectũ primũ: ¶ ẽ necessariũ ꝟ dicẽti q̃ mũd' fuit post ꝙ̃ ñ fuit. i. vacuũ. s. dicẽ eẽ.

¶ Considerandum autẽ iterum quid hoz dicitur bene ¶ quid non bene. Alteram quidem itaq̃ eẽ rationem eam que sine materia ¶ eam que in materia forme. Bene quidem dicitur. Et sit hoc verum. Sed nihilominus neq̃ vna necessitas propter hoc: plures esse mundos: neq̃ contingit plures factos esse. Siquidem iste ex tota est materia quemadmodum est.

93. ¶ Necesse est ergo nobis cuz fuerit sollicitudo nostra circa hanc intentionez querere de his opinionibus: donec sciamus: quid eorum est rectum: ¶ quid non. Dicamus ergo quia bene dixit dicens q̃ aliquod ꝑm formam suam tm̃: est aliud q̃ ꝑz suã formam ¶ materiam: ¶ iste est sermo rectus sine cõtradictione: sed tamen celi non sunt plures ꝓpter hoc neq̃ preter hunc sermonem pricipaliter. Et celum enim factuz est ex tota materia.

93. ¶ Vult declarare quid est in hoc sermone predicto de veritate ¶ quid de falsitate: ¶ incepit dicere q̃ ille cuius sollicitudo est perscrutari de hoc debet perscrutari de hac ꝙ̃stione ¶ dubitatione: ¶ dixit: (oportet igitur nos cum sollicitudo nostra est ꝛc). intendit per intentionem hoc quod declarauit q̃ mundus est vnus: ¶ intendit per opiniones propositiones positas in hoc sermone. Et quia iste sermo cõtinet in se vniuersaliter duas propositiones: Quarum altera ẽ q̃ omne sensibile componitur ex materia ¶ forma cum tm̃ forma aliud est ab habente formam. s. q̃ coniũgitur ex materia ¶ forma. Altera autem est q̃ in eo q̃ cõponitur ex materia ¶ forma inueniuntur plura vno indiuiduo: aut hoc ẽ possibile: Incepit dicere q̃ prima propositio sit vera ¶ dixit. (dicamus modo ꝛc). i. dicamus modo q̃ faciẽs ꝙ̃stionem bene dixit in hoc quod dixit: q̃ forma cuiuslibet ẽ aliud a composito ex materia ¶ forma. Unde declaratuz fuit ipsum esse compositum ex materia ¶ forma: ¶ ꝙ̃uis ista propositio sit vera: tamen conclusio quam concludit questionem faciens non est vera: quia altera propositio est falsa ¶ dixit. (si tamen celi non sunt plures ꝛc). i. ꝙ̃uis hec propositio sit vera tamen conclusio non sequitur: secunda enim est falsa ¶ est q̃ ex omni facto ex materia ¶ forma inueniuntur plura indiuidua aut est possibile: Hoc enim non est verum nisi in eo q̃ factum est ex quadam parte materie ei cõueniẽtis. Quod ãt sit ex tota materia impossibile est reperire duo indiuidua in actu. ¶ hoc q̃ dixit intellectum ẽ p̃ se.

¶ Sic autem forte magis quod dicitur erit mãifestum. Si enim est simitas curuitas in naso: aut in carne: ¶ est materia simitatis caro. Si ex oib⁹ carnibus fiat vna caro: ¶ existit i hac simũ nihil vtiqz erit aliud neqz simum neqz continget factum esse. Similiter autem ¶ si homini sunt materia carnes ¶ ossa si ex omni carne: ¶ omnibus ossibus homo fiat: impossibilibus existentibus dissoluta esse: nõ vtiqz continget esse alium hominem: similiter aũt ¶ in alijs omnibus. Omnino enim quorumcunqz est substantia in subiecta quadam materia: horuz nihil cõtigit factũ eẽ nõ existẽte quadã materia.

¶ Et nos inducemus exemplum vt sermo noster 94.
sit magis declinans ¶ propinquior manifestationi Dicamus ergo q̃ si simitas est profũditas i naso aut in carne: ergo simitatis est materia i carne. Si igitur ex tota carne formetur vna caro in qua sit simitas: nullum aliud membrum erit membrorum corporis simum nisi illa caro tm̃: ¶ impossibile est esse in alio loco oino. Et similiter si materia hois fuerit caro ¶ os: tunc hõ debet esse totaliter ex carne ¶ ossibus. Si igitur fuerit impossibile vt caro ¶ ossa non dissoluantur neqz diminuantur: impossibile est etiam alium hominem esse omnino: ¶ similiter de omnibus alijs: Et vniuersaliter ois substantia composita ex materia: impossibile est inueniri ex ea sibi simile: nisi fuerit alia materia similis materie ex qua composita fuit.

¶ Cum narrauit q̃ impossibile est inueniri ex eo q̃ factum est ex tota sua materia aliud indiuiduum existens cum eo 94.
in actu: vult declarare per exemplum vt concessio sit manifestior: ¶ dixit (nos inducemus exempluz ꝛc). i. vt sermo noster sit magis declinans ad declarationem. D. d. (si simitas est profunditas in naso aut in carne: ergo simitatis est materia in carne). i. v. g. q̃ diffinitio simitatis est profunditas in naso: nasus autem est carnis: ergo materia simitas

mitatis est caro. D.d. (si ergo formetur ex tota carne ⁊c.) idest si igitur posuimus q̄ iam formetur ex tota carne nasi simi vnus nasus simus: impossibile est alium hominem cē cuius nasus sit simus. Simitas enim non existit nisi in carne propria: sed totam illam aliam carnem posuimus in illū nasum simum: ⁊ cum dixit (nullum membrorum corporis erit simum) intendit vt mihi videtur q̄ nullus nasus corporum hominum erit simus alius q̄z iste nasus in quo cōclusa est illa caro recipiens simitatem: ⁊ cum dicit (impossibile est esse in alio loco omnino) potest intelligi q̄ simitatē impossibile est esse in aliqua materia: ⁊ potest intelligi q̄ simitas non erit in alio membro nisi in vno naso. Luz igitur simitas non potest esse nisi in naso: ⁊ cum posuimus q̄ tota caro simi sit cōclusa in vno naso: nō inuenietur nasus sim⁹ nisi vnus tm̄. Et cum dedit exemplum de naso simo: dedit etiam de homine ⁊ demonstrauit etiam conuersionem huius sermonis: ⁊ est: q̄ ex illo non inuenitur nisi vnum indiuiduum tm̄ in quo materia est concluſa necessario: sicut est necessarium q̄ ex illo in quo est materia concluſa non inuenitur nisi vnum indiuiduum: ⁊ dixit (⁊ similiter si materia hominis fuerit caro ⁊ os ⁊c) idest ⁊ similiter si materia hominis fuerit caro ⁊ os: ⁊ posuimus q̄ nullū ens est nisi vn⁹ homo tm̄: necesse est vt ille homo sit ex tota carne ⁊ ossib⁹. Sicut necesse est si aliquis homo fuerit creatus ex omnibus ossibus ⁊ carne q̄ sit vnicus. D.d. (si ergo impossibile fuerit vt caro ⁊ os dissoluantur ⁊c.) idest ⁊ si posuimus q̄ iste homo quem posuimus esse creatum ex tota materia hominis impossibile est corrumpi ⁊ dissolui in ea ex quibus componebatur: impossibile est fieri alium hominem omnino: ⁊ totum hoc manifestum est. D.d (⁊ similiter contingit i generatione aliaz rerum) idest q̄ cum posuimus aliquā materiam concluſam i aliquo ente impossibile erit er eo eē plus q̄z vnum indiuiduum: ⁊ cuz fuerit non concluſa in eo possibile est inuenire plus q̄z vnuz: ꝑm q̄ possibilis est i illa materia partitio: ⁊ ideo cum fuerit necessarium indiuidua esse infinita generabilia ⁊ corruptibilia. Materie aūt impossibile est vt sint infinite in actu: necesse est vt sit hoc ꝑm successionem idest q̄ in vna materia succedūt plura indiuidua immo infinita. Et ideo q̄z materie diuisibiles sunt i actu in partes infinitas ⁊ est possibile vt succedant in qualibet materia indiuidua infinita: necessarium est vt sit dispositio idiuiduorum generatorum ⁊ corruptorum in qualibet specie: scilicet inueniri ex quolibet generato plura indiuidua finita in actu: infinita ꝑm successionem eorum. Et q̄ illud nō cōplebitur in istis indiuiduis nisi inueniantur esse partes alterius indiuidui quod est totus mundus contingit in hoc indiuiduo vt sit vnum numero: quoniam si fuerit plus vno erit pars alterius mundi: ⁊ iste alter mundus si eēt plus vno esset pars alterius: ⁊ sic procederetur in infinitum: aut inueniretur vnicus mundus numero ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: quapropter contingit vt mundus sit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: ⁊ q̄ eius materia sit concluſa in eo: ⁊ ꝓpter hoc dixit post (⁊ vniuersaliter ex omni substātia composita ex materia impossibile ē vt sit alia sensibilis: nisi fuerit alia materia similis illi ex qua cōponebatur) idest ⁊ vniuersaliter dixim̄us q̄ omne indiuiduum compositum ex materia ⁊ forma: cū non fuerit extra ipsum materia: sicut materia ex qua componebatur illud indiuiduum: impossibile est vt cū eo inueniatur aliud indiuiduum sibi simile. ⁊ si ipse fuerit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis impossibile ē inueniri ex eo aliud indiuiduum simpler: scilicet neqz in alia hora.

¶ Celum autem est quidem singularium: ⁊ eorum que ex materia. Sed si non ex parte ipsius constat sed ex omni: esse quidem ipsi celo ⁊ huic celo alterum est: non tamē neqz vtiqz erit aliud: neqz vtiqz continget factos esse plures: propter omnem materiam comprehensam esse. Hoc igitur ipsum restat ostendere q̄ ex omni naturali ⁊ sensibili constat corpore.

¶ Reuertamur igitur ⁊ dicamus q̄ celum est vnū 95.
compositum ex sua materia sicut alia corpora composita. Si igitur non fuerit compositum ex medietate materie sue: sed ex tota: erit tunc vnum: non plures. Et cum dicitur celum absolute ē aliud q̄ cum dicitur: hoc celum. Impossibile est igitur ꝑm hunc sermonem vt sint plures celi neqz sint plures omnino. Hoc enim celum continet totam materiam ex qua fit. Remanet ergo declarare nobis de celo q̄ sua essentia sit composita ex toto corpore naturali sensibili.

¶ Cum declarauit q̄ impossibile est inueniri duo indiuidua 95.
insimul ex omni composito ⁊ tota sua materia propria vult declarare q̄ mundus est compositus ex tota sua materia: ⁊ ipse vult anteponere q̄ mundus est compositus sicut alia corpora composita: ⁊ dixit (reuertamur ergo ⁊ dicamus q̄ celum est compositum ex sua materia sicut ⁊ alia corpora) ⁊ intelligit per celum totum mundum. i. manifestum est q̄ totus mundus est compositus ex forma ⁊ materia sicut alia corpora composita: ⁊ videtur si intellexerit per celuz in hoc sermone totum mundum q̄ sit illud quod est in eo quasi forma: corpus neutruz: ⁊ q̄ est in eo quasi materia corpora grauia ⁊ leuia. Corpus enim neutrum non habet materiam ex qua componiter: quoniam si haberet: haberet cōtrariū: ⁊ esset generabile ⁊ corruptibile: ⁊ in principio istius tractatus probauit q̄ corpus neutrum caret subiecto: ⁊ contrarietate. Sed habet questionem vtrum res intellecta ex hoc corpore est hoc sensatum aut aliud: si erit hoc sensatum tūc erit res intellecta eadem cum sensata: si aliud continget vt sit cō posita ex materia ⁊ forma: ergo habet potentiam vt corrum patur. Dicamus ergo q̄ ista natura neutra est ⁊ nō existēs per se in actu: sed est materia corporis celestis que est i actu si igitur ista materia non fuerit composita non habebit formam ita vt sit intellecta: sed est vna numero si indiuiduata per se: ⁊ est intellecta in respectu ad aliud: sicut est de communi materia: scz q̄ non operat̄ per corp⁹ celeste nisi in q̄z tum est subiectum forme operationis intellectus sicut intelligitur materia in q̄z tum est subiecta forme tamē prima materia est in potentia: ⁊ ista est in actu: ⁊ ideo in hac nulla potentia est que denudari possit a sua forma: ⁊ non habet nisi potentiam ad vbi. Debemus ergo intelligere de corpore celesti ipsum esse neutrum. hanc naturam que est subiectum intellectus non q̄ est aliquid habens formam ⁊ materiam: quoniā si ita esset graue aut leue eē. D.d. (⁊ si nō fuerit cō posita ex medietate sue materie ⁊c). i. si igitur mundus non fuerit compositus ex quadaz parte sue materie impossibile est inuenire alium mundum: ⁊ dixit medium proprie: quia si ponatur ipsum generatuz ex plus q̄z medio: impossibile est inueniri alium mundum: q̄n materie plurimorū indiuiduorum terminate sunt quantitatis: scz q̄ necesse est vt sit quantitas materie sortis equalis naturaliter quantitati materie platonis. ⁊ si fuerit excessus inter eas erit terminatus: q̄n sicut non ex qualibus qualitate materie sit quodlibz ens sic est de quantitate. D.d. (⁊ ꝑm hoc cum celum dicit absolute est aliud ⁊c). i. est aliud q̄z cum dicatur hoc celū modo reuertitur ad hoc ex quo declarauit q̄ celum componit̄ ex aliquo quasi materia ⁊ ex aliquo quasi forma ⁊ cum dixit Aris. (si mundus fuerit compositus ex tota materia necesse est vt sit vnicus) voluit declarare hoc etiam in mundo vt declaretur ex hoc ipsum esse vnum) ⁊ remanet nobis vltimo declarare de celo ⁊c). i. cum declaratum est q̄ celum idest mundus compositus est ex materia ⁊ forma: ⁊ declaratum est etiam q̄ illud quod compositum est ex tota sua materia est vnicum: remanet nobis declarare q̄ mundus est cōpositus ex tota mā: ⁊ differt hec demonstratio a demon-

strationē predicta in hoc. ſ. q̄ iſta demonſtratio eſt propter quid: prima aūt q̄: aut demonſtratio ducens ad inconueniens. Demonſtrationes autem ducentes ad impoſſibile ſūt generis ſignorum: ſed declaratio eius quod eſt cauſam eſſe acceptam pro medio termino in hac demonſtratione accipitur ex demonſtratione predicta. Demonſtratio igitur predicta aut predicte probant mundum eſſe vnicum: ⁊ cum hoc cauſam propter quam mundus eſt vnicus: ⁊ ſcire cām dat nobis ſcientiam huius rei cum ſua cauſa quod eſt perfectiſſimum modorum fidei: quapropter diſſoluitur queſtio accidens in hoc.

¶ Dicamus autem primum quid dicimus eſſe celum quot modis: vt magis nobis manifeſtum fiat quod queritur. Uno quidem igitur modo dicim⁹ celum ſubſtantiam extreme totius circulationis: aut corpus naturale quod eſt in extrema circūferētia totius. Conſueuimus enim extremum: ⁊ quod ſurſum maxime vocare celum in quo ⁊ diuinus oē locatum eſſe dicimus. Alio autē rurſus modo cōtinuū corpus extreme circunferentie tot⁹ in quo luna ⁊ ſol ⁊ quedam aſtrorum: etenim hec ī celo eē dicimus. Adhuc aliter dicimus celum contentus corpus ab extrema circūferentia. Totum enim ⁊ omne conſueuimus dicere celum.

96. ¶ Sed anteq̄ hoc faciamus volumus hic perſcrutari prius quid intendimus cum dicimus celum: ⁊ quot modis dicitur celum: vt ſit illud quod querimus de hoc magis manifeſtum. Dicamus ergo q̄ celum dicitur ſm vnum modum vltimum motuum totius: ⁊ corpus naturale quod eſt in vltimo motus totius. Conſueti ſumus igit̄ appellare orizonta mundi ⁊ ſuum ſuperius celum: ⁊ dicimus q̄ illic habitant ſpiritualia. Dicamus etiam ſm aliū modum celum corpus continuum cum orizonte motus totius mundi vbi ſunt ſol ⁊ luna ⁊ quedam ſtelle. Conſuetudinem igitur habemus dicere q̄ in celo ſol ⁊ luna ſunt fixi. Et etiaz dicitur alio modo illud corpus contentum ex vltimo motus tot⁹. Et aſſueti etiam ſumus appellare perfectum ⁊ totum celum.

96. ¶ Cum voluit declarare q̄ nihil eſt extra celum ⁊ q̄ materia celi eſt concluſa in eo: vult ante narrare ſm quot modos dicitur celum apud eos: vt ſermo eius ſit magis manifeſtus. dicit ergo (celuz dicitur vno modo ꝛc̄) ⁊ intendit p corpus totū neutrum quod mouetur ſm motum motu diurno. hoc enim corpus eſt finis motus corporum naturalium motorum ⁊ mobilium recte ⁊ hoc intendebat cuz dixit (vltimum mot⁹ totius ⁊ corp⁹ naturale quod ē in vltimo mot⁹ totius). i. ⁊ ipſum eſt corpus naturale in quo finitur mot⁹ corporum motorum mobilium ad ſuperius: aut intendit: ⁊ ipſum eſſe corpus naturale cuius motus eſt vltimus mot⁹ totius. Motus enim celi totius eſt vltimus omnium illorum mobilium que ſunt apud nos. tamen vere eſt primus motuum. D. d. (aſſueti ſumus igitur dicere orizonta mundi ⁊ ſuum ſuperius celum) dixit q̄ hoc nomen celum dicebat apud eos de eo quod eſt ſupremum in toto mundo: ⁊ forte hoc erit magis famoſum: ideoq̄z dedit cauſam ⁊ dixit, (dicimus q̄ illuc habitant omnia ſpiritualia): ideſt ⁊ ſignum q̄ celum dicitur grece de corpore vltimo quod circulariter mouetur eſt q̄: conſuetudo grecorum eſt dicere q̄ in celo habitant ſpiritualia. D. d. (⁊ celum alio modo ꝛc̄). i. orbis ſtellarum mobilium ⁊ fixarū: q̄ſi ē corpus eſt continuum cum fine motus omnium partium mundi que circulariter mouentur: ⁊ propter hoc dixit (continuum cum orizonte totius mundi vbi ſol ⁊ luna ꝛc̄) ideſt quod eſt continuum cum fine motus eorum que ſunt ſub eo ex corporib⁹ celeſtibus in quibus ſunt ſol ⁊ planete. D. d. (habemus cō ſuetum dicere q̄ ſol ⁊ luna ꝛc̄) hec eſt ſignificatio q̄ hoc nomen celum dicitur de orbe vltimo continente totuz: q̄ſi ſtelle ſunt in eo fixe vere: ⁊ q̄ hoc nomen celū nō dicebat apud eos niſi de corpore in quo ſtelle ſunt fixe. D. d. (⁊ etiam celū dicitur alio modo ꝛc̄) ideſt ⁊ dicitur celum de toto mundo: ⁊ ideo deſcripſit ipſum q̄ eſt corpus contentum ex motu totius. ī. q̄ continetur ſub vltimo motuum: ⁊ hoc dicit apud nos mundus non celum: ⁊ hoc intēdebat in hoc declarare eſſe vnicum: q: extra ipſum nihil eſt ex ſua materia: ⁊ q̄ de hac dicitur ſimpliciter ⁊ abſolute totum ⁊ complementu m: vt in principio dictum eſt: ⁊ nomen celi dicitur etiam apud eos ſimpliciter ⁊ complementum dedit rationem q̄ hoc nomen celum dicitur de toto mundo. 97

¶ Tripliciter autem dicto celo: totum ab extrema circūferentia contentum ex omni neceſſe conſtare naturali ⁊ ſenſibili corpore: propter neq̄z eſſe vlluz extra celum corpus neq̄z contingere factum eſſe. Si enim eſt extra extremam periferiā corpus phyſicum: neceſſe ipſum aut ſimplicium eſſe corporum: aut compoſitorum: aut ſm naturam preter naturam ſeſe habere. Simplicium quidem igitur nullum vtiq̄z erit. Quod enim circūfertur oſtenſum eſt quoniam non contingit permutare ſuūpſius locum. Sed ⁊ neq̄z quod a medio poſſibile: neq̄z qō in medio ſubſtat. Scōm naturam quidem enī nō vtiq̄z erunt: alia enim ipſorum propria loca. Preter naturam aūt ſiquidem ſunt: alij cuidā erit ſm naturam qui extra locus. Cum eniz qui huic preter naturam neceſſarium alij eſſe ſm naturaz. Sz non erat aliud corpus preter hoc. Non igitur eſt poſſibile vllum ſimplicium extra celum corpus eē. Si aūt neq̄z ſimpliciū neq̄z mixtorū. Neceſſe. n. eſſe ſimplicia mixto exiſtente.

¶ Cum igitur celum tribus modis dicatur. Dicamus q̄ totum continens ex vltimo motus totius ē compoſitum ex toto corpore naturali ſenſibili neceſſario. Quoniam extra celum nullum corpus ē: neq̄z eſt poſſibile vt ſit omnino. Uolumus modo perſcrutari de hoc etiam vtrum extra celum ē corpus: aut eſt poſſibile vt illic ſit corpus. Dicamus igitur q̄ ſi extra celum ſit corpus: aut eſt ex corporibus ſimplicibus: aut ex compoſitis: aut erit illic naturaliter. aut accidētaliter. Sed extra celū nullum corporum ſimplicium eſt omnino: iam enim declarauimus ⁊ dixim⁹ ſuperius q̄ impoſſibile ē corpus rotundum mutare locum ſuum. Et etiam impoſſibile eſt vt illud corpus ſit corporū que mouentur a medio: neq̄z ad medium: quoniam ſi eſſet aliquod iſtorum corporū: tunc ille locus no eēt naturalis ei. Loca igitur iſtorum corporū ſimpliciuz ſunt alia ab illo loco ⁊ ſunt cognita ⁊ mānifeſta. Si ergo ille locus qui eſt extra celum fuerit accidenta 97a

lis illi

lis illi corpori erit naturalis alteri corpori necessario. Dicimus enim multotiens q̄ cum aliquis locus fuerit accidētalis alicui corpori necessario erit naturalis alij. Sed non videmus aliud corp⁹ ab istis corporibus simplicibus. s. a corpore rotundo ⁊ a corpore quod vadit ad medium ⁊ a medio. Et cum ita sit impossibile est vt aliquod corpus corporum simplicium sit extra celum. Et cū hoc est impossibile: impossibile est etiam q̄ illic sit aliqō corporum compositorum: quoniam cum aliquod corpus compositum fuerit: necessario erunt illic corpora simplicia.

97. ¶ Cum declarauit q̄ individuum cuius materia in eo est cōclusa est vnicum numero: vult declarare q̄ hec est dispositio mundi: ⁊ dixit (dicamus ergo q̄ totum continens ⁊c̄.) .i. dicam⁹ q̄ totus mundus quod est totum continens ola corpora naturalia quod est vltimum rerum motaruz quod est continens omnia que sunt in eo est compositum ex omnibus corporibus naturalibus sensibilibus que sunt materia eius. D. d. causam: ⁊ dixit (extra enim celum corpus nullū est neqz est possibile). i. ⁊ hoc est necessarium q̄ nos declarabimus q̄ nullum corpus est extra celū neqz potest esse in futuro. D. incepit declarare modo q̄ nullum corpus extra celum sit. Si enim extra celum est aliquod corp⁹ aut est cōpositum aut simplex. si simplex aut i loco ei naturali aut accidentali. D. d. (⁊ dicamus ⁊c̄). i. dicamus q̄ impossibile est inueniri corpus simplex extra mundum: corpus eni aut circulariter mouetur aut recte: si circulariter mouetur ipossibile est vt sit in alio loco accidentaliter. declaratum est. n. q̄ corpus qō circulariter mouetur impossibile est transferri a suo loco: cū impossibile est ipsum moueri violente: ⁊ tacuit ipsum esse impossibile illic naturaliter: qm̄ si extra mūdum esset corp⁹ celeste in loco naturali absqz hoc contingeret vt illic esset alius mundus extra hunc mundum: qm̄ de necessitate esse corporis celestis est esse corporis quiescentis circa quod reuoluitur: ⁊ de necessitate esse corporis quiescētis est principaliter corpus mobile esse. s. ignem ⁊ ex necessitate essendi extrema est medium: scz aerem ⁊ aquam. Et cuz declarauit q̄ impossibile est vt extra munduz sit corpus rotundum: incepit declarare q̄ impossibile est illic esse corp⁹ quod recte mouetur ⁊ dixit (⁊ dicamus q̄ impossibile tſt q̄ illud corpus ⁊c̄) idest dicamus etiā q̄ impossibile ē vt extra mundum sit corpus simplex: scz quod recte mouetur. s. aut graue aut leue. quoniā si illic esset aliquod corpor istorum esset aut accidentaliter aut naturaliter. Si naturaliter impossibile est: locus enim totius idem est cum loco partis numero. Neqz etiam accidentaliter: qm̄ contingeret vt alij cēt naturalis vt videtur de corporibus recte motis. v. g. q̄ superius est accidentalis terre: ideo est naturalis igni: ⁊ econuerso de inferiori: ⁊ si esset naturalis alicui contingeret duo loca numerō inueniri vni corpori simplici: quod est impossibile: vt ante declaratum est. Et q̄ contentus ē ex hoc qō apparet esse impossibile q̄ locus sit naturalis alij corpori ad propalandū propria diuisione istas duas partes oppositas sicut nos fecimus: scilicet ad dicendum q̄ si illic esset corp⁹ simplex rectū: aut illic esset naturale aut accidentale: qm̄ posito illic esse ipsum accidentale: contingeret vt alteri esset naturale: ⁊ ideo excusatus fuit a propalatione istius diuisiōis ⁊ cum declarauit q̄ impossibile est esse illic corpus rotūdū aut rectum: ⁊ ante non propalauit in sermone suo q̄ omne corpus simplex necesse est ei esse alterum istoz duorum modorum: ⁊ propalauit hoc modo ⁊ dixit (sed nos nō videm⁹ aliud corpus ⁊c̄) ⁊ hoc iam declaratū est in principio huius tractatus: scilicet corpora simplicia esse tria. Motus enim tripler est. D. d. (⁊ cuz ita sit impossibile ē ⁊c̄) idest si omne corpus simplex aut circulariter mouet aut a medio aut ad medium. ⁊ cum declaratum est modo vt aliquod istorum sit extra mundum est impossibile. ergo impossibile est vt corp⁹ simplex sit extra mundum omnino: ⁊ cum non sit simplex: ergo neqz compositum: ⁊ quod dixit intelligendum est p se: quia compositum non fit nisi a simplici.

¶ Sed ⁊ neqz factum esse possibile. Aut eniz sm naturam erit aut preter naturā: ⁊ aut simplex aut mixtum. Quare iterum idem veniet sermo. Nihil enim differt considerare si est a ut si factū esse possibile. Manifestū est igitur ex dictis: q̄ nec ē extra: neqz contingit factam esse corporis mollez vllius: ex omni enim est propria materia totus mundus. Materia enim erat ipsius corpus naturale sensibile. Itaqz neqz nunc sunt plures celi: neqz fuerunt: neqz contingit fieri plures: sed ⁊ solum ⁊ perfectū est istud celum.

¶ Et impossibile est q̄ extra celum sit corpus. Aut enim si fuerit erit corporum simplicium: sicut diximus superius: aut compositorum: aut illic naturaliter: aut accidētaliter. Sermo ergo ⁊ ratiociatio q̄ impossibile est illic esse corpus est sicut sermo noster superius de ea. Ratio enim eadē est. s. q̄ nullum corpus est extra celum: neqz est possibile omnino. Manifestum igitur ex his q̄ extra celum non est corpus: neqz est possibile vt sit in eo aliqua magnitudinum corporum. Totus enim mundus est compositus ex sua tota materia conuenienti. Et quia iam diximus superius q̄ materia mūdi ē corpus naturale sensibile. Si igitur ita sit: manifestuz est celos non esse plures modo: neqz in preterito: neqz in futuro. Hoc igitur celum vnum est perfectum sine simili. 98.

¶ Cuz declarauit q̄ extra mundum impossibile est reperire modo corpus in actu neqz simplex neqz compositum: vult declarare q̄ non solūmodo hoc determinetur ex hac demōstratione: sed q̄ impossibile est etiam reperiri in alia hora: ⁊ cum incepit declarationem istius quesiti redijt ad demonstrationem predictam qua declaratur q̄ impossibile est reperiri in actu: ⁊ cū peruenit ex ea ad aliquātulū ⁊c̄): idest ⁊ q̄ compleuit contradictiones quas diximus in syllogismo hypothetico quo destruxit voces predictas. s. q̄ declaratio qua est necessarium accipere oppositā omnium istarum cōtradictionum est eadem cum declarationibus predictis in demonstratione quam induxit super primam questionē dixit (erit ergo sermo ⁊ rōcinatio ⁊c̄). i. sm hanc viam cōplebitur demonstratio super hoc. s. sm viam qua complet sup prius quesitum. Ratiocinatio enim q̄ extra mundum non est corpus: ant q̄ impossibile est vt nunqz sit eadem est: cuz enim impossibile est corpus esse in actu impossibile est esse. Nam possibili posito non sequitur impossibile: ⁊ hoc posito contingit possibile: ⁊ cum declarauit q̄ extra munduz nō est corpus simplex aut compositum necessarium est: vt ista materia sit concluſa in eo: quapropter necesse est vnum cē. Et cum declarauit q̄ nihil est extra mundum dedit causaz ⁊ dixit (totus enim mundus compositus est ⁊c̄). i. q̄ mundus compositus est ex tota sua materia. Deinde declarauit que est hec materia ⁊ dixit (⁊ iam diximus superius q̄ materia mundi est corpus naturale) idest corpa simplicia tria: qm̄ ista sunt eius materia: ⁊ cum declaratum est q̄ nihil ex eis extra ipsum sit: declarabitur q̄ eius materia est cōcluſa in ipso. i. in coipso. D. dixit (manifestum est igitur ⁊c̄) ⁊ in-

tendit: per celos mūdos. ⁊ vult declarare q̄ nūq̄ sunt plures: quoniam in quacunq̄ hora ponuntur plures contingit impossibile. Quia igitur entia sunt plura vno idiuiduo propter diuisionem sui esse quoniam intentio fuit in hoc vt remanerent in specie eterna cum impossibile fuerit numero necessariuz est: vt illud quod non inuenitur in eo nisi trī vnum individuum vt sit perfectum inesse ideoq̄ dicit hoc igitur celum est vnum perfectum sine simili.

¶ Simul autem manifestum quia: neq̄ locus: neq̄ vacuum: neq̄ tempus est extra celū. In omni aūt loco possibile est existere corpus. Vacuum aūt dicunt in quo non existit corpus: possibile autem factum esse. Est autem tempus numerus motus. Motus autem sine physico corpore non est.

99. ¶ Et etiam nullus locus est extra celum: neq̄ plenus: neq̄ vacuus: neq̄ tempus: ⁊ hoc manifestuz est. Possibile est enim ponere corpus in omni loco. Vacuum autem descriptum ē ab antiquis dicentibus q̄ est illud in quo nullum corpus est olim ⁊ possibile esse. Tempus autem est numerus motus. Et motus non est sine corpore naturali.

99. ¶ Cum declaratum est q̄ extra mundum nō est corpus declarabitur iam q̄ illic neq̄ est locus vacuus aut plenus. Si enim illic esset locus aut illic esset corpus aut possibile esset esse. Sed iam declaratum est q̄ illic nō est corp⁹: neq̄ hoc possibile est. Ergo neq̄ locus. Neq̄ possibile est etiaz vt illic sit vacuum: dicentes enim ipsum describunt ipsum: q̄ est illud in quo possibile est esse corpus. Si igitur etiam illic impossibile est esse corpus: sicut declaratum est: ergo ⁊ vacuum. Et similiter de tempore. Tempus enim est ad euidentiam motus: ⁊ vbi non est corpus non est motus: ⁊ etiaz vbi non est locus ibi nō est motus. Ois. n. mot⁹ est in loco.

¶ Extra celum autem ostensuz est quia neq̄ ē neq̄ contingit fieri corpus. Manifestum igitur quoniā neq̄ locus neq̄ vacuum neq̄ tempus est exteri⁹. Propter quod quidem neq̄ apta nata sunt: que ibi sunt esse in loco: neq̄ tempus ipsa faciet senescere. Neq̄ vllius eorum est vlla mutatio que super eam: que maxime extra ordinatam lationem. Sed inalterabilia ⁊ impassibilia optimam habentia viam ⁊ per se sufficientissimam perficiunt toto eterno. Et enim hoc nomen diuine enunciatum ē ab antiquis. Finis enim continens id quod vnuscuiusq̄ vite tempus: cuius nihil est extra ꝑm naturam: eternum vnuscuiusq̄ vocatū est. Scōm eandem autem rationem ⁊ totius celi finis: ⁊ omne tēpus ⁊ infinitatem continens. Sempiternitas est a semper esse sumens denominationem immortalis sane atq̄ diuina. Unde ⁊ alijs communicatuz est: his quidem clarius. his quidem obscurius cē ⁊ viuere. Et enim quēadmodū in enchyridijs philosophismatibus. i. eternis sententijs circa diuina multociens declaratum est rationibus: q̄ diuinum intransmutabile necessarium est esse omne. Primum ⁊ summum: quod sic se habet his testificatur dictis. Neq̄ enim aliud meli⁹ est quod mouebit. Illud enim vtiq̄ erit diuinus: neq̄ habet paruum aliquid: neq̄ indigens est bonorum eorū que cuiusq̄ sūt. Et incensabili itaq̄ motu mouet rationabiliter. Omnia enim quiescunt que mouentur quando venerunt in locum propriuz. Eius autem quod circum corporis idem loc⁹ vnde incepit ⁊ in quem consumat.

¶ Et iam declarauimus superius q̄ extra celuz nō est locus neq̄ vacuum neq̄ tempus. Quapropter quod est illic non est in loco: neq̄ tēpus potest corrumpere ipsum. Et nullum extrinsecū ab vltimo motus potest alterari ⁊ trāsmutari omnino. Sed semper est permanens nō transmutabile neq̄ passibile. Uita ergo est illic semper permanens perpetua ꝑm perpetuitatem seculi seculorū: quod nō finitur: neq̄ destruitur: ⁊ ē vita nobilissima. Et bene dixerunt antiqui in explanatione hui⁹ nominis seculum. Dixerunt enim q̄ finis ⁊ orizon cōtinēs tempus vite cuiuslibet rei viue: post qō. ⁊ retro qō non est tempus aliud naturale: est seculuz illi⁹ rei. Scōm igitur hunc modum dicimus q̄ finis orizontis totius celi: ⁊ finis continens totum tempus perpetuū est seculum celi: ⁊ hoc nomē deriuatur a suo actu: quoniam semper est perpetuū. Et in quibusdam rebus semper est manifestum ⁊ in quibusdam parum. Et iam diximus in libris de philosophia extranea quam posuim⁹ vulgo q̄ oportet spirituale vt non transmutetur neq̄ corrumpatur. Quoniam est causa omnis esse: ⁊ post ipsam non ē alia causa. Et est ꝑm hunc modum neq̄ transmutabile neq̄ alterabile: perfectum ⁊ ꝑpletum ⁊ eternum per secula. Supra ipsum enim non est alia cā nota vt moueat ipm. Si igitur inueniatur alia cā: tunc erit etiam perfecta existens eterna: ⁊ post ipaz non erit alia nobilior. Et etiam dicimus q̄ non recipit aliquam occasionem illud spirituale: ⁊ motus eius est perpetuus sine abscisione. Et dignum est habere hunc motum quoniaz omnes res quiescūt per motus cum peruenint ad suum locum. Hoc autem corpus nobile non quiescit omnino ꝑ suum motum. Quoniam locus istius corporis rotūdi ē vnus. s. q̄ locus principij motus est locus finis motus eius. Quapropter est perpetūi motus: ⁊ non quiescit omnino. 100

¶ Et si declaratum est q̄ extra mundum non est locus: neq̄ tempus necesse est vt entia q̄ sunt illic non sunt in loco neq̄ in tempore. Quapropter tempus non potest corrumpi: scz quia non accidit transmutatio ⁊ corruptio accidens temporalibus. Et cum dixit que sint illic possumus intelligere primam causam: ⁊ primum orbem continentem: totum enim est ꝑm rationem Aristo. vnde rationabile est ⁊ iā dixit Themistius q̄ Alexander dixit manifeste istas duas explanationes intelligi ex sermone: ⁊ cum intelligatur ex eo primaz causam attribuit ipsum continenti Aristo. quoniam motio eius apparet illic prius: ⁊ ideo dixit in fine. octaui physicorum. mouens igitur est illic scilicet in conuero spere: ⁊ hoc manifestum est q̄ illud quod non est in materia: non est in loco: neq̄ transmutatur: cum nō sit in tempore: si aūt intellexerimus ipsum orbem: manifestum est etiaz q̄ ꝑm Aristo. 100

non est

non est in loco: omne enim quod est in loco continetur sub corpore: sed extra orbem non est corpus: ergo non est in loco: ⁊ etiam neqz in tempore: orbis enim est causa temporis ⁊ non terminatur tempore: quoniam q̄ztum illud q̄ est semper durans super quod non superat successio non est in eo: quoniaz cum dirimus hoc est in hoc: necesse est vt cōtineatur ab ipso: ⁊ omne qō est in tempore oportet q̄ tempus cōtineat ipsum ⁊ succedat in duobus extremis. Si ergo orbis non contineatur a tempore: ergo nō est in tempore: sed hoc quod intelligimus de orbe non est aliud q̄z illud qō intelligimus de prima causa scilicet dicere ea esse non in tempore ⁊ Alex. dirit ſm q̄ narrauit Themistius q̄ ex hoc sermone apparet mundum esse eternum. Cum enim omne generabile ⁊ corruptibile terminetur a tempore: ergo quod non terminatur a tempore est ingenerabile ⁊ incorruptibile. D. d(⁊ nullum eriens ab vltimo motus alteratur aut transmutatur omnino) ⁊ intendit per vltimum motus superficiem superioris orbis continentis totum. i. ⁊ nullum quod est in hoc loco si dicitur ibi locus alteratur aut transmutatur: ⁊ hoc magis apparet in prima causa q̄z in orbe: ⁊ potest intelligi de orbe: ⁊ tunc intelligit per vltimum motum motuum corporum rectorum. D. d. (sed permanens ⁊c̄) ⁊ possumus intelligere vitam que est in orbe: ⁊ vitam que est extra orbem si dicitur q̄ est in illo continente hoc ipsum extra D. d. (⁊ bene dixerunt antiqui) idest ex hoc quod dirimus apparet q̄ antiqui dixerunt bene in nominatiōe eius quod intendunt per hoc nomen seculū) dicunt enim q̄ finis ⁊ orizon idest q̄ ipsi appellabant tempus rei continens esse ei⁹. ⁊ condurans cum eo: ⁊ cum vita eius: aut esse rei perdurās cū hoc tempore: et quo non succedit tempus in quo sit illa res: neqz ante: neqz post seculum illius rei ⁊ eternitatem ei⁹ D. d. (ſm igitur hunc modum dirimus q̄ finis ⁊c̄). i. ſm igitur hunc modum recte nominamus esse celi continēs tē poris seculum celi. Per finem autem ⁊ orizonta intēdit vltimitatem rei primo. sed q̄ tempus rei perdurans cum suo esse aut suum esse perdurans cum sua vita. si habet vitam ē quasi terminans suum esse dicitur orizon ⁊ finis: ⁊ ille orizon ⁊ finis dicitur seculum illius rei. Seculum igitur celi ē vnum terminans esse omnium que continet celum: sicut seculum rei est suum esse terminans omnes partes sui esse: ⁊ si celum non sit in tempore: ⁊ seculum primi principij ē suū esse terminans esse omnium entium q̄zuis non sit in tempore: ⁊ propter hoc Plato nominabat illud quod fuit anteq̄z tempus fuisset seculum: quia tempus nouum est apud ipm ⁊ intendit per seculum esse terminans omnia entia que fuit ante tempus. D. d. (⁊ hoc nomen derivatur a sua operatione quoniam est semper perpetua) idest ⁊ non dicitur eternū ⁊ perpetuum nisi ex sua operatiōe ppetua. D. d. (⁊ in quibusdam rebus manifestū est ⁊c̄) idest vt mihi videtur q̄ nominatio rerum ex suis operationibus est manifesta in quibusdam ⁊ in quibusdam non: aut q̄ operatiōes rerum sunt manifeste in quibusdam. ⁊ in quibusdam non. D. d. (⁊ iam dirimus in libris ⁊c̄) ⁊ testatur huic propositioni quam dirimus in libro nostro de philosophia vulgari: ⁊ est q̄ spirituali non contingit transmutatio neqz corruptio. Transmutatio enim non accidit nisi propter corporeitatem. D. d. (ē enim causa omnis esse ⁊ post ipsam non est alia causa) ⁊ iste sermo est quasi ratio per se. ⁊ est q̄ causa omnium causaruz oportet q̄ non sit generabilis neqz corruptibilis nisi habeat aliam cām: ⁊ potest intelligi q̄ necesse est spirituale non transmutari neqz alterari: q̄ est causa causarum: ⁊ ex hoc sermone possumus intelligere primam causaz: ⁊ possumus intelligere orbem. Deinde dirit (⁊ est ſm hunc moduz ⁊c̄) idest cum sit huiusmodi necessarium est neqz transmutari: neqz alterari: ⁊ q̄ sit perfectum: alterabile enim non est pfectum. Deinde dirit (q̄ supra ipsum non est alia causa nota vt moueat ipsum) idest ⁊ necessarium est q̄ causa causarum sit huiusmodi: quia nescimus aliam causam esse supra ipsaz vt transmutet ⁊ alteret ipsam: cum nihil possit transmutari absqz causa transmutante: ⁊ omnes propositiones cum eo q̄ sunt famose sunt vere: ⁊ videtur mihi q̄ iste sunt propositiones quas dirit in philosophia extranea. D. d. (⁊ si igit̄ inueniatur alia causa) videtur q̄ inducit hoc q̄ sermo ei⁹ est de orbe: q̄ cum dirit q̄ necessarium est vt orbis non sit transmutabilis ſm alterationem aut diuisionem quia ipse ē causa omnium rerum alterabilium: ⁊ nescimus aliam cām hoc dirit: aut primum principiū super cuius esse surgit demonstratio. Si igitur inueniatur hec causa ſm aliam viaz: ⁊ causa etiam est dignior vt sit permanens non transmutabilis: ⁊ q̄ sit causa causarum simplex: ⁊ q̄ non sit a ia causa nobilior ea. hoc igitur possumus intelligere de hoc sermone: ⁊ etiam possumus intelligere ipsum esse responsum dicenti forte hec est causa corruptibilis prior orbe: ⁊ est causa transmutationis orbis in alia hora: ⁊ ipe dirit q̄ si ita sit oz vt sit hec causa incorruptibilis non transmutabilis a causa transmutationis non erentis in hoc orbe: ⁊ in omnib⁹ entibus: quocūqz ergo modo ponant necessarium est ponere inuenire corpus non alterabile neqz corruptibile: ⁊ hoc est necessarium q̄ alterans oportet esse corpus mobile necessario. D. d. (⁊ dirimus etiā q̄ non recipit aliā occasionē ⁊c̄) idest ⁊ hoc est mānifestius in orbe q̄z in prio principio inq̄ztū narrauit ipsum esse mobile: ⁊ ſm hoc intendit per spirituale corpus spirituale. D. d. (dignum est ⁊c̄) idest dignum ē hoc corpus habere eternum motum quia corpora quiescentia non mouentur nisi cum fuerint extra suum locum naturalem ⁊ quiescunt cum peruenīunt ad ipsum. hoc autez corpus q̄ non habet nisi vnum locum ⁊ est medīū circa quod reuoluitur necesse est moueri in eternum: quoniam ad locū ex quo incepit si incepit reuertere. Quia ergo loca ei⁹ sunt infinita impossibile est quiescere in hoc situ ⁊ nō in alio: aut in hoc loco: ⁊ non in alio si nominentur illi situs loca. Necesse est igitur vt sit motum in omnibus: ⁊ hoc intendebat cum dirit q̄ locus principij motus eius est idem cum loco finis motus eius. i. econuerso corporibus que naturaliter quiescunt. Et debes scire q̄ hoc quod dirit de causa eterni tatis motus eius non est causa completa: quoniaz si ita ēet in corpore finito inueniretur virtus infinita. Sed est causa ſm necessitatem materie istius corporis. s. quia necessariuz est vt hoc corpus moueatur semper necessarium est vt natura eius sit huiusmodi: scilicet vt sius locus sit vnic⁹. Q nō si non esset ita oporteret vt moueretur violenter: ⁊ si mouere tur violenter motus esset nō ppetuus. Et si mouēs ipuz nō esset in non materia ⁊ oporteret vt quiesceret violēte. i. vt contigeret ei necessario labor. Natura ergo materie eius ē innata non moueri violente ⁊ nō quiescere naturaliter: ⁊ natura mouentis est innata non quiescere violente: ⁊ cum nō quiescit violēte aut nāliter necessario erūt ppetui mot⁹.

¶ His autem determinatis dicamus post hoc vtz ingenitus aut genitus: ⁊ vtrū corruptibilis aut incorruptibilis per transeuntes prius aliorum suppositiones. Contrariorum enim demonstratiōes: dubitationes de contrarijs sunt. Simul autem ⁊ magis vtiqz erunt credibilia dicenda: preaudientib⁹ dubitatorum, sermonum iustificationes. Gratis enim condemnare videri min⁹ vtiqz nobis inerit. Etenim oportet disquisitores. sed nō inimicos eē iudicaturos verum sufficienter.

¶ Et cum declarauimus dirimus hec: volūmus perscrutari de celo: vtrum sit generatū ab aliquo: aut non: ⁊ vtrum sit corruptibile aut nō. Sed ante dicamus sermones antiquorum de hoc: vt rationes contradicentium sint questiones contradicentes eis ex aduersarijs eorum. Et nos cum hoc fecerimus tunc sermo noster erit dignior vt recipia 101.

tur apud eos qui sunt bone discretionis vel considerationis in discretione ipsorum vel intellectu. Et maxime cum audierint rationes contradicentium prio. Et iã scimus q cũ nos dixerim⁹ in aliquo: necesse est vt sic sit: aut sic visum est nobis. Et cum hac opinione ⁊ necessitate non dixerimus rationes contradicentium in eis: tunc minus erũt recipiende apud audientes ex distinguentibus ppositiones signorum ⁊ contemplationes intellectuũ. Et oportet qui voluerit iudicare vere vt nõ sit cõtradicens ⁊ odiens eum qui contradicit: sed oportet esse diligentem ipsum ⁊ pacificum ei. Et ex pacificatione est vt concedat ei sicut ꝯcederet sibi de sermonibus recte: ⁊ de sciẽtia apud terminos demonstrationum.

loi. ¶ Oportet ponere questionem per se vtrum mundus sit generatus aut non: cuius determinatum sit ex predictis: sed tamen volumus vt sermo sit perfectior: de hoc ponere questionem per se: ⁊ q complementum sermonis est destruere rationes contradicentium: vult modo incipere perscrutari de hoc ⁊ ponere rationes eorum questiones per se: vt destructio eorum sit manifestior: ⁊ hoc intendebat cũ dixit (vt rationes contradicentium sint questiones cõtradicentibus eisdem ex aduersarijs eorum). i. vt sermo in destructione eor non sit ꝑ defensionem alicuius opinionis sed ad querendum veritatem in se. ¶ Plures ergo sermones aduersariorũ in destructione suarum rationum non sunt nisi ad vincendum non ad sciendum veritatem in se. D. igit̃ q vult perscrutari de rationibus eorum non ꝑ q sunt eius aduersarij sed ꝑ q sunt questiones querende. D. d. (⁊ cum hoc fecerimus ⁊c̃) idest cum ante nos destruimus rationes aduersariorum demonstratio nostra erit magis recipienda. ⁊ q: hoc sit vtilius ante auditum demonstrationis cuius post auditum. D. (⁊ maxime cum audierit rationes cõtradicentiũ primo) ⁊ causa eius est q: rationes contradicentiũ sunt cõtrarie rationibus nostris. ⁊ ideo contrarium manifesti⁹ erit cum adiunctum fuerit alij contrario suo: ⁊ maxime cum fuerit auditum vilius contrarium anteq̃ nobilius: ⁊ cum dixerit hoc dedit rationem super hoc (⁊ nos scim⁹ ⁊c̃). i. q: manifestum est per se q cum aliquis dixerit de aliquo q ita ẽ: aut non est: ⁊ dederit demonstrationem: ⁊ cum hoc non dixerit rationes contradicentium: neq; destructiones eorum: demonstratio eius tunc erit debilior apud audientes: propter paucitatem exercitantium in destructione demonstrationum: ⁊ propositionum tantum fidem: ⁊ hoc intendebat cum dixit (propositiones signorum) Deinde cum dat aliq; proprietatem ꝑ quam debet homo stare cum suo aduersario si voluerit scire veritatem: ⁊ est vt non habeat odio suum aduersarium: sed sit pacificus in suis sermonibus: maxima enim causa diuersitatis est amicitia ⁊ odium. Deinde demõstrauit quid sit pacificum: ⁊ est vt recipiat ex sermõibus aduersarij sui sicut ex suis. s. vt recipiat ex suo aduersario demonstrationes que sunt ꝑ contradictiones ꝑ quas ipse recepit ipsas sibi: ⁊ hoc intẽdebat cum dixit (⁊ sciẽtia apud terminos demonstrationum.)

¶ Genitum quidem igitur omnes esse dicunt: q; genitum hi quidem sempiternum: hi autez corruptibilem: quemadmodum quodcunq; aliud constitutorum. Hi autem vicissim quandoq; quidem sic: quandoq; quidem aliter sese habere corruptibilẽ. ⁊ hoc semper perficere sic: quemadmodũ Empedocles agrigentinus ⁊ Heraclitus ephesius. Factum eẽ quidem igitur sempiternũ tñ esse dicere impossibilium. Sola enim hec ponenduz rõnabiliter quecunq; in multis aut omnibus existentia. De hoc autem accidit contrarium. Omnia enim que generantur ⁊ corrumpi videntur.

¶ Incipiamus modo ⁊ dicamus q omnes antiqui conueniunt q celum est generatum. Sed quidam eorum dicunt q non habuit principium neq; finez in tempore. Quidam autem dicunt ipsuz habere finem in tempore ⁊ cadere sub corruptione: vt alia corpora generata. Quidam vo dicunt ipsum aliquando corrumpi aliquando generari: ⁊ q ita est semper sine fine ⁊ sine abscisione vt Empedocles agrigentinus ⁊ Heraclitus ephesius. Dicamus ergo q sermo dicentis celum esse maximum mundũ ⁊ q ipsum generat res: ⁊ q perpetuũ ẽ sine fine ⁊ principio est impossibilis. Non eni concedimus nec credimus aliquam dispositionem: nisi viderimus ipsam in omnibus reb⁹: aut in plurib⁹. Hec autem dispositio. s. celi dicere q est generatuz ⁊ q non corrumpitur neq; cadit sub corruptione: nos videmus contrariũ in rebus. Quoniam omnia generata corrumpuntur. loz.

¶ Cum narrauit q vult perscrutari de sermonibus aduersariorum de mundo: incepit numerare opiniones eorũ: ⁊ primo de communi: omnes enim conueniunt in hoc q celum est generatum: ⁊ nullus ante ipsum. d. q celum non est generatum. D. incepit narrare opiniones proprias ⁊. d. (sed quidam dicunt ipsum non habere principium aut finem in tempore) idest sed quidam dicunt q nũq̃ corrũpetur neq; habebit finem: ita q tempus succedat ei in futuro: ⁊ cuz dixit non habere principium aut finez in tempore: intendit q nullum tempus veniet in quo dissoluetur in suũ principiuz ex quo generatum est: neq; esse eius habet finẽ in tempore futuro: ⁊ hec est opinio platonis de mundo: videt eniz q generatus est postq̃ non fuit tamẽ est incorruptibilis. D. d. opinionem secundam ⁊. d. (q quidam dicunt ipsum habere finem in tempore). i. q fuit inuentus mundus in tempore terminato ⁊ quod corrumpetur: ⁊ hec opinio est Anaragore sicut narrauit de eo in principio physicorum. Anaragoras enim videt mundum esse generatum postq̃ non fuit ⁊ corruptibilem: ita q nullum eius erit ex eo omnino. D. d. (sicut alia corpora generabilia) idest q hoc est magis ꝑ cursum nature. s. q cum ponitur generatum oportet vt ponatur corruptibile cum plures partes eius sunt huiusmodi preter celum. D. d. tertiam opinionem famosam in eius tẽpore. ⁊ dicit (quidam vo dicunt ipsum aliquando corrumpi ⁊ aliquando generari) idest quidam dicunt q aliquando corrumpitur: aliquando generatur: ⁊ semper est huiusmodi: ⁊ sustinentes hanc opinionem dicunt iam generabat infinities: ⁊ corrumpebat infinities: ⁊ generabit: ⁊ corrũpet infinities: ⁊ sic dicit Empedocles. Opiniones autẽ de mundo sunt quatuor: aut credere ipsum non generabilem: ⁊ nõ corruptibilem: ⁊ hec est opinio Aristo. ⁊ ipse fuit primus dicens hoc philosophorum grecorum: ⁊ hoc tenebat ler caldeorum antiqua: ⁊ hoc intelligitur ex verbis occultis caldeorum. Aut credere ipsum esse generabilem ⁊ corruptibilem: ⁊ hec est opinio Anaragore in physicis: ⁊ hanc sustinent tres leges que sunt modo note: scilicet maurorum ⁊ christianorum ⁊ iudeorum. Opinio vo tertia est ¶ Platonis ⁊ est q sit generabile ⁊ non corruptibile. Quarta vo est credere non generabilem sed corruptibilem: sed hoc null⁹ dicebat incipitũ scimus nisi loquentes nostre legis: cuius sit hoc tñ vnum extra naturam: ⁊ cum dixit opiniones de mundo incepit dicere quid loz.

cere quid contingit cuilibet opinioni de impossibili. ⁊ dicit (dicamus modo q̄ sermo dicentis celū ⁊c̄) idest sermo dicentis q̄ celum quod est mundus maximus est generatum post q̄z non fuit: ⁊ q̄ ipsum generauit res cū generauit ip̄m creator. ⁊ q̄ est perpetuum sine fine in tempore futuro. ⁊ q̄ non inuenitur in eo vltimum neq; principium in quod dissoluitur: est sermo valde impossibilis: q̄ contradicit sensui D.d. causam de hoc: ⁊ dixit (non enim concedimus ⁊ credimus ⁊c̄) idest ⁊ q̄ iste sermo non creditur q̄ inductio qua inducuntur omnia particularia contradicit huic opinioni: sentimus enim q̄ omne generabile est corruptibile. hoc ergo iudicium. s. aliquid esse generatum ⁊ insimul non eē corruptibile non sentitur: neq; in omnibus: neq; in pluribus: sed contrariū: ⁊ omne quod est generatuz est corruptibile. ⁊ hoc q̄d dicit est sufficiens. i. q̄ non debemus credere aliquid habere aliquam dispositionem: donec inueniatur in maiori parte illius rei: aut in omnibus. Judiciū autē hui⁹ affirmatur per inductionem ⁊ per demonstrationem: ⁊ iam affirmatuz est c̄z̄uis non sentiatur ī quibusdā neq; in oib⁹: sed tamen videtur q̄ intendebat dicere q̄ dispositio credenda est: tamen possibile est vt eius contrariuz sit in quibusdā illius rei: aut in omnibus nobis credentibus. q. ergo. d. cuz fides dispositionum quarūdam rerum est sentiendo illam dispositionem existentem in omnibus illius rei aut in pluribus: impossibile est igitur hebere fidem de re cuius contrarium sentiatur in omnibus illius rei.

¶ Adhuc autem non habeamus principium eius quod est sic se habere: sed impossibile aliter habere prius ⁊ per omnia secula: impossibile transmutari. Erit enim aliqua causa que si extitit pri⁹: possibile vtiq; erat aliter habere ipossibile aliter habere. Si autem prius ex aliter habentibus consistit mundus. Siquidem semper sic habentibus: ⁊ impossibilibus aliter habere non vtiq; fieret. Si autem factus est necesse. s. ⁊ illa possibilia esse aliter se habere: ⁊ non semper sic se habere. Itaq; constantia dissoluentur: ⁊ dissoluta constiterunt prius: ⁊ hoc infinities: aut sic se hēbat: aut possibile erat. Si autem hoc non vtiq; erit incorruptibilis: neq; si aliter hēbat aliq̄n: neq; si possibile aliter hēre.

103. ¶ Et etiam dicimus q̄ res in qua non est potentia qua alteratur ex sua dispositione necessario sue alterationis est causa vt alteretur. Dicam⁹ ergo q̄ si mundus fuit compositus ex rebus quaruz dispositiones fuerunt primo aliter a dispositione mūdi: ⁊ fuit impossibile illas dispositiones mutari: ipossibile est vt mundus fiat ex eis omnino. Si ergo possibiles sunt alterari ⁊ transmutari necessario: ⁊ nō sint ꝑm vnam dispositionem perpetuam: si ita fuerint cūm alterabuntur ille res possibiles erunt dissolui ⁊ diminui etiam. Si ergo dissoluantur ⁊ componūtur etiam. Erunt ergo ꝑm hunc modum dissolui ⁊ componi in infinitū. Si ergo hoc ita sit ꝑm hunc modum mundus cadet sub corruptione: nō sicut direrunt ipsum esse extra corruptionem ⁊ consumptionem.

103. ¶ Idest q̄ res carentes potentia transmutationis ⁊ alteratio nis impossibile est vt transmutentur in aliqua hora: q̄n si ita esset tunc alteratio esset causa suiipsius idest esset alteratio sine possibilitate: ⁊ intendit per alterationem transmutationem simplicem. ⁊ cum posuit hanc propositionem dicentem q̄ illud quod impossibile est alterari omnino nō alterabitur: nisi idem esset causa suiipsius: idest esset causa ⁊ causatum idem aut inueniretur aliquid sine causa. D. (si mūdus fuit compositus ⁊c̄). i. manifestū est per se q̄ ea ex qb⁹ fuit compositus mundus ꝑm q̄ fingunt habebant contrariam dispositionem illi quam post habebant: ⁊ q̄ iste dispositiones mutabantur alias. s. q. dicens q̄ ante mundum carebant compositione. ⁊ post habebant compositionem. Si igitur ante c̄z̄ ex eis componebatur mund⁹ fuit impossibile componi ex eis: non fuit possibile componi ex eis nisi esset possibile vt idem esset causa suiipsius. Et cū posuit q̄ mundus non generatur nisi a rebus possibilibus recipere formā mundi ante c̄z̄ reciperent ipsam dixit (Si igitur res possibiles sint alterari ⁊c̄). i. si igitur ille res ex quibus sit mund⁹ possibiles sunt transmutari in formam mundi ⁊ non remanere ꝑm eandem dispositionem alterabuntur. continget cū alterabuntur in formaz mundi ex forma habita q̄ sunt possibiles alterari ex forma mundi in formam primam quam habebant. ⁊ hoc intendebat cuz dixit (si igitur ita sit ⁊c̄). i. si igitur ille res sunt possibiles alterari in formam mundi continget q̄ cuz alterabantur in formam mundi ꝑm q̄ elementa alterantur ex priuatione compositionis in compositionem q̄ sint possibiles dissolui ad primam compositionē D.d. (⁊ si dissoluantur componuntur) idest ⁊ si possibiles sunt dissolui dissoluentur ⁊ cum fuerint possibiles componi componentur. non igitur cessabit mundus esse in generatione ⁊ corruptione perpetua. D.d. (si igitur dixerunt ip̄m eē extra corruptionem) idest contingit eis ex contrario sermōe eorum sicut dixerunt ipsum esse generatum: ⁊ cum hoc immunem a corruptione ⁊ declarabitur post q̄ impossibile est vt possibile non exeat ad esse in tempore finito.

¶ Aurilium autem quod quidam conātur ferre sibiipsis dicentium incorruptibilem quidem esse: factum autez. non est verum. Similiter enim dicūt his qui descriptiones scribunt: ⁊ seipsos dixisse de generatione non tanq̄ generatus sit aliquādo: sed doctrine gratia: tanq̄ magis instructes velut descriptione genitum aspicientes.

¶ Ratio autem quam direrunt cū laborant in affir 104.
mando mundum esse generatum ⁊ non corruptibilem non est vera: ⁊ destruitur per veram demonstrationem. Direrunt enim sicut geometre faciūt in figuris compositis ex plurib⁹ lineis: ita facim⁹ nos in mundo. Geometre enim cuz voluerint dicere quomodo figure sint dicunt q̄ ista figura componitur ex ista linea: deinde ex ista: ad demonstrandum hoc discipulis. Et ita fecimus nos cuilibet qui dixit q̄ mundus sit non quia tempus fuit ⁊ mūdus non fuit. Sed vt doctrina sit manifestior discipulis: q̄ ex hoc generabaꝫ prius: deinde ex hoc sicut fecimus in figuris.

¶ Cum contradixerit dicenti mundum esse generatum ⁊ nō 104.
corruptibilem: incepit contradicere exemplo cuiuz: scilicet quomodo imaginatur generabile non in tempore: tempus enim apud ꝓplatonem dicentem hunc sermonem sequitur motum celi vt apud Aristo. ⁊ cum ita sit contiget ei aliquod impossibile: scz vt aliquid generetur non in tempore: quapropter ꝓplato dat rationem in hoc de generatione figurarum: de superficiebus ⁊ lineis. dicendo: non dirim⁹ q̄ mūdus sit ex rebus simplicibus ex quibus componitur ita q̄ simplicia sint priora compositis tempore. videmus enim q̄ tempus sequitur motū celi: sed volumus dicere quomodo sint priora mundo scilicet hac forma composita: quoniam

sicut geometre vocare volunt quomō linea ⁊ superficies sunt priores figure ⁊ q figura componitur ex eis: ⁊ q nullus intelligit per hanc prioritatem prioritatē temporalez ita nō est intelligendū ex sermone nostro q res ex quibus mund⁹ fit sunt priora mundo ſm tempus sed priora tm̄. ⁊ cum attribuuntur tempori inueniuntur in eo insimul sicut est dispositio de lineis cuz figuris.q.igitur voluit declarare ex hoc q omne in quo dicitur esse prius alio non dicitur tm̄ ſm tempus omnino: ⁊ verum est hoc sed contingit ei si hoc nō pr⁹ fuit tm̄ tempore vt sit prius ineſſe tm̄ sed ⁊ res priores inee sunt insimul in tempore ⁊ sunt eterne sicut dispositio de superficieb⁹ ⁊ lineis cū figuris ē cū nō sit tertij⁹ mod⁹ prioritatis. ¶Plato aūt ponit illas res ex qbus mūd⁹ fit priora mundo ſm seculū: ⁊ nos loquemur de hoc cū Aris. ꝺicet huic.

¶Hoc autem est quemadmoduz dicimus nō idē. In factione quidem enim descriptionum positis omnibus esse simul idem accidit. In demonstrationibus autem horum nō idem: sed impossibile. Que.n. accipiūtur pri⁹ ⁊ posteri⁹ subcōtraria sūt.

105. ¶Et nos contradicemus eis dicendo q hoc exemplum non conuenit eis ex quibus fit mundus. In factura enim figurarum ⁊ ex compositione earum figura non fit perfecta ⁊ completa nisi per omnes lineas ex quibus componitur. ⁊ figura non fit figura nisi per alterationem linearum ex quibus componitur: neqz etiam fit figura nisi omnes linee sint insimul. Si enim voluerint dictū eaz assimilari ⁊ verificare ipsum: non manifestabuntur oēs linee simul: sed declarabunt lineam post lineam. donec perficiant omnes lineas totius figure.

105ª ¶Dicit q hoc exēplū de gnātiōe mūdi ex simplicib⁹ ex qb⁹ cōponit nō ꝓuenit ꝓposito figuraz ex superficieb⁹ ⁊ lineis ita q altera duaz ꝓpositionū nō assimilet alteri tribus modis Quoz vn⁹ ē q figura nō inuenit in aliq hora diminuta in aliq lineaz ex qb⁹ ꝓpōit eēndo figura i actu: ⁊ b intēdebat cū dixit (figura si erit pfecta nisi p oēs lineas). i. q figura nō sit i aliq hora actu si fuerit diminuta i aliq linea ⁊ non intēdebat p ꝓpleta pfectionē vltimā. i b.n. assimilant figura ⁊ gnātum. Secūdus est q figura nō fit ex lineis per alteratiōnem ⁊ transmutationem sicut generatum fit per alterationē ⁊ transmutationem eius ex quo generatur. Tertius est q linee non inueniuntur in aliqua hora absqz figura: elemēta aūtem generati inueniuntur ante generatum. ⁊ intendit per totum hoc q generatum inuenitur in omnibus istis dispositionibus ecōtrario figure. fit enim per alterationem ei⁹ ex quo generatur: ⁊ inuenitur generatum in actu ante complementum vltimum: ⁊ inueniuntur elementa eius ante ipz tempore dixit (⁊ si voluerint dictuz eaz assimilari ⁊c). i. ⁊ si voluerint assimilare generationem mundi nō compositioni figurarum ex lineis in se sed cōpositioni i doctrina. quoniā geometre cum vtuntur compositione ad docendū erit cōpositio tēporalis: quoniaz qđ declaratur ex hoc ē aliquid post aliquid. q. ergo. ꝺ. q hoc exempluz aut intelligitur p hanc compositionē. ſ. compositionem in doctrina: aut cōpositionem in se. Si igitur intendat compositionē in se ergo contingit q ipsa ex rebus ex quibus cōponitur sit insimul. Generatio aūtē nō est ita si in doctrina erit compositio tpalis. Sed ipsi non cōcedunt generationem mundi esse in tempore. qz ergo posuerunt q mundus cum eis ex quibus generatur non est simul: ⁊ posuerint q ante mundum nō est tempus cōtingit eis vt sit prius ⁊ posterius sine tempore: ⁊ tunc non erit assimilatio eius compositioni figurarum ex lineis vera. Defendentes aūt ¶Platonem dicūt q assimilatio generationis mundi ex suis elementis generationi figurarum ex lineis ⁊ superficiebus a platone significat q mundus semper fuit apud platonem: ⁊ q ipse non intendebat per hunc sermonem nisi q partes eius sunt priores natura toto: non q ipse fuit generatus vere: ⁊ si hoc intendebat nihil differt ab Aris. ꝫ tm̄ male fecit in dicēdo mūdū eē gnātū: ⁊ nō conuptibilē: b.n. nō itelligit ex gnātiōe nisi cū difficultate. ⁊ maxime cū dixit q fuit qđ efficit ex nō ordine in ordinem.

¶Ex inordinatis quidem enim ordinata facta esse dicunt. Simul autē idem inordinatū esse ⁊ ordinatum impossibile. Sed necesse generationē esse separantem ⁊ tempus. In descriptionib⁹ aūt nihil tempore segregatum est. Quod quidē igitur impossibile ipsū sempiternū eē: ⁊ factū cē manifestū.

¶Compositio autē mundi non est hmōi. ¶Per ea aūt ex quibus componitur iuuabuntur in rationibus nostris dicendo: q mundus primo generatur ex hoc: deinde post hoc ex hoc. Igitur duo hec ꝫ suum sermonem differunt in se: res enim erant sine ordine: deinde ordinabantur ⁊ fit ex eis mundus. Et impossibile est vt ordinatuz ⁊ non ordinatum sint insimul: quoniā inter ea est tempus ⁊ generatio. Linearum autem que sunt in figura nulla est ante alteram: ⁊ prima earum non est alterius dispositionis ab alia. Manifestum est igitur q impossibile est q mundus sit generatus: ⁊ sit perpetuus sine consumptione ⁊ corruptione.

106. ¶Cū narrauit quō figure ꝓponunt ex lineis ⁊ res appropriatas huic ꝓpositioni: incepit notificare qđ cōtingit eis. ſ. q cōtingit eis q ꝓpositio mūdi ē ꝺria huic ꝓpōni: ⁊ dicit (cō positio aūt mūdi ⁊c). i. ꝓpositio quā fingit hīc munduz q̄ sit gnātum nō ē ꝫ modū ꝓpōnis figuraz. ꝺ. incepit narrare dīam inter duas ꝓpōnes ⁊ dicit (p ea.n.⁊c). i. vt mihi vī q nā rez ex qb⁹ mūd⁹ ꝓponit ꝫ q fingit differt a nā linearz ex qb⁹ ꝓponūt figure: appet. n. nobis ex b erroꝛ exēpli coz ⁊ surget nobis rō ꝺ eos. Q m̄ ea ex qb⁹ mūd⁹ fit qz sūt corpora exītia in actu: ꝓtingit vt sit in loco ⁊ tpe: ⁊ cū ita sit necesse ē vt sint priora mūdo: ⁊ iō nulla rō ē i sermōe platōis: qui pōit ea priora p seculū mūdo. Q ꝺ inatū est igit repiri in tpe nō inuenit sine tpe: ⁊ qđ nō ē natū inueniri in tpe nō hz pri⁹ ⁊ posteri⁹: nisi ꝫ eē qđ ē de lineis cū figura: ⁊ magis de reb⁹ abstractis. Q m̄ si aliq gnātio fuerit ex reb⁹ nō tēporalib⁹ tūc ille res nō erūt priores nisi in esse tm̄. Si igitur intēdebāt cū dicebāt mūdū esse gnātū q: ē ex cāis prioribus in esse erit vez: ꝫ verba coz nō cōpaciunt hoc: aut ergo peccant: aut hoc deuiata veritate: aut male docēt: ⁊ cū dicit q er nā illaz rez appet dīa inter vtrūqz. ſ. exēplū ⁊ exēplar: incepit demōstrare b ⁊ dixit (q mūdus prio gnātur ex hoc deinde ex b). i. vt mihi vī q ꝓtingit eis vt ille res inēqtum sunt entia sūt alicui⁹ q̄litatis quā inducūt eē in ordinatiōe: cōponit ergo ex q̄litate ⁊ q̄li differenti ⁊ delato ⁊ simili mee ⁊ forme. Erūt ergo ille res prio gnate ex aliquo qđ ē ex eis quasi mā: ⁊ erit iste mūdus indiuidualis prio gnat⁹ ex istis reb⁹. ꝺ. ꝺ. (hec igit duo differūt vt dicūt). i. ꝓtingit eis vt ea ex qb⁹ fit mūdus differāt a mūdo nāliter sicut dixerunt. ꝺ. ꝺ. (res. n. erāt sine ordine ⁊c). i. ⁊ silr dixerūt ipi i reb⁹ ex qb⁹ mūdus gnābat cū mūdo. Dicūt. n. q ea ex qb⁹ mūdus fit erāt inordinata. Deinde ordinabant ⁊ fact⁹ ē ex eis mūdus. i. q erāt nō intelligibilia neqz recipiētia diffinitionē. ꝺ. efficiebant recipiētia diffinitioē. ꝺ. ꝺ. (⁊ ipossibile ē vt ordinatū ⁊ nō ordinatū sint ⁊c). i. ⁊ ipossibile ē vt eadem res sint recipiētia diffinitionē ⁊ nō insimul. Q m̄ oīno erit prīnatio diffinitiōis pri⁹ tpe hītu diffinitiōis ⁊ nō ē ita de lineis q̄ sūt: ⁊ intēdebat p b q: cū ponit mūd⁹ eē fact⁹ ꝓtinget vt ea ex qb⁹ fit sunt priora eo tpe: ⁊ intēdebat p b qđ dixit q: gnātio ⁊ tps sūt inter ea. i. q trāsmutatio coz ex ordi-

natione

natiõe ad ordinationẽ ẽ gnãtio: ⁊ ols gnãtio ẽ i tpe. D. o. (Lineaꝝ aũt ⁊c). i. q; linee nõ ſũt priores figura in tpe cũ eẽ aiaꝝ nõ iuenianẽ niſi p figurã. intellect⁹ aũt abſtrahit eas a figura (⁊ nõ ẽ pria eaꝝ ⁊c). i. ⁊ nõ inueniebanẽ linee prio. i. p ſe ſm diſpõnes oppoſitã diſpõni habite cũ fuerit i figura. Contingit igitur vt tranſmutatio carum a prima diſpoſitione multũ ſit alteratio ⁊ q; ſint priores figura ⁊ tempore. Deinde dixit. (manifeſtum eſt igitur ⁊c). id eſt ex hoc qõ primo dictum eſt q; omne generabile opꝝ eſſe corruptibile. Dicere autem mundum eſſe generatum a nihilo ſicut loquentes dicunt continget eis vt nõ ſit generatum: generatio enim non eſt ex priuatione eſſentialiter: quẽadmodũ t aloꝝ nõ fit ex frigore eſſentialiter: niſi contrarium recipiat ſuũ ⁊trariũ. Cũ igiẽ priuatio nõ recipit eẽ q; ẽntia priuatiõis nõ tranſmutatẽ in eẽ: aut mũd⁹ erit mõ priuatus: aut ſemp fuit: ſ; ipoſſibile ẽt ſit priuat⁹. ergo ſemp fuit: ideoq; nullus antiquoꝝ dicebat ℔: qñ ẽ ipoſſibile ⁊ inopinabile.

¶ Uiciſſim aũt cõſtare ⁊ diſſolui: nihil aliud facere ẽ q̃ aſtruere ipſũ ſempiternũ qdẽ: ſ; trãſmutantes formã. quẽadmodu; ſigs ex puero virũ factũ: ⁊ ex viro puerũ. quãdoq; eũ corrumpi: qñq; eẽ putet. Palã. n. q; adinuicẽ cõuenientib⁹ elementis nõ cõtingens ordo ſit ⁊ conſtitutio. ſed eadem. Literaq; ⁊ ſm eos qui dixerunt hunc ſermonem qui diſpoſitiones vtriuſq; cauſant contrariuꝝ. Itaq; ſi totum corpus continuum ens: qnandoq; quidẽ ſic: qñq; aũt illo mõ diſponit ⁊ aptatur. Toti⁹ aũt cõſiſtẽtia mũdus ⁊ celũ. Nõ vtiq; mũdus generabitur ⁊ corrũpetur. ſed diſpoſitiones ipſius.

107 ¶ Dicentes autẽ munduꝝ generari aliquando ⁊ corrumpi volunt ponere mundum ſemper eſſe ſine conſumptione: ſed forma eius alteratur ⁊ trãſmutatur ſucceſſiue de forma in formam. Uerbi gratia ex puericia in virum: ex viro in puericiam. Aliquando igitur corrumpitur puer ⁊ fit vir: ſed aliquando corrũpitur vir ⁊ fit puer. Dicamus igitur q; iſte ſermo eſt falſus: cum enim elementa veniunt adinuicem non fiunt ex eis diſpoſitiones diuerſe: ſed vna ordinatio: ⁊ vna diſpoſitio. Et ipſi concedunt hoc quia ponunt generationi ⁊ corruptioni cauſam. ſed tamen cauſam corruptionis cõtrariam eſſe generationis. Dicamus ergo q; ſi corpus mũdi continuum totum: ⁊ aliqñ fuerit ſm hanc diſpoſitionez: ⁊ aliqñ ſm aliam: ⁊ ſemper reuoluitur ſm hunc modum: ⁊ fuerit cõpoſitio mũdi ⁊ celi ſ; quãcũq; diſpoſitionẽ ſic. Tũc mundus nõ erit generat⁹: neq; trãſmutabilis neq; corrupti bilis: ſ; diſpoſitiões ei⁹ ſũt q̃ cõſumũt ⁊ corrũpũt.

107 ¶ Cum compleuit contradictionem opinionis dicentis mũdum eſſe generatum ſed non corruptibilem: ⁊ contradictionem contradicentem exemplorum vere: incipit contradicere opinioni: dicentis ipſum eſſe generabilem ⁊ corruptibilem in reuolutione ſcilicet q; ſemper transfertur ex generatione i corruptionem ⁊ econuerſo. ⁊ dixit. (dicentes autez munduꝝ ⁊c). id eſt contingit eis qui hoc dixerunt ſcilicet q; mundus ſit perpetuus ſm ſuam formam ſubſtantialem ſine conſumptione ⁊ generatione in ſubſtantia: qñ tranſmutatio non eſt de forma in formam. ſed de accidente in accidens id eſt de diſpoſitione in diſpoſitionem: ⁊ hoc intendebat cum dixit. (ex forma in formam). ⁊ ſignum eius eſt quod dixit prius. (Uerbi gratia ex puericia). i. hoc quod dixit de mundo eſt quẽadmodum dicimus in aliquo individuo ipſum eſſe eternum: ſed aliquando tranſmutatur ex puericia i iuuentutez ⁊ aliquando ex iuuentute in puericiã. Deinde incepit narrare modum ex quo contingit eis hoc ⁊ dixit. (dicamus nos q; iſte ſermo ⁊c). i. qſi dicẽtes hoc fingunt q; elemẽta ex quibus fit iſte mundus cõgregantur aliquãdo ⁊ aliquãdo ſeparanẽ ex qbus fit generatio ⁊ corruptio. Et cum ita ſit ſubſtãtie non erit generatio ⁊ corruptio: cum diffinitio elementoꝝ ⁊ ordinatio ſit eadẽ apud cõgregationem ⁊ ſeparationẽ. Ulidetur igitur q; intẽdebat dicere cũ dixit. (nõ erãt ex eis diſpoſitiões diuerſe). i. fozc diuerſe: ⁊ ſignũ huius eſt q; dixit q; ex eis erat vna ordinatio ⁊ põt intelligi q; diſpoſitiones ex quibus tranſmutanẽ elementa nõ erunt infinite in ſpecie ſed ex eis erunt diſpoſitiones cedem in ſpecie ⁊ diffinitione que ſemper iteranẽ in elementis ſm reciprocationẽ. Et intẽdebat per hoc q; ſi diſpoſitiones eſſent infinite in ſpecie contingeret vt omnis diſpoſitio eaꝝ eſſet corruptibilis ſimpliciter: cũ nunq; reuertanẽ quaſi igitur vult demonſtrare q; cõtingit ſuſtinẽtibus hãc opinionez q; individualis mũdus ſit eternus in ſubſtãria ⁊ in accidẽtib⁹ eternus in ſpecie. Et dixit hoc q; ſi accidẽtia eius nõ eſſent eterna in ſpẽ poſſibile eſſet dicere ipm aliquo modo corruptibilẽ. ⁊ neceſſe fuit vt accidẽtia ſint eterna in ſpẽ cum illa accidẽtia ſunt oppoſita: ⁊ iteranda ſuper mundũ: vt cõgregatio ⁊ ſepatio quã dixit dominus illius ſermonis: ⁊ ipſe innuebat cũ dixit. (vt ipſi cõcedunt hoc q; poſſunt ⁊c). i. q; Empedocles cõcedit iſtas diſpoſitiones cõtrarias ⁊ ponit diſpoſitionẽ quã dixit generationẽ cãm aliam a cã quã ponit diſpoſitioni quã dixit corruptionẽ. i. q; ponit cãm generationis amicitiã. ⁊ cãm corruptionis litem. Et cũ narrauit q; cõtingit eis q; elementa ſunt eterna individua in ſubſtantia eterna ſpẽ in diſpoſitionibus: incepit demonſtrare q; tale nõ debet dici abſolute neq; eſſe generationẽ mũdi neq; corruptionem: ⁊ dixit. (dicamus etiam q; ſi corpus ⁊c). i. põt intelligi ex iſto ſermone q; ſi corpora ex qbus mũdus ꝓponiẽ fuerit neq; generabilia neq; corruptibilia: ⁊ hoc intẽdebat cũ dixit. (continuũ totũ). ⁊ huiuſmodi corpa aliquãdo inueniunẽ ſm aliquam diſpoſitionẽ: ⁊ aliquãdo ſm aliã: ⁊ ſemp reciprocenẽ: neceſſe ẽt mũdus ſit eternus. Uiſum eſt igiẽ q; intẽdebat cuz dixit. (⁊ erit cõpoſitio mũdi ⁊ celi ſm quãcũq; diſpoſitionẽ ſic). i. ex his duabus diſpoſitionibus reciprocãtibus. ſ. vt intelligatur per diſpoſitionẽ cõpoſitio que eſt in ipſo mundo: ⁊ poſſumus intelligere hic p diſpoſitionẽ aliquã aliã intentionẽ. ſ. cõpoſitionẽ corpoꝝ ex qbus cõſtat mũdus nõ cõpoſitionẽ mũdi ex eis. i. dũ non diſſoluitur cõpoſitio illoꝝ corpoꝝ ſimpliciũ ex qbus fit mũdus ſm quẽcunq; moduz fit cõpoſitio eoꝝ. ſ. aut ex materia ⁊ forma: aut ex ptibus in diuiſibilibus: hec aũt corpa nõ tranſmutanẽ in diſpoſitionibus niſi pp cõtinuationẽ aliquando: ⁊ ſepationẽ aliquãdo. Cõtingit eniꝫ ex hoc q; mũdus ſit eternus neq; generabilis neq; corruptibilis in ſubſtãtia. D. o. (ſed tamẽ diſpoſitiones eius ſunt que corrũpunẽ). ⁊ põt intelligi cõpoſitio corpoꝝ ſimpliciũ ſicut dixim⁹ adinuicẽ apud cõgregationẽ ⁊ ſepationẽ quas dixit Empedocles. ⁊ poſſumus intelligere p diſpoſitiones cõgregationẽ ⁊ ſegregationẽ ⁊ per cõpoſita ⁊ p cõpoſitionẽ corpoꝝ ſimpliciũ in ſe nõ tñ adinuicẽ. hec eniꝫ cõpoſitio cõtingit eis vt ſit eterna. cũ nõ ſint corpora ſimplicia in q̃ fiat diſſolutio iſtoꝝ corpoꝝ ſimpliciuz ex qbus mũdus cõponiẽ. Neceſſe eſt igiẽ vt cõpoſitio corpoꝝ ſimpliciũ ex qbus mũdus ꝓponiẽ ſit cõpoſitio neceſſaria: cõpoſitio aũt mũdi ex illis corpibus nõ eſt neceſſe apud eos vt ſit neceſſaria: ſ; diſſolutio hui⁹ compoſitionis non eſt generatio neq; corruptio cum generatio ⁊ corruptio apud omnes non eſt niſi in compoſitione corporum ex quibus mundus componitur: ⁊ propter hoc contingit eis ſm hãc opinionem vt mundus nõ ſit generabilis ⁊ corruptibilis in ſubſtantia: ſed in accidentibus.

¶ Totaliter autem factum corrumpi: ⁊ non reflecti

existente quidem vno impossibile est. ¶Prius q̄ enim fieret semper existebat que ante ipsum consistentia: qua non facta nō possibile esse dicim⁹ trās mutari. Infinitis autem entibus mundis contingit magis: sed tamen ꝛ hoc vtrū possibile aut impossibile erit manifestū ex posterioribus.

108 ¶Dicentes vo q̄ mundus sit corruptibilis ꝛ non reuertetur omnino ad generationem. ¶Respondebimus eis q̄ si mundus sit vnus impossibile est vt sermo eorum sit verus omnino. Anteq̄ mundus fuerit fuit illud ex quo componebatur: ꝛ nisi illud esset ante generationem non dicemus q̄ illud alteretur in ipsum. Si igitur habuit potentiam: vt alteraretur possibile est vt mundus ex eo reuertatur. Si autem mundus non sit vnus sed plures: tunc forte verū dicunt de mundo. Sed nos dicemus post vtrū est possibile an nō.

108 ¶Modo vult contradicere opinioni dicentium mundum esse generabilem ꝛ corruptibilem corruptione eterna sine generatione ꝛ dixit. (dicentes vo q̄ mundus ꝛc). id est dicentes autem q̄ mundus corrumpitur post generationem ꝛ q̄ nunq̄ reuertetur ad generationem mentiuntur: ꝛ sic destruemus sermonem eorum scilicet q̄ mundus non corrumpetur nisi in ea ex quibus generatur: ꝛ hoc erit cuz fuerit vnus individuo necesse est vt reuertatur ad generationem cum hanc dispositionem habeat ante generationem. Ea enim possibilia sunt vt ex eis sit mundus post corruptionem sicut post generationem vel ante. ꝛ nisi essent possibilia vt ex eis fieret mundus non esset mundus. Cuz ergo posuimus hoc esse possibile post corruptionem sicut ante est possibile necessario erit in actum: ꝛ si non possibile reuerteretur in impossibile necessarium est vt generatio mundi reuertatur: ꝛ hoc intendebat cum dixit. (ꝛ nisi illud esset ante generationem ꝛc). id est nisi illud ex quo generatus fuit esset possibile vt mundus sit ex eo ante generationem mundi non diceremus in eo q̄ alteraretur ꝛ trās mutaretur in mundo. Deinde dixit. (si igitur habuit potētiā vt alteraretur ꝛc). id est si igitur illud aut illa ex quibus mundus generatur habebant potentiam alterationis in mundum necessario alterabantur in ipsum post corruptionem: sicut ante generationem: mundus ergo reuertetur post corruptionē multoties. Deinde dixit. (si āt mūdus nō sit vn⁹ ꝛc). i. si āt mūdus corrūpat̄ fz mutationē ex hac forma in formam illi contrariam diffinitione: ista āt forma secunda remaneat eterna aut transmutetur in formam ei ꝛ prime contrariam scilicet tertiam: ꝛ sic in infinitum nunq̄ reuertetur ista forma. Deinde dixit. (ꝛ nos dicemus post ꝛc). hoc quidem iam dixit superius scilicet q̄ impossibile est vt mundi sint plures vno: ꝛ q̄ impossibile est transmutari in formam contrariaz sue forme: ꝛ forte rectum est reuerti ad sermonem de hoc: ꝛ complere contradictionez huius positionis ex propriis illius scilicet eius qui ponit plures mundos diuersos in forma. Et sic declaratum est hoc esse impossibile cum sit impossibile esse corpora simplicia alia ab his corporibus: ꝛ impossibile est vt ex eis componatur mundus cōpositione alia ab hac cōpositione.

¶Sunt autem quibus contingere videtur ꝛ ingenitum aliquid ens corrumpi: ꝛ genitum incorruptibile perdurare: sicut in Timeo. Ibi enim ait celum factum quidem esse non solum: sed ꝛ forte de cetero sempiterno tempore. Ad quos naturaliter quidem de celo solum est dictum. Uniuersaliter autem de omnibus speculantibus erit ꝛ de hoc manifestum.

¶Sunt autem alij qui dicunt possibile est vt aliqd 109
non generetur tamen corrumpitur: ꝛ possibile est vt aliquid generetur ꝛ non corrumpatur: vt dictū est in Timeo: q̄ celum generatum est ꝛ est perpetuum in ecteris temporibus sine corruptione: ꝛ consumptione. ¶Nos vo dicamus q̄ isti non celum disponunt nisi tm̄ sermone naturali: ꝛ nos perscrutabimur de huiusmodi verificatione perscrutatione continente omnia. Si enim hoc fecerimus manifestabitur tunc nobis vtrum celuz sit generatum sine corruptione.

¶Cum demonstrauit mundum non esse generabilem aut 109
corruptibilem: vult perscrutari vtrum cum hoc sit in eo potentia ad corruptionem: quoniam qui concedit q̄ in eterno erit potentia ad corruptionem possibile est apud eum vt aliquid generetur ꝛ remaneat post eternum vel perpetuuz vt plato in Timeo: tunc enim habebit potentiam ad corruptionem absq3 corruptione: quoniam anteq̄ generabatur erat corruptibile in actu. Cum igitur generatum fuit corruptibile est in potentia: ꝛ similiter possibile est ſm hanc opinionem q̄ aliquid quod in preterito semper fuit: in futuro tamen corrumpatur: potentia enim corporis in eo tēpore infinito fuit scilicet preterito: deinde eribit in actum post tempus infinitum: ꝛ dixit in sermone dicentium q̄ celum est generatum ꝛ non corruptibile: q̄ non disponebant celum dispositione naturali: quoniam manifestum est p inductionez uniuersalem q̄ omne generatum est corruptibile: ꝛ dixit. (nos autem perscrutabimur de hac perscrutatione continente omnia). quare qui voluerit de hoc perscrutari in celo ꝛ diligenter perscrutari de hoc in eo quod est uniuersalius sez in oibus entibus ꝛ est ille qui perscrutaretur de tribus angulis q̄ debent esse equales duobus rectis in triangulo equilatero: non de triangulo simpliciter inquantum triangulus. Declaratum est enim q̄ tales propositiones non sunt prime neq3 essentiales: ideoq3 dixit. (cum igitur hoc fecerimus). id est cum perscrutabimur de hoc per propositiones essentiales.

¶Primum autem diuidentium quomodo ingenerabilia ꝛ generabilia dicimus ꝛ corruptibilia ꝛ incorruptibilia. ¶Multipliciter enim dictis: ꝛ si nulla differentia ad sermonem necesse intellectū confusum habere. Si quis diuiso multipliciter tanq̄ indiuiso vtatur. Immanifestum enim ſm quam naturam ipsi acciderit quod dictū est.

¶Sed anteq̄ hoc faciamus diuidamus post in- 110
tentiones generationis ꝛ corruptionis: ꝛ declaremus quid est dicere generabile aut non generabile: aut non corruptibile: aut corruptibile. ¶Quoniam cum idem fuerit recipiens diuersas intentiones que non distinguuntur: ꝛ aliquis considerauerit illud sine distinctione: ꝛ sine diuisione: stupefiet in intellectu. ꝛ dicet de eo sermonem sine diuisione: ꝛ sine distinctione necessario. ¶Nesciet enim de cuiusmodi natura dicit illud ꝛ cuius intētiōe.

¶Quia vult perscrutari vtrum aliquid sit eternum: ꝛ de- 110
inde post corrumpatur: aut aliquid sit generatum: deinde post remaneat eternum. Generabile autem ꝛ corruptibile ꝛ nō generabile ꝛ nō corruptibile dīr multis modis: vult post determinare fz quot modos dīr hec noīa: deide ostendere

ostendere illud quod intendit: quoniam si hoc non fuerit peruenireret errorem sicut dixit: et dixit. (cum enim idem fuerit recipiens plures intentiones. et potest intelligi per idem dictio: et quasi dicit: quoniam cum aliqua dictio significet plures intentiones: et potest intelligi per idem subiectum istius questionis: quoniam cum idem subiectum fuerit diuersis intentionibus: et non distinguantur ille intentiones vt accipiantur quasi eedem necessario apparebit illud subiectū habere dispositiones diuersas. quoniam tūc erunt ꝓpositiones non eedem vt dictū est: in peryarmenias: et hec expositio est quasi apertior. Deinde dixit. (ne sciunt enim &c). id est qz nescit de cuiusmodi natura dicitur vnaqueqz earum intētionuz cū ille intentiones dicantur de naturis diuersis.

¶Dicitur autem ingenitum vno quidem modo: si sit aliquid nunc prius non ens sine generatione: et transmutatione: quemadmodum quidam tangi et moueri dicunt. Non posse enim generari dicunt tactum neqz motum. Uno autem siquidem contingens fieri: aut non fieri non est: similiter enim et hoc ingenitum quod contingit non fieri. Uno autem si quid omnino impossibile fieri: vt et quandoqz quidem sic: quandoqz autem non. Im possibile autem dicitur dupliciter: aut enim simpliciter non verum erit dicere q̄ fiet vtiqz: aut non facile: neqz cito: aut bene.

iii ¶Dicamus modo q̄ aliquid dicitur non generabile multis modis. Quorū vnus est cū prio fuerit in nō esse. deiñ in esse sine gnātiōe et sine alteratione vt quidam dicunt de tactu et motione. Dicunt enim q̄ tactus et motio nō sunt generabiles. dicitur etiam alio modo cum anteq̄ fuerit est possibile vt fiat sed non fit nisi per generationem. Et dicitur etiam non generabile alio modo cum fuerit impossibile generari: et sine potentia in eo ad generationem et non sit aliquādo et aliquādo sit.

iii ¶Intendit per esse formam: et per non esse priuationem forme quasi igitur dixit. (dicitur non generabile cuz aliquid fuerit prius priuatum: deinde post fuit ens: cum eritus ei⁹ a priuatione ad esse fuerit sine transmutatione: et sine alteratione). scilicet q̄ generatio eius sit sine tempore: et hoc intendebat cum dicit. (et sine generatione et sine alteratiōe). sicut dicunt quidam de tactu et motu). illos non esse generabiles quia carent eo quod necesse est in generatione scilicet q̄ eritus eorum sit a nō esse ad esse et per transmutationem et in tempore et illud quod plus inuenitur huiusmodi est in rebus relationis. Et manifestum est q̄ hoc non dicitur non generabile nisi per similitudinez. quia omne quod potest non esse necessario est grneratum. et apparet ex hoc quia non dicitur ipsum non generatum proprie nisi apud suum non esse. Themistius autem dixit: q̄ dicitur in ambobus scilicet apud esse et non esse. Deinde dixit dicitur etiam alio modo non generatum). id est et dicitur non generatum de aliquo non ente sed q̄ possibile est esse per transmutationem et in tempore: et dixit hoc: quia illud quod nō est ens apud suum non esse potest dici non generabile: sed tamen conditionatur in eo vt sit possibile esse ad differentiam eius ad impossibile. Impossibile enim dicitur semper non generabile. hoc autem non dicitur non generabile nisi in aliquo tempore. Sed tamen hoc non generabile quod dictum est hic non opponitur generabili: quapropter visum est q̄ affirmatiue numerauit hanc intentionem de intentionibus generationis et dimisit intentionem de qua dicitur non generabile apud suum non esse: cum fuerit possibile sed suum esse est sine causis generationis: quoniam cū fuerit ens non dicetur generabile sed etiam dicetur non generabile. q. d. igitur vult hic numerare de modis non generabilis illud quod in sua compositione dicitur generabile: cum illud de quo vult hoc perscrutari sit huiusmodi generis. Themistius autem dixit q̄ non dixit possibile in eo nisi ad distinguendum inter ipsum et impossibile et intendit per possibile possibilitatem. Deinde dixit. (et etiam dicitur non generabile alio modo cum aliquid fuerit impossibile generari). id est et dicitur etiam de aliquo ente esse non generabile cum fuerit impossibile generari quia caret potentia ad generationem: et hoc est quia aliquando inuenitur ens aliquando non ens: et hoc intendebat cum dixit. (sine potentia que sit in eo ad generationem et non sit aliquando et aliquando sit). et addit hanc conditionem: quia aliquod ens non est impossibile generari nisi cum in eo non fuerit potentia ad generationez: et hoc est de quo vere dicitur nō generabile scilicet q̄ nunq̄z fuit non ens: neqz habet potentiam ad non esse: et ꝑm hoc non intelligitur er non generabili impossibile sicut itellerit Themistius: sed dignius ens vt videmus q̄ Themistius intellerit er hac tertia intentione impossibile. hec enim intentio tertia diuiditur in duo. Quorum alterum est q̄ in eo non sit potentia aliqua omnino: et hoc est impossibile. Alterum autem est vt in eo non sit potentia nisi difficilis: sed ipse Themistius dixit q̄ hanc intentionem secundam earum duarum diuisionum oportet intelligere ex secunda intentione prime: in qua scilicet dicit. (et dicitur etiam non generabile alio modo). et fingit q̄ Aleran. explanabat hunc sermonem ꝑm intentionem qua nos explanauimus id est res generabiles anteq̄z generetur et cum explanatio fuerit ꝑm Themistium: tunc non generabile dicitur tribus modis. Dicitur enim de eo quod fit absqz causis generationis: et de difficili generationis tamen possibilis: et de impossibili generationis: et ꝑz hoc diminuitur er eis de quibus dicitur non generabile illud quod est magis famosum dici: et etiam illud quod intenditur scilicet eternum quod nunq̄z fuit generatum. Et etiam diminuitur ex hoc illud quod non est generatum: tamen possibile est facile generari. Illud enim de quo dicitur non generabile aut vere aut non vere dicetur: si non vere dicetur de generato absqz causis generationis: et de eo quod est difficilius generationis. Dicitur enim non vere quia collocatur sub diffinitiōe generati qđ est ens postq̄z ens non fuit. De his igitur duobus dicitur non generabile non vere. Uere autem similiter dicitur de alijs duobus scilicet de non generato in actu. i. in aliquo tempore et non generato simpliciter: sed neqz in aliqua hora. et hoc quidez dicitur de eo quod semper est et de eo qđ semper nō est. Triangulus enim non est generatum simpliciter: et habere plus q̄z tres angulos est non generatum etiam simpliciter in rei veritate: ergo sunt quinqz modi. Uidetur ergo q̄ forte Aristo. congregauit ens simpliciter et non ens simpliciter sub tertio modo: et congregauit non ens in aliquo tempore quod est difficilis generationis: et facilis generationis sub secundo modo: et ꝑm hoc erunt intentiones quas dixit tres: tamen vere sunt quinqz et hoc fecit propter breuiloquium.

¶Eodem autem modo et genitum. Uno quidem si non ens prius: posterius sit: siue genituz siue nō generatum. quandoqz quidem non ens: iteruz autem ens. Uno autem si possibile: siue per verum determinato possibili siue per facile. Uno autem si sit generatio ipsius ex non ente in ens: siue iam existente: per fieri autem existente: et siue etiam nōdum existente: sed contingente.

¶Similiter dicit generabile multis modis: quo- iiz

rum vnus est cum aliquid fuerit impossibile generari deinde fuerit in postremo non ens: aut per generationem aut sine generatione: ⁊ est aliqñ ens ⁊ aliqñ nõ ens. Et dicitur etia generabile alio mõ cum aliquid quod non fuerit est possibile generari. Et etiam dicitur generabile alio modo cuꝫ aliquid non fuit ⁊ deinde fuit per generationẽ.

iiz ¶ Cum fuerit dictum de numeratione intentionum de quibus dicitur nõ generabile vult dicere de qbus dicitur generabile: ⁊ quia vna intẽtionum de quibus dicitur non generabile est illud quod est possibilis generatiõis qõ adhuc non est: hoc autem est duobus modis: aut ad fiendum per causas generationis: aut sine causis eius: ⁊ quia hoc est oꝫ vt hoc nomen generabile dicatur etiam de oppositis hꝫ duarum intentionum. ſ. de eo quod est in actu post non eẽ absqꝫ causis generationis: ⁊ de eo qꝫ est in actu cum causis generationis: ⁊ ideo incepit ⁊ collocauit has duas intẽtiones in vno sermone ⁊ dixit. (⁊ similiter dicitur generabile multis modis. quorum vnus est cum aliquid fuerit impossibile generari. Deinde fuerit in postremo non ens: aut per generationem: aut sine generatione). i. quia generabile dicitur de eo quod fuit in actu postq̃ꝫ non fuit. Deinde post non est: ⁊ hoc est duobus modis: quorum vnus est vt fiat sine causis generationis: alius cum causis ⁊ dixit. (cũ aliquid fuerit impossibile generari). i. ⁊ nõ dicitur in istis esse non generabile nisi ꝑm statum in quo non est generandum scilicet cum fuerit in actu. quoniam cum aliquid fuerit completum in generatione impossibile est generari: ⁊ iste due intentiones in quas prius diuisum fuit non generabile sunt contente hic in prima diuisione: ⁊ vtraqꝫ istaꝫ diuisionum diuidentium est opposita duabus intentionibus de quibus dicitur non generabile. ſ. prime sue explanationis ⁊ secunde: ⁊ possibile est generabile ⁊ non generabile er eis dici: de vna ntentione sed diuersis modis. Generatum enim absqꝫ causis generationis possibile est dici apud suum esse generabile ⁊ non generabile insimul. Non generabile vo est quia sine causis generationis. Generabile autem quia est postq̃ꝫ non fuit. sed tamen melius est vt non dicatur non generabile nisi apud non esse: ⁊ generabile apud esse: quapropter dixit cum aliquid fuerit ipossibile generari ⁊c. Et cũ diuisit hanc intẽtionem huius nominis generabile que opponit̃ duabus primis intentionibus huius nominis nõ generabile: dixit etiam secundam intẽtionem generabilis ⁊ dixit. (⁊ etiam dicitur generabile alio modo ⁊c). i. dicitur generabile ⁊ de eo quod generatuꝫ est potentia nõ generatũ actu. ⁊ Themistius intellexit er hac intẽtione illud quod est difficilis generationis. i. dixit qꝫ ꝫ intentio secunda quã dixit er hoc nomine generabile eadẽ est cũ opposita secunde intẽtionis quã dixit er eis de qbus dicitur non generabile. ſ. qõ est difficilis generationis ꝑm suam sentẽtiam nõ ꝑm sentẽtiam Alexãdri. Deinde dixit tertiam intentionem ⁊ dixit. (⁊ dicitur generabile alio modo ⁊c). i. ⁊ dicitur generabile de eo quod est generabile: in actu vere: ⁊ est illud qõ prius fuit non ens. deinde fuit ens via generationis ⁊ existimatur hoc esse collocatum sub primo diuidente. ⁊ quod dicit in eo cernit aut per generationem aut sine generatione: tñ videtur qꝫ non vocauit ipsum hoc generabile nisi inquãtum ens est post nõ ens ꝑm viaꝫ generationis. non inquãtum est ens post non ens quod intendebat in primo modo. ⁊ Themistius dixit quod intendebat per hoc illud quod necessario generatur: sed tamen visum est qꝫ illud qõ necessario generatur non fit ꝑm viam generationis. ſ. per alterationem.

¶ Et corruptibile autem ⁊ incorruptibile similiter Sine enim prius aliquid ens: posterius autez nõ est: aut non esse contingit corruptibile esse dicim? siue corruptum aliquando ⁊ transmutatũ siue nõ. Est aũt quando ⁊ quod per corrumpi contingens non esse corruptibile esse dicimus. Et adhuc aliter quod facile corrumpit̃ quod vtiqꝫ eutharton id est facile corruptibile dicet aliqs.

¶ Et similiter corruptibile dicitur multis modis iiꝫ quorum vnus est cum aliquid fuerit primo ens: ⁊ postremo non ens: siue per alterationem siue non Et forte dicit̃ corruptibile alio modo cũ aliquid fuerit possibile vt non sit: non ens per corruptionem. Et dicitur corruptibile alio modo etiam cũ aliquid fuerit velocis corruptionis: vt illud quod est facilis corruptionis.

¶ Idest quorum est vnus cum aliquid fuerit primo ens. deinde fuerit non ens post: dicitur enim eo apud non esse suum. consequens eẽ quod est corruptibile: ⁊ quod iam corruptum est siue suum non esse fuerit per alterationem scilicet corruptione vera: aut sine alteratione ⁊ hoc est corruptibile in actu. Deinde induxit secundã intentionẽ. ⁊ dixit. (⁊ forte vocabimus aliquid corruptibile alio modo ⁊c). i. ⁊ forte dicemus corruptibile cum aliquid fuerit possibile non esse non per aliquam causam causarum corruptionis ad demonstrandum qꝫ cum hoc nomen corruptibile dicitur de eo quod est in potentia huius scilicet. qꝫ intrat ipsũ non esse sine causis corruptionis. dignius est dici de eo qõ est in potentia nõ ens cum fuerit nõ ens per causas corruptionis. ⁊ Themistius ꝑm qꝫ reputo intelligit ex pronunciatione huius corruptionis cum corrumpitur sine alteratione ⁊ sine corruptione: sicut corruptio fluuij magni cum transmutatur de loco in locum. Deinde dat tertiam intentionem ⁊ est illud quod non est corruptum in actu sed est facilis corruptionis: de hoc enim dicitur corruptibile etiaꝫ. ⁊ dicit. (⁊ dicitur etiam corruptibile, alio modo ⁊c). intendit dicere qꝫ illud quod est in potentia dicitur duobus modis de difficili: ⁊ hoc raro ⁊ in similitudie remota: ⁊ de facili corruptibili: ⁊ est hoc magis in vsu: ⁊ abbreuiatio huius est qꝫ corruptibile dicitur de corrupto in actu ⁊ ipotentia: in actu dicitur de eo quod est corrumpitur per alterationem substãtie siue ⁊ trãsmutationem: ⁊ de eo qꝫ corrũpitur per trãsmutationẽ alterius ⁊ eius transmutationem in potentia dicitur de eo quod est difficilis corruptionis: ⁊ de eo quod est facilis corruptionis.

¶ Et de incorruptibili eadem ratio: aut enim qõ sine corruptione quandoqꝫ qdem ens: quandoqꝫ autem nõ ens: puta tactus: quia sine corrumpi prius existentes postremo non sunt. Aut ens qdem possibile autem non fore aut non futurum aliquã do: nunc aũt ens. Tu enim es ⁊ tactus nunc. sed tamen corruptibilis: quia est aliquando. quando non est verum te dicere quia es: neqꝫ hoc tangi. Maxime aũt proprie ens quidem: impossibile autem corrumpi sic: vt ⁊ nunc ens postremo non sit: aut contingat nõ esse: ⁊ si nondum corruptum: cõtingens autem postremo nõ esse. Dicitur aũt incorruptibile ⁊ quod non facile corrumpitur.

¶ Et similiter dicitur quod non cadit sub corrũ- iiii ptione multis modis. Quorum vnus est cum aliquid fuerit aliquando ens: aliquando non ens: vt tactus: aliquando enim est ens: ⁊ aliquando non ens absqꝫ esse ⁊ sub corruptione. Et dicitur etiaꝫ

non corruptibile

non corruptibile illud alio modo. Illud quod est ens ⁊ habet potentiam ad non esse: vel illud quod in futuro erit non ens: ꝑm hoc cadens sub corruptione: nunc autem est ens: ⁊ est ꝑm hoc cadens sub corruptione: in futuro enim erit non ens. Modus autem verus scilicet quod non cadit sub corruptione est illud quod modo est ens: ⁊ non habet potentiam ad corruptionem ita ꝙ sit modo ens ⁊ non ens. Et dicitur etiam alio modo cum res nō corrumpatur adhuc ⁊ possibile est postremo vt sit non ens. Et etiam dicitur non corruptibile: alio modo cum aliquid non cadit velociter sub corruptione sicut illud qō nō est facilis corruptionis.

ii4 ¶ Idest non corruptibile dicitur illud cuius corruptio est sine causis corruptionis: sicut dicitur non generabile illud: cuius generatio est sine causis generationis. Iste autem modus potest dici corruptibile ⁊ non corruptibile duobus modis diuersis: corruptibile vo inquantum non est post esse: non corruptibile autem. quia suum non esse non ē per causas corruptionis. Ista autem sunt sicut dixit que aliquando sunt ⁊ aliquando non sunt quorum esse non est per causas generationis: ⁊ quorum non esse non est per causam corruptionis. Verbi gratia sensus tactus. Sensus enim tactus non est transmutatio vt fiat aut corrumpatur in tempore sed est consequens transmutationē: vnde est non in tempore: ⁊ similiter omnia elementa. Deinde dixit. (⁊ dicitur etiam non corruptibile alio modo). id est dicitur non corruptibile de eo quod est corruptibile in potentia ⁊ est ens in actu ⁊ est possibile vt non sit post. Deinde dixit. (aut illud quod in futuro non est: modo autem est). ⁊ est altera pronunciatio eiusdem intentionis scilicet corruptibilis in potentia. Deinde dixit. (⁊ est modus ꝛc). id est modus autem de quo dicitur non corruptibile verori nomine est illud quod est ens in actu in quo non est potentia ad non esse: ita ꝙ aliquando sit ens ⁊ aliquando non ens. Deinde dixit. (⁊ dicitur etiam non corruptibile: alio modo cum aliquid adhuc non corrumpatur ⁊ possibile est in postremo vt sit non ens). ⁊ potest hic esse illud qō in postremo est non ens sine causis corruptionis: ⁊ differt per hoc ab eo in quo primo dixit cum aliquid fuerit ens ⁊ habet potentiam vt sit non ens. Deinde dixit. (⁊ dicitur etiam non corruptibile alio modo cum aliquid non cadit velociter sub corruptione). ⁊ hoc manifestus est esse quod est aliud condinidens a predictis. Et abbreuiatio huius sermonis ē ꝙ incorruptibile dicitur: aut quia corruptio eius sit sine causis corruptionis: aut quia est non corruptum in actu: ⁊ possibile est corrumpi in futuro: ⁊ hoc duobus modis: aut sine causis corruptionis: aut cum causis: dicitur itaq; hoc non corruptibile de duabus intentionibus: prima scilicet ⁊ secunda. Tertius autem est verus ⁊ est illud quod est ens in actu ⁊ non habet potentiam ad corruptionem: neq; est possibile vt in aliqua hora sit corruptum. Quartus vo est id qō est difficilis corruptionis.

¶ Si itaq; hec sic se habent considerandum quomodo dicimus possibile ⁊ impossibile. Proprissime enim dictum eo ꝙ non possit corrumpi: neq; aliquando quidem esse aliquando autem non. Videtur autem ⁊ ingenitum ꝙ impossibile ⁊ quod non potens fieri sic: vt ⁊ prius qdem nō sit: posterius aūt sit: puta diametrū simetrū.

ii5 ¶ Et cum de generatione ⁊ corruptione ⁊ suis intentionibus iā dixim⁹ aperte: pscrutemur mō de illo de quo dicimus ipsum habere potentiam aut non habere potentiam. Incorruptibile vo verū est illud in quo non est potentia ad recipiendum corruptionem: neq; habet potentiam vt aliquando sit ens: ⁊ aliquando non ens. Illud autē quod non generaī est illud qō non habet potentiam: vt sit temperatum naturaliter.

¶ Idest perscrutatio est ante introitum in eis que intendimus quid est dicere hoc habet potentiam: aut non habet illud nisi de quo vere dicitur: non corruptibile est quod nō habet potentiam ad corruptionem: neq; etiam est possibile vt aliquando sit ens ⁊ aliquando non ens. Deinde dixit. (Illud autem quod aliquando non generatur ꝛc). id est illud autem quod vere non generatum est ꝙ non est in potentia in aliquo tempore: ⁊ cum ita sit: est igitur illud in quo non est potentia vt sit ens in quo non est potentia vt generet cū gnābit nō hēbit iā potētiā ad gnātionē. Illud ergo quod non generatur non habet potentiam ad generationem: ⁊ hoc intendebat cum dixit. (non habet potentiaz vt sit equale naturaliter). id est quia semper fuit equalis per naturam ⁊ intendebat per equalem naturaliter illud quod est in sua perfectione: ⁊ innuit ex hoc ꝑm ꝙ reputo opinionem platonis dicentis ꝙ mundus ante hoc fuit eq̄lis per naturam. id est equaliter in potentia. Deinde post hoc fuit equalis per naturam: ⁊ hec est ordinatio quam intendebat cum dixit ꝙ mundus prius fuit inordinatus. deinde post venit ad ordinem ⁊ voluit hic notificare ꝙ mundus non semper fuit ordinatus quia non est in eo potentia ad ordinationem. id est ⁊ si venit ex inordinatione ad ordinationem potentiam habet ad ordinationem ⁊ non ordinationem.

¶ Si itaq; aliquid potest mouere centum stadia: aut leuare pondus. semper aūt plurimū dicimus puta talenta leuare centuz: aut stadia ire centum: q̄uis ⁊ partes potest que intus. Si quidem ⁊ superabūdantia vt nominetur ad finem ⁊ excellentie virtutem oportet. Necesse igitur potens ꝑm excellentiam tm̄ ⁊ que infra posse: puta si talenta centum tollere: ⁊ duo ⁊ si stadia centum ⁊ duo posse ire: virtus aūt excellentie. Et vtiq; siquidem impossibile tm̄ ꝑm excellentiam dicentibus ⁊ plura impossibile: puta non potens mille ire stadia: manifestū qz nec mille ⁊ vnū.

est ex fine: ⁊. v. (⁊ stetit natura cum fecit stellas nō motas ⁊c). i. ⁊ cum creato: posuit eas ptes nō motas ꝓcessit via qua cōseruarent oia que sūt b: qm̄ si essent mote p se necessario corrūperēt eaq̄ sunt hic ⁊ suus sermo in b ē itellectus p se. Et nō est itelligēdū ex b qđ fuit possibile vt faceret eas motas p se: qm̄ nō est in naturis eoꝝ moueri motu recto: ⁊ si essent mote p se mouent motu recto. Sz creator optime fecit cū posuit substātiā eaꝝ cōueniētē saluti eorū q̄ sunt b quasi sciret qđ accideret ex hoc. s. q substātia eaꝝ esset alia substātia. Et debes scire q b qđ ponit b est sicut cōsequēs cōuertibile. s. q si eent nō ligate facerēt sonum: ⁊ si nō facerēt sonum essent ligate: ⁊ est conuersio contradictionis prime. Themistius aūt dixit q hoc negz est ꝑs negz cōuertibile. ¶Possibile est. n. apud ipm vt illud qđ nō est ligatum nō faciat sonū: cū nō oē qđ est nō ligatū faciat sonū. Silr ⁊ possibile est vt illud qđ nō facit sonū nō sit ligatū: cā enim soni ⁊ priuationis eius nō est priuatio ligamēti aut ligamētū vt declaratū est in libro de aia. Sed iste sermo nō cōuertitur negz est verificatus nisi cū acceptus fuerit in stellis ꝓpter velocitatē ⁊ magnitudinē ⁊ multitudinē eaꝝ. D. v. (⁊ declaratū est ⁊c). i. q vtrūqz illoꝝ determinatū est ex secūda intentione: nō q declaratio in hoc est circularis. s. ex eadem parte. sed ex duab⁹ partibus diuersis.

¶De ordine aūt ipsoꝝ quo quidez mō singula ponuntur: ⁊ hec quidē esse prioza: hec aūt posterioza ⁊ qūo se habēt adinuicē elongationibus: ex his q̄ circa astrologiā cōsidereť: dicit eni sufficiēter.

57 ¶Et dicamus ēt de ordine stellaꝝ ⁊ expulsione earum ⁊ de situ cuiuslibet eaꝝ q̄ sit prima. ⁊ q̄ posterioꝝ: ⁊ de remotione eaꝝ abinuicē: ⁊ iā diximus oia ista nostro libro q vocatur astrologia.

57 ¶Intēdit per ordinē stellaꝝ hoc. s. supioritatē ⁊ iferioritatē ⁊ intēdit p expulsionē quātitatē motuū eaꝝ ⁊ numeꝝ ⁊ intēdit per situ situū cuiuslibet orbis in respectu orbis stelle q̄ est supra ipm. Situs eni in spera inuenit in duob⁹ modis. s. ꝑm q cōtinet ab alia spera si fuerit hmōi: ⁊ ꝑm speram quā ipse cōtinet: ⁊ hoc necessario est in oi spera mota. s. qđ cōtineat corpus sphericū vt ꝓdictū est in libro ꝓdicto: ⁊ cognitio huius est ꝑs ex cognitione ordinis. Cognitio autē remotionū eaꝝ est cognitio quātitatis spissitudinis q̄ est inter vtrāqz stellā: ⁊ in hac scientia concedunt oia ista fere ab astrologo. Deinde laborat in dicēdo causas istoꝝ ex natura istoꝝ corpoꝝ ⁊ nām suoꝝ mouētiū. ¶Nālis vo ⁊ astrologus cōicant in cōsideratione istaꝝ qōnū: ⁊ tñ astrologus in maiori pte dat q nālis vo dat ꝓp qd: ⁊ qđ dat astrologus in maiori pte nō est nisi ex eis que sensui apparēt. s. de ordine ⁊ qualitate motuū: ⁊ de nūero ⁊ situ eaꝝ adinuicem. Ut. g. q astrologus scit ordinē eaꝝ ex eclipsatione eaꝝ adinuicē: nālis aūt laborat in dādo cām ꝓpter quā hoc est ꝑa ipam: ⁊ q nālis nō cōsiderat de istis rebus nisi in causis eaꝝ quaꝝ esse determinatū est in astrologia dixit. (⁊ iā diximus oia ista ⁊c). i. ⁊ nō est remotū in plurib⁹ istoꝝ q astrologus dat aliā cām a cā nāli: sed tamē determinatū ē q modus causaꝝ de qbus cōsiderat nālis alius est a mō cārum de qbus cōsiderat in astrologia. Astrologus aūt cōsiderat de causis abstractis ꝑz rationē a mā. s. causis doctrinalibus: nālis vo de causis q̄ sunt cuz mā. Ut. g. in vtraqz scientia querit: quare celū est sphericum nālis. v. q est corpus negz graue negz leue: astrologus. v. q linee creuntes a cētro ad circūferentiā sunt equales.

¶Accidit aūt ꝑm rationē fieri vniuscuiusq̄ motus elōgationibus: ꝓpter hos qđ ē velociores: hos aūt tardiores. Quoniā eni supponit extremā celi circulationē simplicē esse ⁊ velocissimā. alioꝝ autē tardiores ⁊ plures: vnūquodq̄z eni cōtraferť celo ꝑm suiipsius circulū. Rōnabile iā ꝓpinquissimo qđē simplici ⁊ prime circulationi in plurimo tēpore ptrāsire suiipsius circulū: maxime aūt distāti in minimo: alioꝝ aūt ꝓpinquius semp in pluri: distātius aūt in minori: ꝓpinquissimo eni maxime prevalet: distāti aūt maxime omniū minime ꝓpter distātiam: intermedia aūt ꝑm rationē iam distantie sicut etiam ostendūt mathematici.

¶Modo dicamus q recte accidit cuilibet stellaꝝ vt motꝰ ei⁹ sit ꝑz suā remotionē: ⁊ dico q eaꝝ q̄dā habēt vnū motū leuē velocē: ⁊ quedā hūt plures motus tardos: ⁊ quelibet stellaꝝ mouet in suo orbe ecōtrario motui primi celi: ⁊ hoc fuit recte. Dico q stella q̄ est posita ꝓpe primū motū simplicem facit suā reuolutionē in maiori tēpore: ⁊ stella posita a remotis a primo simplici facit reuolutionē in tēpore minori. Cetere aūt stelle q̄ appropiquāt primo motui simplici faciūt in maiori tēpore: ⁊ q̄ non appropiquāt illi motui faciūt in tēpore minori. Et hoc recte fuit qm̄ in eis q̄ appropinquāt prio motui simplici cōtingit plus: ⁊ q̄ remouent contingit debilitas ꝓpter remotionē. Et que sūt inter se: se quiť a prio motu ⁊ simplici ꝑz ꝓpinquitatē ⁊ remotionē sic declarauerūt mathematici. s. i almagesti 58

¶Vult dare in hoc capitulo causam eius per quam vnus orbis est velocior alio: ⁊. v. q hoc accidit cuilibet stelle vt motus eius fit ꝑm suā remotionē. i. recte accidit q diuersitas motuū stellarū in velocitate ⁊ tarditate sit ꝑm distātiaz ab orbe q reuoluit in motu diurno. ⁊ intēdit ꝑm q apparet velocitatē ⁊ tarditatē motū ꝓpriū qui est ab occidēte in orientē. Videmus eni q orbis saturni qui est supior est tardior: ⁊ orbis lune q est posterior est velocior: ⁊ medij medij· sed hoc nō currit ꝑm ordinē nisi ꝑm opinionē dicentis q sol est sub mercurio ⁊ venere ⁊ nō supra: ⁊ hic in hoc diuersi sunt oēs astrologi: ⁊ adhuc nō verificat quō est: ⁊ potest intelligi sic q motus cuiuslibet stelle est ꝑm suam remotionem. i. ꝑm duos motus quos habet quelibet stella scilicet orientalē ⁊ occidētalē: qm̄ que magis ꝓpinqua fuerit primo orbi eius motus orientalis erit velocior: ⁊ ideo quanto magis est remota tanto magis est tardior: sed quanto magis est propinqua tanto corpus eius ē maius: ⁊ quāto magis remota tāto corpus est minus: ⁊ in hoc non accidit dubitatio: ⁊ dispositio earum in isto motu est contraria in dispositione motꝰ accidētalis scilicet q quanto magis fuerit ꝓpinqua primo orbi: tāto magis est tardior: ⁊ quāto magis remota tāto magis velocior. D. v. (⁊ dico q carū quedā habēt vnū motū ⁊c). i. ⁊ dico vlr q visum est de his stellis q̄ se habēt q vna est sub altera: ⁊ diuersant in velocitate motus ⁊ multitudine ⁊ in paucitate motus. Que eni appropinquat magis ē tardior ⁊ pauciorū motuum ⁊ que magis remouetur est velocior ⁊ plurium motuū Deinde dedit cām in hoc. s. cām primā remotā: ⁊. v. (qm̄ quelibet stellarū mouet i suo orbe ⁊ ecōtrario motui celi). id est ⁊ prima cā in hoc. s. quare illud qđ est ꝓpinquius primo est tardius: ⁊ qđ est remotius est velocius: q oēs mouentur ecōtrario motui primi: ⁊ q remanet ei dare causaz propinquam in hoc incepit positionē illius ⁊ dicit. (⁊ hoc fit recte). id est ⁊ ista cā verificat ex hoc quod dico. i. ex b quod videtur de motibus eorū: qm̄ ponere ex quod ē illud a quo sequit in hoc mō demōstrationum necessitas attributionis cause ad ipm. s. ad quia: qm̄ nō sufficit in dando veras causas vt sint res: cū ponant esse erūt cāe carū entes Sz cū fuerit posite ille res entes: ꝓtinget vt cāe carū posite sint cāe entes: ⁊ ꝓp b ꝓponit in dādo cās istarū rerū b qđ

apparet

apparet ex consequentibus inter consideratas res: ⁊ hoc qđ ipse dat ex causis. Et incepit iam sermonē suū: ⁊.d.(⁊ dico q̄ stella posita ⁊c̄).i.⁊ hoc qđ dico dādo hāc causam verā est.s.causam de qua dicit q̄ mouet ecōtrario prio motu: qz manifestū est in astrologia q̄ motus istaꝝ stellaꝝ sic ē.s.q̄ saturn⁹ est tardior: ⁊ medij medij: ⁊ luna velocior: ⁊ hoc significat qđ ipse opinabat solē esse sub mercurio econtrario Ptolomeo. D.d.(⁊ hoc fuit recte ⁊c̄)idest ex hac cā: qm̄ he stelle mouent econtrario primo motui: necesse est vt iste que sunt propinque sequuntur primum motū fortī consecutione ab oriente in occidentem ꝓpter fortitudinē primi motus: quapp illa consequentia prohibet illas a suo motu ab occidente in orientem. Que aūt sunt valde remote cōsequūtur primū motū debiliter ꝓpter suam remotionem ab eo: ⁊ media inueniuntur in dispositione media. Et hoc significat q̄ astrologi dixerunt in suo tēpore q̄ sol erat supra lunam: ⁊ venus ⁊ mercurius supra solē: ⁊ verificat apud me in dando causam q̄ sol est supra mercurium ⁊ venerē: qm̄ non sequit ex hoc sermone nisi q̄ illud quod est remotū sit velox: ⁊ quod est propinquum sit tardū. Et non sequitur vt hoc fiat ordinē: ita vt quātomagis fuerit inferius tantomagis sit velocius: sicut nō sequitur vt velocitates eoꝝ sint proportionales. V.g. vt ꝓportio motus saturni ad motuz martis sit sicut proportio distantie saturni ad distantiam martis: qm̄ hoc nō cōsequeret nisi potentie illarum stellaꝝ ⁊ distantie illarum essent proportionales. Non est igitur remotum vt sit in medio aliqua stella cuius motus sit velocior motui ei⁹ quod est sub ea propter abundantiā sue potentie supra potētiam alterius. Et ꝑm hoc nō est incōueniēs q̄ motus solis sit velocior motu mercurij ⁊ veneris q̄ꝝ sit supra: ⁊ hoc erit propter abundantiam sue potentie super potentiā eaꝝ. Et non debemus intelligere ex hoc quod motus diurnus prohibet alios motus: prohibitio enim fit violente ⁊ non ē illic motus omnino. Sed illi motus sunt ex desiderio rationali. Quod igitur magis propinquum est primo orbi habebit maius desiderū: quoniā propinquitas in loco illic ē similis propinquitati essentiarum ad inuicem: que est propingtas in scia: ⁊ intellectu rōnali. Quāto.n. magis intellectus primi moti ē fortior tāto magis desiderīū erit pfecti⁹ ⁊ quātomagis desideriū ē forti⁹ tāto mot⁹ ei⁹ erit velocior.

¶Figuram aūt vniuscuiusq̄ astroꝝ sphericam maxime vtiq̄ quis rationabiliter existimabit. Qm̄.n. ostensum ē qz nō nata sūt moueri ꝑ seipa. Natura aūt nihil irrōnabiliter: neq̄ frustra facit: palā qz ⁊ figurā talē dedit in mobilib⁹: que minime ē motiua. Minime aūt motiua spera: pp nullū habere organū ad motū: palā qz vtiq̄ astra sperica erunt mole. Adhuc aūt fit⁹ qđē oia ⁊ vnū. Luna autem ostendit ꝑ ea q̄ circa visū qm̄ sperica. Nā ꝑ accrescēs ⁊ descrescēs pluries qđē altera ex pte curua: altera concaua fieret. Aut vtraq̄ ex pte curua semel aūt duas in ptes equales bipartita diuideret. Et itez per astrologica. Quia nō vtiq̄ eēnt solis eclypses lunares. Vtraq̄ sigdem vnum tale: palam quia ⁊ alia vtiq̄ erunt sperica.

59. ¶Volumus mō dicere de figuris stellaꝝ que oportet cōsiderātē i hmōi dicere q̄ figura cuiuslibz eaꝝ sit sperica. Et iā declarauim⁹ q̄ stelle nō mouent oino ꝑ se: ⁊ q̄ natura nihil facit ociosuz: ⁊ sine fine. Recte ergo fecit ea que nō mouent figura imobili oino: stella aūt nō mouet qz nihil hz ex instrumētis motus. Manifestū ē igit q̄ spissitudo corpoꝝ stellarū r otundaꝝ est sperica equalr: ⁊ undifferenter. Et verificatio hui⁹ qđ dixim⁹ est luna. Luna eniz alijs stellis magis apparet spica ꝑ suā faciē. Si.n. nō esset sperica nō esset illuminatio arcualis ⁊ mō materie ⁊ mō q̄drata. Et iā declarauimus hoc in astrologia. Quia si sol nō esset speric⁹ eclypsis ei⁹ nō esset arcualis. Et si vna stellaꝝ eēt sperica: manifestum est q̄ omnes deberent esse sperice.

¶Cum dixit demonstrationem q̄ figure stellarum sunt sperice: ⁊ demonstratio eius est q̄ stelle non mouentur inquātum sequebat a premissis non qz fuit quesitum ꝑ se. vult ergo modo pscrutari de hoc inquantū est quesitū ꝑ se ⁊ perficere doctrinales demōstrationes huius intētionis: ⁊ demonstrationem naturalē. Et primo incepit dicere demonstrationem predictā consequentē a quiete stellaruz. Deinde dedit demonstrationes doctrinales: deinde demonstrationem cōpositā ex vtrisq̄ scietijs. Et demonstratio predicta fundatur sup duas ꝓpositiones. Quaꝝ vna est q̄ stelle nō mouent recte. Et secūda est qđ non mouet recte nō est recte figure: ⁊ hec ꝓpositio est manifesta: qz ē cōuersio ꝫrie ꝓpositionis dicentis q̄ oē qđ est recte figure mouet recte: ⁊.d.(⁊ iam dixim⁹ q̄ stelle nō mouent omnino ꝑ se.i. motu locali.⁊ dixit(q̄ natura nihil facit ociosū).i.⁊ declarauimus hoc ex hoc q̄ nā nihil facit ociosum: qm̄ si moverent motu locali essendo animate: tunc nā faceret ociosum: cū non dedisset eis instrumēta: quēadmodū fecit in aīalibus. Et cū posuit q̄ stelle nō mouentur recte.d.(recte igitur figurauit ea ⁊c̄).i.igit nā cū fecit stellas nō motas motu locali recte figurauit figura nō mobili recte: mobile eniz motu circulari nāliter debet habere figurā circularē. Et similiter qđ nō monet motu circulari neq̄ locali. Sed omne qđ nō mouet motu locali: aut quiescit: aut circulariter mouet: ⁊ vtraq̄ debet habere figurā rotundā. Et cū dedit hāc demonstrationem indurit demōstrationes doctrinales in hoc q̄ꝝ non sunt inate poni in hac scia: ⁊.d.(⁊ verificatio hui⁹ qđ dixim⁹ ⁊c̄).i. ⁊ hoc apparet valde in luna ex hoc qđ apparet ex figuris illuminationis ei⁹q̄ est in primo arcualis quā cōtinēt duo circuli: quorū vnus ē ex pyramide visus ⁊ alter ex pyramide solis: ⁊ qz in prio apparet hic figura arcualis. Deinde magnificat donec fit circulus: scim⁹ qz illa superficies conuexa ē superficies spere necessario. Et vlr hoc apparet ex lumine ei⁹ primo arcualis: deinde semicirculus: deinde circulus pfect⁹.s.significat q̄ ē cōuexū spere nō cōuexum figure ouee ⁊ etiā lentee nec figuraꝝ aliaꝝ: ⁊ pp hoc dixit(⁊ aliqñ ꝑm medietatē)Deinde dedit aliā demōstrationem doctrinalē: ⁊.d.(⁊ iā declarauim⁹ ⁊c̄): ⁊ iā declarauimus in nostro libro de astrologia q̄ hoc qđ apparet i eclypsi solis ē q̄ arcualis significat q̄ sol ⁊ luna sunt sperici. Cū enim due spere secant sectio cōis ē circularis: ⁊ cū ita sit dz fieri ex sectiōe duaꝝ speraꝝ figura arcualis ꝓtenta duobus circulis: quoꝝ vn⁹ est sectio cōis duab⁹ speris: ⁊ secūda circulus q est in cōuexo spere. Deinde dedit demōstrationem nāle: ⁊ dixit(si igit inuentaꝝ vna stellaꝝ sperica necesse ē vt oēs sint sperice)⁊ ꝫ nō est exēplū sed demonstratio fundata super hoc q̄ oia corpora celestia sunt eiusdez nature specie. Et cū ita sit necesse ē q̄ illud qđ eristit in aliquo indiuiduoꝝ speciei ex reb⁹ eēntialib⁹ eristit in oibus indiuiduis eiusdez speciei. Et iā declaratū ē q̄ figura est ex reb⁹ essentialib⁹ in corporibus celestib⁹ qz sunt animata: ꝑm igit has propositiones verificatur iste sermo: ⁊ nō est sicut dixim⁹ ꝑ exēplū.

¶Duabus aūt dubitationib⁹ entibus de quibus merito vtiq̄ qlibet dubitabit: tentandū dicere qđ videtur dignum esse reputantes: pōptitudinem magis imputari verecundie q̄ꝝ audacie: siquis pp philosophiam stare ⁊ puas sufficientias diligit: de quibus maximas habemus dubitationes. Adhuc autem multis existentib⁹ talib⁹ nō minime mirabi

le: propter quã quidẽ cãm nõ semper plus distãtia a prima latiõe mouent plurib⁹ motibus: sed inter media plurimis. Rationabile vtiqz videbitur esse primo corpe vna latio latiõe propinquissimũ minimis moueri motib⁹: puta duob⁹. habitu aũt trib⁹ aut aliquo alio tali ordine. Nunc aũt accidit cõtrarium: paucioribus aũt sol ⁊ luna mouent motibus q̃ erraticorũ astroz quedã: q̃uis lõgius a medio ⁊ ppinquius primo corpi sine ipsis. Palã aũt hoc de quibusdã etiã visu factũ est. Luna enim videm⁹ dicotomã qdem existentẽ: subintrantẽ aũt astrorũ martẽ: ⁊ occultatũ quidẽ ꝑm nigrũ ipsius: ereũtem aũt ꝑm clarũ ⁊ lucidũ. Similiter autem ⁊ de alijs astris dicunt q dudũ obseruauerũt ex plurib⁹ annis egyptij: ⁊ babylonij a qb⁹ multas credulitates habemus de vnoquoqz astrorum.

60. ¶Et volum⁹ mõ pscrutari de duab⁹ ppositionib⁹ de quib⁹ opz perscrutatorẽ pscrutari. Et dicemus in eis ꝑm nostrã ꝓsciẽtiam' ⁊ nostram opinionem: ⁊ non debet aliqs videre hoc in nobis qõ sit ex inuerecundia nostra ⁊ audacia: ſz opz mirari ex nostra inquisitione in philosophia ⁊ ex nr̃a dilectione ad eam. Et cũ nos quesierim⁹ questiões dubitabiles ⁊ potuerim⁹ dissoluere eas pua dissolutiõe: tũc audientem opz esse hilarẽ ⁊ infrigidari in pectore. Prima igit̃ qõ est q mirabilia nãe sunt plura: ⁊ hoc est vnũ eoz ⁊ nõ min⁹ ceteris. dico volumus scire q̃ de cã ois orbis remot⁹ a prio orbe nõ mouetur plib⁹ motib⁹ eternis. Qm̃ neĉe ẽ vt existimaĕ si primũ corp⁹ mouet vno motu vt orbis ppinqu⁹ ei moueaĕ paucis motibus aut duob⁹ aut tribus. Nõ aũt ei⁹ Zriũ accidit eis: qm̃ sol ⁊ luna mouent paucioribus motib⁹ q̃ sũt mot⁹ stellaz erraticaz: ⁊ loca eaz cũ hec sunt remota a medio ⁊ ppinq̃ prio corpi. ⁊ hoc manifestũ ẽ ⁊ sensibile in qbusdã stellis erraticis: iã. n. vidim⁹ lunã ſz medietatẽ intrasse sub marte ⁊ eclypsari martẽ ex pte nigredinis lune: deide apparuit ⁊ exiuit ex pte albedis lune ⁊ luminis ei⁹. Et sic dicũt de alijs stellis babylonici ⁊ egyptij qui considerauerunt hoc in multis ⁊ addiscim⁹ nos ab eis. ⁊ credimus eis ⁊ scimus scientiam valde nobilem in qualibet stellaz.

60. ¶Quia propositiones que sũt in nostris manibus in talib⁹ questionib⁹ sunt pauce ⁊ fere dicuntur equiuoce q: excepte sunt ab alatis que sunt hic: ⁊ de istis ⁊ de illis dicit alatum fere equiuoce: ſz tm̃ q: nos nõ possumus habere in hoc nisi hmõi ppõnes: ⁊ ppter hoiem dicere in quolibz ꝑm q ẽ in nã hois dicere in illa re nõ ꝑm ipam rẽ cũ in plibus nõ possumus dicere nisi ꝑm potẽtiã nostrã nãlem. Et ppter h̃ incepit Aris. excusare se dicẽdo q: aliqs non dz tenere hoc i nobis in verecũdia: qm̃ qui ignorat hec duo. s. q: perfectio hominis ⁊ virtus ei⁹ inquãtũ est hõ nõ est nisi dicere i istis rebus ꝑm q: est in sua nã: ⁊ q: impossibile est dicere de istis ſz sinas nãs. multoties attribuit loquẽti in istis reb⁹ stulticiaz ⁊ inuerecũdiã: qui aũt ista scit miraĕ ex sua diligẽtia. Et ex sua philosophia: ⁊ est ex extraneitate sermonum quos addiscunt in istis reb⁹ ⁊ difficultati eoz: q̃uis nõ sint demõstrationes pfecte fidei: tm̃ q: subiectũ eoz ẽ valde nobile sunt nobiliores illis. Modicũ enim nobile nobili⁹ ẽ multo ignobili: ⁊ vocauit eas questiones disputabiles pp suã difficultatem ⁊ diuersitatẽ sermonũ contrariorũ victorũ in eis. Et deinde incepit de prima qõne: ⁊. d. (prima vo qõ ẽ rẽ). i. ⁊ audiẽs istã qõnem ⁊ h̃ qõ dictũ ẽ in ea dz esse hñs sollicitudinẽ circa nãlia quousqz appareat ei q mirabilia nature sunt plura ⁊ diuersa. ⁊ q hec qõ sit vna eaz: ⁊ tũc non deopinabitur hoc qõ d[illegible]mus de cãis haz qõnum. d. dedit primã qõnẽ ⁊ dubitationẽ cõtingentẽ illi: ⁊ sermo ei⁹ ẽ intellectus p se: ⁊ abbreuiatio eius est q aliqs põt q̃rere q̃re orbes remoti a prio orbe mouẽt paucis motibus vt sol ⁊ luna: ppinq aũt illi mouent multis motib⁹ ⁊ existimandũ ẽ h̃ ecõtrario: qm̃ primus orbis q: mouet vno motu: existimandũ est q illud qõ est ppinquũ ei dz moueri paucioribus motib⁹ q̃z quod remotius: ⁊ h̃ qõ dixit fundatũ ẽ sup h̃ q: antiq opinabant ante Ptolemeũ q: luna hz tm̃ tres mot⁹: ⁊ q: sol segtur luna in orbe. Ptoleme⁹ vo dedit lune amplit⁹ duos motus: quoz vn⁹ dz distãtia duplicata: ⁊ alter mot⁹ sectionis: ⁊ ꝑm h̃ nõ cõplet̃ ista questio: ſz tm̃ in h̃ qõ. d. Ptole. non est famosum apud nos: ⁊ forte accidit eis ex instrumẽto. Et q: hec qõ fundata ẽ sup hoc q orbs stellaz est iste orbs quẽ dixit: ⁊ q: motus eaz est hmõi: ⁊ q: plurima huiusmõi sunt famosa: ⁊ incepit dicere q: ipse sensit ex hoc q: eũ sit cecidit ei in hoc certitudo. Deinde dedit testimoniũ super hoc qõ posuit ex ordine orbiũ ⁊ diuersitate eoz in motibus ex egyptijs ⁊ babylonicis: cũ isti habuerunt magnã sollicitudinez circa sciẽtias ⁊ dixit (iam enim videm⁹ lunã intrare ꝑm medietatem martis: quapp debet esse sub eo) ⁊ ideo oẽs cõueniunt in hoc astrologi q: luna est inferior oĩbus planetis.

¶Et hoc itaqz merito dubitabit aliqs pp quã qdẽ cãz i pria qdẽ latione multa ẽ astroz multitudo: vt arithmeticoz eẽ videaĕ ois ordo. In alijs aũt vnũ solũ singlare. Duo ãt aut pl'a ñ videtur i eadẽ ifra latiõe. De his qdẽ igit̃ q̃rere bñ se hz: ⁊ ad ea q̃ ad plus ſtelligẽtiã: ⁊ qdẽ modicaz hñtes causas ⁊ tãta elõgatiõe distãtes ab his q̃ circa ipa accidẽtib⁹: tm̃ ex his ꝓcẽplãtib⁹ nihil irrõnabile vtiqz videbit̃ eẽ qõ nũc dubitaĕ. Sz nos vt de corpib⁹ ipis solis ⁊ solitarijs: ordinẽ qdẽ hñtib⁹ in alatis ãt oino pgrimus. Opz aũt tãq̃ pticipãtib⁹ existimare actiõe ⁊ vita. Sic enim nihil videtur p̃ter rõnẽ eẽ accidẽs.

¶Secunda aũt questio est ⁊ volumus scire qua de causa in primo orbe sunt plures stelle innumerabiles: ⁊ in vnoquoqz alio orbe est vna sola stella. Dicamus igit̃ q: opz ingrentẽ cognitionẽ rez perscrutari de hoc: hoc enim augmẽtat virtutẽ intellect⁹: q̃uis scientia istaz rez sit difficilis ppter paucitatem causaz cognitionis eaz: ⁊ remotionẽ: ⁊ nobilitatem earũ. Sed tamẽ cũ hoc pscrutamur eo q: ẽ in eis: ⁊ nos dicemus eas modo: cũ ista questio nõ sit extra rõnem: neqz eius cognitio pertransit. Sz tamẽ nos non intelligimus hec corpora nobilia: ⁊ opinamur ea esse tm̃ corpora ⁊ habere nobilitatez ⁊ ordinem sine anima omnino. Dicamus ergo q: oportet nos intelligere ea esse viua: ⁊ habere actionem animalem: cum enim nos intellexerim⁹ ea huius dispositionis: tunc motus eorum non inuenium tur ociosi: ⁊ non pertransitur scientia illius. 61.

¶Hec est questio scda ⁊ est difficilior prima: ⁊ ppter difficultatem

cultatem ei⁹ reuersus est in sermõe in quo demõstrat q⁹ necessario est demonstratio in huiusmodi qõne ⁊ incepit dicere (q⁹ oportet querentẽ ⁊c̃). D. d. (q̃uis scia illarum rerum ⁊c̃). i. q̃uis scientia istarum rerum est valde difficilis propter paucitatẽ eãꝝ: ⁊ cã eius ẽ in hoc remotio earũ a nobis ⁊ diuersitas eaꝝ rerũ ab oĩbus reb⁹ in nobilitate. Et cũ narrauit q⁹ opz considerantẽ considerare i istis reb⁹ q̃uis sint difficiles: ⁊ demonstrauit cãs difficultatis eaꝝ: incepit narrare etiã modũ ex quo possibile est considerari in istis corporib⁹ q̃uis sint valde remota a nobis ⁊. d. (ſz tñ ⁊c̃) idest ⁊ q̃uis sint difficiles in cõsideratione tñ si vtamur in eis principijs motus nãliter nõ pertransiẽt cognitio eorum ⁊ propter hoc necesse est dicere illam questionẽ cum non sit extra rationem. i. cum nõ sit extra genus questionũ de quibus possibile est rõcinari. D. d. (sed tñ nos nõ intelligim⁹ ⁊c̃) ⁊ dicam⁹ q⁹ cognitio taliũ rerũ ẽ possibilis q⁹ nõ opinamur q⁹ ista corpora sint tñ corpora sine aĩa opinando ea cẽ nobiliora oĩbus corporibus que sunt hic. Q̃ tñ necesse ẽ vt nobilius animato sit aĩatũ necessario. i. verũ est q⁹ ipossibilis esset cognitio istaꝝ rez si essemus tñ opinati i eis ea cẽ tñ corpa: modo vo cũ credim⁹ ea cẽ aĩata ẽ possibile. d. d. (dicamus q⁹ opz nos intelligere ea cẽ viua ⁊ habere actionem aĩalem). i. ⁊ cũ necesse sit vt sint aĩata necesse est vt motus eius sit aĩalis nõ nãlis. ⁊ põt intelligi: imo opz nos credere ex motu eorum in loco ea esse viua necessario. Omne enĩ hñs figurã terminatã qõ in loco mouẽ est aĩatũ necessario: ⁊ corpa celestia sũt hmõi: ⁊ hec ẽ declaratio q̃si scda: qñ vtraq; declaratio est declaratio q⁹: demonstratio autez simplr in hac scia fundata est sup ppõnes acceptas ex scientia nãli ⁊ diuinali. Declaratũ enĩ ẽ in physicis q⁹ motor corpoꝝ celestiũ nõ est in mã. Et declaratũ est in libro de aĩa: q⁹ illud qõ est hmõi ẽ intellect⁹: ⁊ declaratũ est in tractatu primo q⁹ forma intelligibis nõ mouẽ nisi ꝑm desiderium quod fit a suo intellectu: quapp necesse est vt habeat suum imaginatũ ⁊ est corpus celeste hñs desideriũ. Et cũ declarat q⁹ necesse est vt habeãt aĩam. d. (cũ enĩ intellererimus ea huiusmodi dispõnis ⁊c̃) ⁊ cũ opinati fuerim⁹ ea cẽ aĩata: tunc necesse est vt motus eoꝝ diuersitas in multitudine non sit ociosa sicut in diuersitate motus in animalibus que sunt hic. ⁊ cum ita sit possibile ẽ stare causam in hoc.

¶ Videtur aũt optime quidem habenti existere q⁹ bene sine actione: ꝓpinquissimo aũt per paucam ⁊ vnã: bis aũt qui longi⁹ per plures: quẽadmodum in corpe. Hoc quidẽ neq; exercitatuz bñ habere. Hoc aũt modicũ deambulans. Hoc aũt ⁊ cursu indiget ⁊ lucta ⁊ pugna. Iterũ aũt alteri neq; quã tũcũq; laboranti: hoc vtiq; adhuc existet bonum: sed alterum aliquid.

62. ¶ Incipiamus mõ ⁊ dicamus q⁹ illud qõ est nobile perfecte cõpletum ẽ: ⁊ qõ ẽ nobile sine actiõe ⁊ sine opatione qua acquirũt nobilitatẽ. Et illud quod ẽ ꝓpinquũ nobili ẽ illud qõ acquirit ipz vna actiõe parua: ⁊ qõ ẽ valde remotũ a nobili ẽ quod acquirit ipsũ plurib⁹ actionib⁹: vt in corporib⁹ hominũ. Quidã enim sanus est sine actiõe ⁊ sine aliqua forma rum. Et qdam non acquirunt sanitatẽ nisi per cursum ⁊ laborẽ ⁊ multũ exercitiũ: ⁊ be sunt que suscipiunt sanitatẽ q̃uis laborent ⁊ exercitentur multum. ⁊ si incipiant cupiditate tota.

62. ¶ Illud qõ acquirit perfectã nobilitatẽ sine actione est in rei veritate illud cui⁹ actio est sua ſuba. s. intellect⁹ abstractus dicit q⁹ qdã hõ acquirit sciam sine additione ⁊ hz sanitatez sine exercitatione. D. d. (q⁹ illud qõ est ꝓpinquũ ⁊c̃). i. ⁊ manifestum est ẽt ꝑ se q⁹ illud qõ est ꝓpinquum nobili in animatis est illud qõ acqrit nobilitatẽ que est in illo genere modica actiõe: sicut nobile perfectũ illius generis acquirit eã sine actione ⁊ sine laboze. D. d. (⁊ q⁹ illud qõ remotum est ⁊c̃). i. ⁊ manifestũ ẽ etiã per se q⁹ illud qõ est remotum a nobili in genere rerũ hãbẽtiũ aĩam nõ acqrit nobilitatez q̃ est in genere illo nisi ꝑ multã actionẽ. D. dedit exẽpla istaꝝ trium ꝓpositionũ: ⁊. d. (vt in corpibus hominum ⁊c̃). i. ⁊ corpus qõ nõ indiget in conseruatiõe sue sanitatis exercitio ⁊ tacuit exẽplũ ei⁹ qõ acqrit sanitatẽ modica actiõe qõ fuit scõe ꝓpõnis. D. d. exẽplum tertie ꝓpõnis que est corp⁹ qõ acqrit sanitatẽ perfectam magno exercitio ⁊ multo laboze. D. d. exempluz qõ posuit in loco ꝓpõnis gñalis quarte: ⁊ d. q⁹ quidã non acqrunt sanitatẽ: ſz multũ laborẽt. i. manifestum ẽ per se q⁹ quidã alicui⁹ generis animati nõ põt acqrere sanitatẽ simplicẽ neq; per magnã actionẽ ⁊ nõ acqrit aliquã sanitatẽ: ⁊ intẽdebat ꝑ ẽ ꝓ ꝑmũ celũ qõ mouẽ motu diurno q⁹ ẽ nobili⁹ eoꝝ q̃ sũt illi⁹ gñis necce ẽ vt acqrat nobilitatẽ: que est in illo genere vna actione: ⁊ q⁹ illud qõ ẽ valde remotũ ab eo aut acqrit primũ magna opatiõe aut oĩno ñ acqrit eã opatiõe magna neq; pua: ſz acqrit nobilitatẽ de q̃ hz naturã vt acqrat: ⁊ ea q̃ sunt media acqret opatione media. sed iste sermo gñalis nõ cõuenit motib⁹ orbium in ordine ꝑm ꝓtolemeũ: ꝓtolemeꝰ enĩ dedit qnq; motus lune. ⁊ mercurio nouẽ: ⁊ ceteris ꝓter solẽ octo. ⁊ si ita esset oporteret credere q⁹ successio eoꝝ in nobilitate non sit ꝑm ordinẽ in mobilib⁹. s. q⁹ illud qõ mouẽ paucioribus motib⁹ est nobilius vbicũq; fuerit in ordine: qñ si ita non fuerit ipossibile erit ponere q⁹ sol non acquirat nobilitatem pfectã neq; plib⁹ motib⁹ neq; paucis qõ segẽ a positiõe ei⁹ remota a pmo orbe. s. si posit⁹ fuerit supra lunã: neq; ẽt si fuerit posit⁹ i orbe q̃rto: q⁹ sup ipz ẽ saturn⁹ iuppit̃ ⁊ mars q̃ hñt ples motz eo: ⁊ sb eo mercuri⁹ ⁊ ven⁹ q̃ hñt ẽt ples motus eo ſz motz necessarij i istis reb⁹ adhuc ñ sũt demõstrati in hac scia. isti. n. motz q̃s põit ꝓtole. fũdat̃ sup duo fũdamẽta q̃ ñ ꝙuẽiũt scie nãli eccẽtricũ ⁊ epicyclũ q̃z vtrũq; ẽ flm.

¶ Est aũt difficile dirigere aut multa aut multocies: puta mirias astregalos kios. i. tales ensses mille iacere difficile: sed vnũ aut duo facile. Et iterum qñ hoc quidẽ indiguerit huius gratia opari: hoc aũt alterius: ⁊ hoc alteri⁹: in vno quidẽ aut duob⁹ facilis adipisci. Quanto aũt vtiq; ꝑ plura difficili⁹. ꝓpter qõ opz putare ⁊ astroz actionẽ cẽ talem qualis qdẽ aĩalium ⁊ plantaꝝ. Et. n. hic bois plurime opationes. Multa. n. bona cõseq põt: quare multa agit: ⁊ aliozum nimirum gratia.

¶ Et dicam⁹ ẽt q⁹ perficere vnũ ẽ facili⁹ q̃ pficere plura. Et pficere aliquid semel aut bis: ẽ facili⁹ q̃ perficere multotiẽs. Et cũ aliqd acqrit vna actiõe aut duab⁹ facilius est eo quod acgritur pluribus: ⁊ qõ acquirit plurib⁹ est difficili⁹. Scõm hoc igitur intelligende sunt operatiões stellaꝝ: dico quãtitatem operationũ aĩaliũ ⁊ plãtaꝝ. Operationes. n. hois plures sũt ⁊ ei⁹ actiões infinite: qñ põt perficere pla: q̃pp actiões ei⁹ multiplicanẽ: ⁊ opatiões ei⁹ nõ sũt ꝓpter se ſz ꝓpter aliud. Quia illud qõ ẽ perfecte nobilitatis nõ indiget operatione qua sit nobile: nã ipm ẽ illud ꝓpter qõ fit ois operatio: ⁊ ois actio ⁊ pfectio operationis erit per illud qõ facit opationẽ ꝓpt aliqd ⁊ pp illõ qõ ẽ actio faciẽtis. 65.

¶ Omne b ẽ q̃si cã eius qõ dicit q⁹ illud quod acgrit nobilitatẽ paucis opationib⁹ est nobili⁹ ⁊ ecõuerso: ⁊. q. d. (⁊ cã eius ẽ q⁹ pficere ⁊c̃). i. q⁹ facere vnuz benefactum est leuius 63.

q̃z plura. D. d. (¶ cum aliquid acquiritur vna actione ¶c̃) idest ¶ cuz vna actio sit facilioꝛ pluribus actionibus: igitur quod acquirit nobilitatẽ que est in alio genere vna actione facilius ¶ melius acquirit ipsam q̃z que acquirit pluribus quasi ergo dicat q̃ illud quod acquirit nobilitatẽ vna actione est nobilius. ¶ queritur quare facilius acquirit nobilitatem q̃ vna actio est facilioꝛ q̃z plures. D. d. (p̃m hoc intelligende sunt operationes stellarũ). idest q̃ illud quod acquirit nobilitatem vna operatione facilius acquirit ¶ nobilius est: sed hoc habet questionem: quoniam que facilitas aut que difficultas ẽ i opatiõibus coꝛpoꝛ celestiũ cũ nõ sit illic ꝓpriũ cõtrariũ motoꝛi: vt in aĩalibus que sunt hic: ¶ si esset nihil oparet: cũ declarat q̃ potẽtie mouẽtiũ illic sunt infinite. Dicam⁹ igit̃ q̃ ꝛietas q̃ ẽ inter nãm motoris ¶ moti: scz inter nãm ei⁹ qđ ẽ in actu ¶ ei⁹ qđ ẽ in potẽtia ẽ inter motoꝛẽ ¶ motũ in istis coꝛpibus tñ ¶ cũ ita sit visũ ẽ q̃ ꝓpoꝛtio est terminata in coꝛpibus celestib⁹: ¶ iõ nõ q̃cũq̃z eoꝛum motoꝛ sit mouet qđcũq̃z coꝛp⁹ sit: neq̃z in quacũq̃z velocitate scz vnũqđq̃z eoꝛ mouet motũ ꝓpriũ in velocitate ꝓpria: ergo cõtrarietas q̃ est inter motoꝛẽ ¶ rẽ motã que mouet ab eo pluribus motibus ẽ maioꝛ ea que ẽ inter motoꝛẽ ¶ rẽ motam que mouet paucioꝛibus motib⁹: ¶ quãtomagis ẽ ꝛietas aut oppositio: aut q̃uo volueris vocare b̃ fuit minoꝛ: tãtomagis mot⁹ eius ẽ facilioꝛ: ¶ p̃m b̃ debes intelligere facilitatẽ nõ sic facilitas q̃ dr̃ in coꝛpib⁹ que sũt hic. ¶ b̃ qđ diximus in hoc ẽ manifestũ ex reb⁹ quas scripsim⁹ ex⁹ primo motoꝛe. Jã enĩ declarauim⁹ illic q̃ additio potẽtie motoris sup potẽtiam moti non ẽ infinita nisi in tpe ¶ in eternitate motiuis: neq̃z in velocitate neq̃z in multitudine motuũ neq̃z in magnitudine coꝛpoꝛ: q̃ñ si eẽt in magnitudĩe coꝛpoꝛuz ¶ motuũ multitudine ¶ velocitate motuũ eẽt possibile inuenire motũ nõ in tpe ¶ coꝛp⁹ motũ infinitũ qđ ẽ ipossibile: ¶ qđ est possibile ex istis nõ ẽ nisi motionẽ eẽ infinitã p̃m qđ dr̃ q̃ potẽtie istoꝛ motoꝛ sunt infinite. D. indurit post hoc p̃monem ¶ forte ẽ ad ꝓpẽdũ primã declarationem q̃ qđ acgrit nobilitatẽ pauca actiõe ẽ nobilius: ¶ forte ẽ declaratio p̃ se: ¶. d. (dico quãtitatẽ actionẽ ¶c̃). i. ¶ dico ¶ hoc qđ dirim⁹ q̃ illud qđ est pluriũ actionũ est pfecti⁹: ¶ si fuerit in eo impossibile acgrere nobilitatẽ illi⁹ gn̄is plurib⁹ actionib⁹ nõ inueniunt̃ i eo nisi pauce actiões vt in actiõib⁹ aĩaliũ ¶ plãtaꝛ. Actiões aũt hoꝛis inter alia sũt plꝛes actiõibus aĩaliũ: ¶ fuit ita q̃ possibile fuit vt faceret ¶ pficeret plura: ¶ nõ fuit possibile in alijs aĩalib⁹ ¶ plãtis. s. q̃ ẽ nobilioꝛ eoꝛ. D. d. (¶ actiões ei⁹ nõ sũt ꝓp̃ se ¶c̃). i. nõ sũt pfecte nobilitatis cũ actio eius sit aliud ab eo. D. d. (illud qđ est pfecte nobilitatis ¶c̃). i. illud qđ ẽ pfecte nobilitatis ẽ cui⁹ subꝛa est actio. hic aũt nõ indigẽt actiõe qua sint nobilia: q̃ñ ꝓp̃ talia entia sit oꝛs opatio. D. d. (¶ pfectio opatiõis ¶c̃). i. ¶ ea q̃z nobilitas est in actiõe sunt diminuta respectu eoꝛ q̃z nobilitas ẽ i ipis q̃z actio ñ exist̃it nisi i reb⁹ quaꝛ nobilitas ẽ i actiõe vt habeãt agẽs. ¶ illud agẽs erit ꝓp aliqd. s. ꝓp actionem: ¶ ista actio erit ꝓpter aliud: ¶ intẽdebat declarare p̃ hoc q̃ ea quoꝛ nobilitas ẽ in actiõe sunt diminuta: q̃ñ nõ acgrẽt nobilitatẽ p̃ se: scz opz vt aliqđ habeãt erẽplũ: sic qđ dedit eis illud ꝓpter qđ ẽ actio: ¶ ẽt q̃ sũt ꝓpt illud qđ facit ipm: ¶ illud ꝓpter qđ fuit illud quod ẽ factũ. Videt igit̃ sicut diximus q̃ in primo sermõe declarauit q̃ nobile qđ est infinite nobilitatis ex reb⁹ quaꝛ nobilitas est in actiõe q̃. s. sunt in p̃mo ordine acgrit nobilitatẽ paucis operationib⁹: ¶ qđ sequitur ipm in ordine est illud qđ acgrit nobilitatẽ pluribus actionibus: i hoc aũt sermõe declarat q̃ sub secũdo ordine nobili⁹ ẽ illud. s. in quo acgrit nobilitas plurib⁹ actionib⁹ est secũdus ordo. ea aũt q̃ hñt paucas opatiões cũ ipossibile sit in eis acgrere nobilitatẽ plurib⁹ opationib⁹ sũt minus nobilia hoc intendebat Themistius. s. q̃ iste sermo ẽ ps primi sermõis: ¶ dicebat q̃ si eẽt ꝑmo p̃ se: vt dicit Aler. in sua exꝑositiõe eẽt ꝑdictoꝛiuz ꝑmi ꝑmõis. In p̃mo. n. sermõe posuit q̃ illud qđ ẽ paucaꝛ actionũ ẽ melius. in isto aũt ponit q̃ illud qđ ẽ maioꝛ actionũ est nobili⁹ eo qđ ẽ minoꝛ actionum. Nos aũt diximus ꝛz q̃ dixit Aler. q̃uis non ꝓuenit ad nos suus ꝑmo: q̃ñ ꝑm⁹ ꝑmo apud me est in coꝛpib⁹ celestib⁹. s. q̃ illud qđ ẽ pauciꝛ actionũ ẽ melius q̃z illud qđ est pluriũ actionũ ¶ ille ꝑmo ẽ in eis q̃ sũt sub coꝛpibus celestibus. s. q̃ illud qđ ẽ pluriũ actionũ ẽ nobilius q̃z illud qđ est pauciꝛ: ¶ iõ nobilissimũ ẽ hõ: ¶ vilissimũ ela. ¶ mãifestũ ẽ ex b̃ ꝑmõe q̃ ꝓuenit reb⁹ exist̃etib⁹: ¶ si nõ diuidant̃ ita ¶ ꝑmões hi fuerit accepti q̃si vnus ꝑmo erit possibile existimare q̃ in coꝛpib⁹ celestibus aliqđ ẽ coꝛpus qđ ẽ pauciorum actionũ: ¶ vili⁹ ẽt in eis q̃ sũt sub coꝛpib⁹ celestibus est aliqđ qđ ẽ pauciꝛ actionũ ¶ nobilius qđ pluriũ: ergo duo sermones nõ fuit idẽ ꝛz duo: ¶ de duab⁹ naturis diuersis.

¶ Quod aũt ẽ vt optie hꝛis nihil idiget actiõe: etenim ipꝛz ẽ cui⁹ gr̃a cetera agũt. Actio ãt semp est in duob⁹: cũ ¶ cui⁹ gr̃a fit: ¶ q̃ hui⁹ gr̃a. Alioꝛ ãt animaliũ pauciores: plãtaꝛ aũt pua q̃dã: ¶ vna forte. Aut enĩ vnũ aliqđ ẽ quo soꝛtiet vtiq̃z quẽadmoduz ¶ hõ: aut ¶ multa alia ꝓua sunt ad optimum. Hoc qdẽ igit̃ hz ¶ ꝑticipat optimo. Hoc ãt attingit ꝑpe ꝑ paucos mot⁹: hoc aũt ꝑ multos: hoc aũt neq̃z participat sed sufficiẽs ad ꝓpe extrema venire. Puta si sanitas finis: hoc qdẽ semp sanũ est: hoc quidẽ extenuatũ: hoc aũt currẽs ¶ extenuatũ: hoc ãt ¶ aliõ aliqđ opãz currẽdi gr̃a. Quare plꝛes mot⁹

¶ Dicam⁹ igit̃ q̃ qdã acgrũt nobile vna actione ¶ quidã plurib⁹: q̃ñ ¶ plꝛes actiões ducũt ipm: ¶ faciũt ipm ascẽdere ¶ venire ad illã nobilitatẽ. Nobile. n. ꝑfectũ ẽ vnũ: sic dixim⁹ supius: nõ indigẽs opatiõe q̃ sit nobile: ¶ q̃dã q̃ sũt ꝑpiq̃ ei pauca actione: ¶ q̃dã mlta opatiõe: ¶ q̃dã q̃ sunt ipossibile vt sint ꝑpinq̃ ei oĩno: ¶ sũt ꝑtẽta cũ fiãt ꝑpinq̃ alij rei: ¶ ꝓpinquãtur nobili: sic dixim⁹ q̃ sanitas ẽ finis vt ꝓplemẽtũ: ¶ q̃dã coꝛpa sũt ꝑpiqua sanitati pfecte pauca opatiõe ¶ fiẽt sana: ¶ q̃dã sũt sana ꝑ diminutionẽ coꝛpis: ¶ q̃dã sũt sana ꝑ multũ exercitiũ: ¶ quedã nõ acgrũt sanitatẽ ꝑ exercitiũ ꝛz per aliã opationẽ. Motus igit̃ qbus coꝛpa fuerint ꝑpinqua sanitati pfecte sũt plꝛes ¶ nõ plꝛes ¶ pauci ¶ minimi. 64. 65 65

¶ In hoc ꝑmõe ꝓpũgit ꝓpõnes ꝑme demõstratiõis ¶ secũde ¶ dat exẽplũ de sanitate q̃ ꝓtinet i se oẽs diuisiões vtiusq̃z sermõis: ¶ laborat faciẽdo conuenire illas diuisiones istis entibus ¶ illis ¶. d. (q̃ qdã acgrũt nobile ¶c̃). i. intelligẽdũ q̃ illud quod acgrit nobilitatẽ pauca opatione exist̃it in coꝛpib⁹ celestibus: ¶ illud qđ acgrit nobilitatẽ multis operatiõibus iueniẽt in coꝛpib⁹ celestibus ¶ i nobilissimo eoꝛ q̃ sunt hic. s. hoĩe. D. d. cãm sup b̃ q̃. d. q̃ qdã acgrũt nobilitatẽ plibus opatiõibus ¶. d. (q̃ñ plꝛes opatões ducũt ¶c̃). i. q̃ ex plibus actiõib⁹ quaꝛ vnaq̃z ẽ diminuta respectu actiõis q̃ ens pfectũ acgrit nobilitatẽ ¶ ꝓgregabiẽ aliquid eq̃le aut fere i nobilitate illi vni actiõi: q̃ñ plꝛes actiões debiles faciũt ꝑ quãtitatẽ illud quod fac̃ vna actio fortis ꝑ q̃litatẽ: ¶ q̃ oĩa entia nõ itendũt ꝑ suas opatiões nisi vt assimilent̃ pfecte nobili quod ẽ deus ꝑm q̃ i nã coꝛ ẽ acgrere de assimilatiõe: ¶. d. (posq̃z plꝛes opatiões faciũt ꝑm ascendẽ in suã nobilitatẽ. Nobile. n. ꝑfectũ ẽ vnũ). i. q̃ plꝛes opationes valẽt ei vt assimilent̃ pfecte nobili q̃ valet actio vel de nobilis enti qđ assimilat̃ pfecte vna actione. Illud aũt quod est nobile ¶ pfectũ ẽ sicut. d. q̃ non indiget actiõe in acgsitione nobilitatis. d. d. (¶ quedã sunt ꝑpinqua ei pauca actione: ¶ q̃dã multa). s. q̃dã acquirũt ꝑpingtatẽ primi qđ est de⁹ pauca opatiõe ¶ b̃ ẽ orbis totũ ꝓtinẽs: ¶ q̃dã pluribus actionib⁹ ¶ sũt ceteri orbes. D. d. (¶ quedã ipossibile est ¶c̃). i. ipossibile ẽ vt sint ꝑpinqua ꝑmo ꝑncipio neq̃z pluribus actiõibus

rib⁹ actionib⁹ neqz paucis ꝺ fuit ꝓtenta ꝯpropiquari ei qꝺ
est ꝓpinquꝰ: aut ei qꝺ est ꝓpinquꝰ ꝓpinquo: qñ diſtãtie
entiũ in ꝺ ſunt valde diuerſe. D. d. creꝑlũ er ſanitate ⁊ po-
nunt ipſaz ſanitatẽ ei qꝺ ẽ in fine nobilitatis: ⁊. d. (ſicut di
rim⁹ q⁹ ſanitas eſt finis ⁊ pfectio). i. ⁊ accepim⁹ in loco no
bilitatis ſimplicis q̃ eſt finis oĩb⁹ ⁊ cõplementũ ſicut añ fe-
cimus ſanitatẽ: ⁊ cũ ponim⁹ q⁹ ſanitas ſimplex eſt in loco
perfecte nobilitatis que acgrit ſua actiõe: dicem⁹ q⁹ ſic coꝛ
poꝛũ ſanoꝛ q̃ꝺã ſint ꝓpinq̃ ſimplici ſanitati q̃ nõ eſt in mã
pauca operatiõe. ſ. motu tñ: ⁊ q̃ꝺã ſunt ꝓpinq̃ maioꝛi opa
tione. ſ. motu ⁊ diminutiõe: ita eſt ẽt de entib⁹ nobilib⁹ re-
ſpectu primi nobilis: ⁊ q̃ꝺã ſunt ꝓpinq̃ ſanitati multa ope-
ratione: ⁊ hic eſt terti⁹ oꝛdo ⁊ q̃ꝺã nõ acgrũt ſanitatẽ tñ per
exercitiũ q̃ꝫuis ſit multũ ſz ꝑ medicinas ⁊ alia q̃ſi poſuit oꝛ
dines q̃tuoꝛ illud. ſ. qꝺ acgrit ſanitatẽ pauco motu: ⁊ illud
qꝺ acgrit ſanitatẽ ꝑ extenuationẽ. d. (per exercitiũ forte:)
deinde ꝑ medicinas ⁊ euacuatiões: ⁊ intẽdit ꝑ hec diuerſita
tem coꝛpoꝛ celeſtiũ in multitudine motuũ ⁊ ĩ qualitate: qñ
quedã acgrũt nobilitatẽ vno motu ſimplici: ⁊ quedam vno
motu ꝯpoſito: ⁊ vtrunqz aut paucis: aut plurib⁹: ⁊ iõ. d. vt
reputo (erũt igit̃ mot⁹ qbus coꝛpa appꝛopinquãt pfecte ſa
nitati ⁊c) videl̃ igit̃ q⁹ intẽdit ꝑ plẽs ⁊ nõ plẽs mot⁹ diuer
ſos in q̃ſtitate cõuenientes in q̃litate: ⁊ intẽdit ꝑ paucos ⁊
minimos mot⁹ ſimplices ⁊ cõpoſitos: ſimplices. n. ſunt mi
nimi: ⁊ tũc forte intendit ꝑ iſtos oꝛdines tñ in quãtitate.

¶ Alterũ ãt nõ põt ad ſanari puenire. ſz ad currere
ſolũ aut extenuari ⁊ hoꝛ alterũ finis ipſius.

65. ¶ Et dico ẽt q⁹ coꝛpoꝛ q̃ꝺã nõ ꝑfit eẽ ſana: ſed ꝑfit
currere tñ: ⁊ q̃ꝺã nõ ꝑfit currere ſz ꝑfit eẽ contenta
quadã extenuatiõe: ⁊ oẽ coꝛpus eoꝛum coꝛpoꝛum
habet finẽ alium a fine ſui coꝛporis.

65. ¶ Lũ. d. eẽ oꝛdinẽ coꝛ q acgrunt nobilitatẽ ꝓpinquã pfecte
nobilitati pfectis diuerſis actionib⁹: aut paucis: aut pluri
bus: vult dicere ẽt eẽ oꝛdinẽ coꝛ q⁹ ipoſſibile ẽ vt acquirãt
ꝓpinquã nobilitatẽ pfecte nobilitati: neqz actionib⁹ pau-
cis neqz plib⁹: qñ iſta ẽt q̃ꝫuis nõ hẽant nãm acgrẽdi pfe
ctam nobilitatẽ: tñ habẽt nãm acgrendi nobilitatẽ ꝓpiquã
perfecte nobilitati: ita ẽt acgrũt eã diuerſis opationib⁹ ſz vlr
paucis: q⁹ nobilitas quã acgrũt ẽ pauca: ⁊. d (⁊ dico ẽt ⁊c)
. i. ⁊ ſic coꝛpoꝛ alialiũ q̃ꝺã nõ ꝑfit acgrere pfectã ſanitatem:
neqz plib⁹ opationib⁹ neqz paucis: neqz ĩ extenuitate: neqz
in medicinis. ſz hñt nãz aquirẽdi aliquã ſanitatẽ diminutã
ꝑ exercitiũ ⁊ motũ modicũ: ⁊ q̃ꝺã ꝑfit acgrẽ iſtã ſanitatẽ di-
minutam ꝑ aliã extenuationẽ modicã: ⁊ ꝺ intendebat cũ. d.
(⁊ quedã nõ ꝑfit acgrere ⁊c). i. ⁊ quedã nõ ꝑfit acgrere ſa-
nitatẽ diminutã ꝑ motũ: ſz fit ex tenuitate: ⁊ iſte oꝛdo ẽ ma-
gis diminut⁹ q̃z ꝓim⁹. D. d. (⁊ quodlibet iſtoꝛ coꝛpoꝛ fi-
nem hz ⁊c) põt intelligi q⁹ intẽdit ꝑ vtrũqz motũ. ſ. q hz nãz
acquirendi pfectã ſanitatẽ ⁊ q hz nãm diminutã ſanitatem
acquirẽdi ⁊ forte intendit q⁹ oẽ cui⁹ opatio diuerſaẽ er iſtis
coꝛporib⁹ aliatis in quãtitate ⁊ q̃litate diuerſant fines quos
acgrit ꝑ diuerſitatẽ illaꝛ actionũ ⁊ in rei veritate diuerſitas
finiũ ẽ cã diuerſitatis actionũ: ⁊ q̃ſi fines q̃s poſuit hic ſũt
tres: aut nobilitas ſimplex q̃ nõ acgrit ꝑ opationẽ aut nobi
litas ꝓpinq̃ ſimplici: ⁊ iſta acgrit diuerſis opatiõib⁹ ⁊ ſũt
oꝛdines: aut nobilitas diminuta: ⁊ iſta acgrit paucis opa-
tionib⁹: ⁊ forte q̃ꝺã iſtaꝛ actionũ ſũt pfectiones qbuſdã: ⁊
ille ẽt hñt latitudinẽ: ꝝm hoc igit̃ intelligẽdus ſermo Ariſ.

¶ Marime qdẽ. n. illo ſoꝛtiri fine optimũ oĩb⁹. Si
aũt nõ: ſemp meli⁹ erit: quãto vtiqz ꝓpigus ſit opti
mo. Et ꝓp hoc terra qdẽ totalr nõ mouet: ꝓpinq̃
aũt paucis motib⁹ monẽtur. Mõ. n. attigũt ad ex-
tremũ: ſz vſqz quo ꝑfit ſoꝛtiri diuiniſſimo ꝓncipio.
Primũ ãt celũ ꝯfeſtim ſoꝛtit̃ ꝑ vnũ motũ. Que
aũt in medio primi ⁊ extremoꝛ attingunt quidem.
Per plures autem attingunt motus.

¶ Dico ẽt vlr q⁹ pfectio cuiuſlibet rei ẽ acgſitio cõ- 66.
pleméti ⁊ finis. Et ſi hoc nõ poterit: nobili⁹ ẽ ⁊ me
lius vt ſit ꝓpinq̃: quãto magis erit ꝓpinq̃ tãto ma
gis erit nobilioꝛ. Quapp terra nõ mouet oĩno: ⁊
coꝛpa ꝓpinqua eis mouent̃ paucis motib⁹: qꝛ non
pueniũt ad finẽ: ſz acgrũt illud qꝺ põt acquirere ex
cã ꝓia diuina ꝝm ſtũ poſſe ⁊ potẽtiã. Primũ aũt
celũ acgrit hoc vno motu veloci. Coꝛpa vo media
inter primũ coꝛpus ⁊ vltimũ acgrũt hoc plurib⁹.

¶ Dicit ⁊ dico vlr hoc q⁹ ſi oẽs res hẽnt nãz acgrendi cõple 66.
mentũ ⁊ finẽ vare eĩ. Sz qꝛ quedã nõ põt puenire ad finez
fuit meli⁹ facere ea acgrere aliqꝺ ꝓpinquũ cõplemento: ⁊
hoc intẽdit cũ. d. (⁊ ſi nõ poterit ⁊c). i. meli⁹ ẽ q̃z nõ eẽ ꝓpi
quum oĩno. D. d. (⁊ quãtomagis hñt nãm appꝛopinquãdi
cõplemẽto tãto magis erit nobili⁹) ⁊ econtrario: ⁊ qꝛ terra
valde diſtat in ꝺ qꝺ. d. (quapp terra nõ mouet̃). i. ⁊ qꝛ ter
ra eſt valde remota in receptiõe mot⁹ a re nobili nõ fuit mo
ta oĩno cũ nõ poſſit acgrẽ motũ q ẽ nobilioꝛ gete: neqz ali-
qꝺ nobile qꝺ cõꝓhẽdat motu: ſz illud qꝺ recipit appꝛhen-
dit ipm gete ꝑ ſuã vilitatẽ: ⁊ alia elemẽta ecõtrario: ⁊ ma
xime ea q̃ hñt motũ circulaꝛẽ dico igne ⁊ aeꝛẽ in plurib⁹ pti
bus: aqua aũt hz motũ in plib⁹ ptib⁹: terra vo in pauciꝰ
bus: ⁊ ꝺ intendebat cũ. d. (⁊ coꝛpa ei propinqua mouentur
paucis motib⁹). i. cũ nõ poſſint acgrere illud qꝺ appꝛopin
quat nobili pluribus motibus. Et ꝝm hoc qꝺ. d. oꝛdines vi
denẽ quatuoꝛ: ⁊ qlibet oꝛdo hz latitudinẽ ꝑter vltimũ oꝛdi-
nẽ. Oꝛdo igit̃ ꝓim⁹ ẽ oꝛdo entiũ q̃ ꝓhẽdit nobilitatẽ pfe-
ctã ſine opatiõe: ⁊ diuerſanẽ ſz magis ⁊ miñ⁹: hec ãt ſũt en
tia abſtracta. Scõs ãt ẽ eoꝛ q appꝛopiquat pfecte nobilita
ti ꝑ opationẽ: ⁊ hec ſũt duob⁹ mõis: aut ꝑ modicã opatio-
nẽ: ⁊ ꝺ nõ inuenit̃ niſi ĩ coꝛpib⁹ celeſtib⁹: aut ꝑ multã opa-
tionẽ: ⁊ ꝺ inuenit̃ ĩ coꝛpib⁹ celeſtib⁹ ⁊ ĩ hoſe. Terti⁹ ẽ coꝛ q̃
nõ põt cõꝓhẽdere ꝓpiquã nobilitatẽ nobilitati pfecte: neqz
multa opatiõe: neqz modica: ſz tñ appꝛhẽdit nobilitatẽ mi
noꝛẽ ꝓpinquã pfecte nobilitati: ⁊ ꝺ ꝑ modicã opationẽ: ⁊
ꝺ nõ inuenit̃ ĩ coꝛpib⁹ celeſtib⁹: ⁊ q̃libz iſtoꝛ triũ hz latitudi
nẽ. Quart⁹ vo ẽ terra q̃ nõ põt cõꝓhẽdere nobilitatẽ ꝑ ope
rationẽ ſz ſine. ſ. ꝑ qetẽ tñ: ⁊ iſte oꝛdo valde diſtat a primo
q̃ꝫuis vtrũqz ſit fine opatiõe: ⁊ ĩ ꝓximo fuit ꝓpinquitate ſui
ſui finis: ꝺ ãt ꝓp ſuã vilitatẽ ⁊ ſui finis. Quñ ſic finis nobi
lis q̃ꝫtomagis erit nobilioꝛ tãto magis ꝯprehẽdit maioꝛi opatiõe:
⁊ ita ẽ vilis finis q̃ꝫtomagis fuerit vilioꝛ tãtomagis ꝯphen
dit̃ minoꝛi opatiõe ita q⁹ illud qꝺ ẽ valde vile ꝯphendit̃ ſine
opatiõe oĩno. D. d. (ſz illud acgrunt qꝺ põt acgrere ⁊c). i.
elemẽta abſq; terra acgrũt ex ꝑia cã modicũ: cũ nõ hẽant
nãz ꝯphẽdẽdi multũ. D. d. (celũ ãt ꝓimũ ⁊c). i. ꝯphendit̃
ex illo nobili qꝺ eſt eĩ ꝓpinqui⁹. D. d. (coꝛpa ãt media ⁊c)
põt itelligere ꝑ coꝛp⁹ ꝓimũ ꝓimũ celũ ⁊ ꝑ vltimũ elemen
ta. ſ. coꝛp⁹ qꝺ recte mouet̃. Impoſſibile ẽ. n. vt intẽdat ꝑ vl
timũ coꝛp⁹ terrã: qñ elemẽta mouent̃ paucis motib⁹: ⁊ nõ
hñt nãz acgrendi ex iſto nobili aliqꝺ: ⁊ põt itelligi ꝑ vltimũ
coꝛp⁹ oꝛbis lũe ſz ſuã opinionẽ. ſ. q⁹ luna hz paucos mot⁹.

¶ De dubitatiõe aũt quare ꝝm primã qdẽ vnã eri-
ſtentẽ lationẽ magna ꝯſtat multitudo aſtroꝛ. Alio
rum aũt ſigillatim vnũqõqz accepit ꝓpꝛios mot⁹.

¶ Volumus modo diſſoluere ſecundã queſtionem 67.
quare in octauo oꝛbe pꝛopinquo oꝛbi primo habẽ
te motum vnũ ſunt plures ſtelle nõ numerate: ⁊ in
alioꝛũ oꝛbium vnoquoqz habentium plures mo-
tus eſt vna ſtella.

¶ Hoc quod dixit q⁹ octauus oꝛbis eſt propinqu⁹ primo oꝛ 67.
bi ita inuenimus ſcriptũ. ⁊ opinio antiquoꝛum eſt qꝺ oꝛbis
octau⁹ ſtellat⁹ eſt prim⁹ oꝛbis: ⁊ Ptolemeus poſuit nonũ
qꝛ dicebat q⁹ ipſe inuenit in ſtellis fixis motũ tardũ ꝝm oꝛ-
dinem ſignoꝛ: ⁊ arabes dicunt q⁹ iſte motus eſt mot⁹ ante-

cessus ⁊ retrocessus: ⁊ q̄ nō est perfect⁹: ⁊ ponūt q̄ iste motus est dictus a babylonicis antiquis. Si igit̄ istud qđ inuenitur in isto libro sit verū forte dixit ipsū innuendo opinionē babylonicoꝝ: ⁊ eius qō est intellecta per se.

¶ Propter vnum quidē vtiqꝫ quis primū rationabiliter existimabit hoc existere. Intelligere enī oꝫ vite ⁊ principij vniuscuiusqꝫ multam esse excellentiam prime ad alias.

68. ¶ Dicamus igit̄ q̄ recte hoc fuit. Sciendū igitur est q̄ primus orbis principiū est potētie: ⁊ cā in vita cuiuslibet viui plus q̄ alij orbes. Quapp primꝰ orbis mouet plura corpora: ⁊ vnusquisqꝫ ceterorum monet vnam stellam.

68. ¶ Dicit q̄ causa in hoc est q̄ primus orbis est principiū ⁊ cā in dando cuilibet viuo suā vitā fortius ⁊ plus q̄ꝫ principia ceteroꝝ corpoꝝ diuinoꝝ. Et q̄ in hoc minus illo nobilitantur minus nobilitanē similiter in hoc. s. in mouendo plures stellas. Isti enim orbes nō sunt cā vite eoꝝ que sunt hic nisi per stellas cū sit visum q̄ nobiliora que sunt illic sunt stelle q. ergo. d. q̄ cā in hoc est q̄ principium vite qđ est in orbe hoc: qđ est causa cuiuslibet vite est fortius aliis principijs vite existentibus in aliis orbib⁹. Principia enim que sunt in istis orbib⁹ sunt viua ⁊ sunt principia vite que ē hic: ⁊ iō antiqui dicebant ea esse deos: ⁊ babylonici dicebant ex hoc q̄ cōsiderauerūt q̄ quelibet stellaꝝ illaꝝ habet operationes propriā in generibus proprijs entiū: ⁊ opationes cōes i generibus cōib⁹: ⁊ nō tm̄ in corporib⁹ sed in aialib⁹. v. g. dāt saturno plantas ⁊ mineras ⁊ oēm substātiā frigidā ⁊ siccā: ⁊ dant considerationē ei ⁊ bonitatem in finibus rex: ⁊ alia que scripta sunt in suis libris q̄ꝫ non sit dubiū q̄ maior pars sit destructa. Aris. autem fecit librum de hoc q̄ dicitur de regiminibus celestibus.

¶ Erit aūt hoc vtiqꝫ accidens ꝑm rōnez. Prima quidem enim vna ens multa mouet corpoꝝ diuinorum. Multe autē entes vnū solū vnaqueqꝫ errātium enim vnūquodqꝫ plurib⁹ ferē lationib⁹. Sic qđē igit̄ adeq̄t nā ⁊ facit ordinē: vni qđē latiōi multa tribuēs corpa: vni aūt corpori multas lationes.

69. ¶ Et dico etiā q̄ recte primus orbis est vnus ⁊ monet plura corpora spūalia: ⁊ isti orbes qui sunt plures vnusquisqꝫ mouet vnū corpus tm̄. Quoniam omnis orbis orbiū erraticoꝝ mouet̄ pluribus motibus: ⁊ primus orbis vno. Et ꝓꝫ hoc fecit iuste natura cum posuit in eis ordinē: dico q̄ dedit vni motui plura corpora: ⁊ vni corpori plures motus.

69. ¶ Dicit q̄ natura iuste posuit cum dedit ei qđ est impossibile moueri nisi motu vno plēs stellas q̄s mouet illo vno motu ita q̄ per illū vnū motū faciat plures opationes: ⁊ dedit ei q̄ impossibile est mouere nisi vnā stellā plēs motus: ita q̄ quēadmoduꝫ primū facit p vnū motū plures opationes: ita illud ēt faciet p vnā rem motā plures opationes: ⁊. d. (dicamus ēt q̄ recte ⁊c̄). i. q̄ recte fuit hoc q̄ diximus: q̄m si omnis orbis orbiū erraticoꝝ est possibile vt moueat pluribus motib⁹: ⁊ impossibile est vt moueat plēs stellas: orbis aūt stellat⁹ impossibile est vt moueat plib⁹ motib⁹: ⁊ possibile est vt moueat plures stellas vno motu. Et cū demonstrauit hoc. d. (⁊ ꝑm hoc iuste fecit natura ⁊c̄). i. ⁊ q̄ cū possibilitas est in eis: his enī duob⁹ modis diuersis iuste fecit natura cū dedit natura cuilibet eoꝝ in actu qđ possibile fuit in eo: ⁊ dedit vnicuiq̄ eoꝝ terminū in esse aliud a suo ꝙpari. d. explanauit hoc ⁊. d. (⁊ dedit vni motui plura corpa ⁊ vni corpori plures motus) ⁊ debes intelligere q̄ fecit hoc causa fuit vt aliter nō faceret.

¶ Adhuc propter hoc quidē vnū habēt corp⁹ alie lationes q̄ multa corpora mouent: ⁊ q̄ sūt ante vltimā: ⁊ que vnam possident stellam. In multis. n. speris vltima spera infra fertur. Unaqueqꝫ autez spera corpus existit ens. Illius quidem igitur cōe erit op⁹: hec qđē. n. singularis ꝓpria ꝓ nām latio.

¶ Dicamus etiam q̄ in quolibet orbium habentiū plures motus diuersos fuit vna stella: q̄ qlibet eorum mouet plura corpora. s. orbis continēs orbes stellarum erraticaꝝ que sunt i eo. Quoniā vltimꝰ scz continens stellas erraticas mouetur ⁊ firmat in orbibus: ⁊ omnis orbis eorum mouetur ⁊ firmatur in pluribus orbibus: ⁊ omnis orbis eoꝝ est corpus. Et operatio orbium qui reuoluunt stellam erraticam sit vniuersalis operatio: ⁊ vt quilibet eoꝝ habeat motus ⁊ operationem propriam. 70.

¶ Hec est alia cā a predicta ⁊ est q̄ omnes orbes qui mouēt stellam vnam erraticā habent orbē a quo continenē ⁊ ille orbis mouet oēs alios orbes ⁊ econtrario suis motibus. s. ex oriēte i motu diurno: ⁊ cū ita sit cōtinget vt oēs orbes q̄ mouent stellā erraticā sint quasi prohibiti a suis motib⁹ ꝓp illū orbē mouentē eos ecōtrario suis motib⁹: ⁊ q̄ isti orbes sunt quasi ꝓhibiti a suis motib⁹ non oēs possunt movere nisi vnā stellā: orbis aūt stellatus se habet cōtrario cū nō sit prohibitus a suo motu q̄ nō habet aliū motorē a quo ꝓhibeā a suo motu: ⁊. d. (q̄ i quolibꝫ orbiū ⁊c̄). i. qlibꝫ orbis cōtinēs orbiū erraticoꝝ habet in se plures orbes ⁊ mouet vnā stellā: q̄ iste orbis cōtinēs mouet illos plēs orbes ecōtrario suo motui ⁊ hoc itēdebat cū. d. (q̄ qlibet eoꝝ mouet plura corpa ⁊c̄). i. q̄ mouet oēs orbes illi⁹ stelle ecōtrario suo motui, ꝓpter. s. ex oriēte i occidētē. d. d. cāꝫ i hꝫ q̄ mouet ꝑ suū motū plēs orbes: ⁊. d. (q̄ vltim⁹ orb̄. s. ꝓtinēs stellas erraticas). i. ⁊ neče ē vt oēs orbes stelle moueātur ꝑ motū orbis ꝓtinētis eos q̄ ille orbis ē q̄si ligat⁹ i oīb⁹ orbib⁹ qui monent̄ ꝙsequētes ipꝫ ⁊ nō debes itelligere nisi ligationē ꝑ motū ⁊ ꝙsequētiā tm̄. D. d. (⁊ oīs orbis coꝝ ē corp⁹ vt operatio ⁊c̄). i. ⁊ posuit i oīb⁹ orbib⁹ orbiū erraticoꝝ vnū corpus ꝓtinēs eos ⁊ mouēs eos ecōtrario suo motui vt oēs orbes mouētes stellas hñt duas opatiōes. s. duos mot⁹: q̄ꝫ vn⁹ ē vtis oīb⁹ illis stellis ⁊ est in quo sequitur motū diurnū: ⁊ alter est ꝓprius: ⁊ est motus appropriatus stelle.

¶ Hec aūt velut apponitur. Dis aūt finiti corpis ad finitū virtus est. Sed de circulari qdem motu latis astris dictum est: qualia sunt ꝑm substantiaꝫ: ⁊ ꝑm figuram ⁊ de latione: ⁊ ordine ipsorum.

¶ Et si in aliquo orbe orbiū erraticoꝝ eēnt plures stelle: esset vltimus orbis i labore cū mouet orbes qui sunt post ipm̄ motu diuerso: ⁊ reuoluit ipos: ⁊ in quolibet eoꝝ sūt multe stelle. Et iā diximus⁹ multotiēs q̄ oē corp⁹ finitū hꝫ potētiā etiā finitā: propter hanc cām igit̄ fuit in quolibet orbe orbiū erraticoꝝ vna stella tm̄. Jā igit̄ ꝓpleuim⁹ sermonē de stellis: ⁊ quomodo mouenē: ⁊ quā subaz hēant ⁊ figurā: ⁊ de locis: ⁊ ordine eoꝝ sermone sufficienti. 71.

generū: quoꝝ vnū ē ſcire ſbam aīe: ⁊ aliud ē ſcire ea q̄ cōtingūt ſbe: icepit ꝓio demſtare ea pp q̄ ē difficile ſcire ſbaz eius: ⁊ ē difficultas cognitiōis vie ⁊ regule ex qua ꝓt qs i uenire ſuā diffinitionē: ⁊. d. (⁊ valde ē difficile ⁊c). i. valde ē difficile in cognitiōe diffinitiōis aīe hāc regulā ⁊ viā ex q̄ poſſum⁹ ſcire diffinitionē verā. ſ. viā iducētē nos ad ſuā diffinitōz pfecte: qm̄ ſi talē regulā hūerim⁹: tūc facile erit cognoſcē diffinitionē aīe. d. icepit demſtare modū pp quē difficile ē iuenire talē viā: ⁊ dare dubitatiōes q̄ ꝓtigūt pp hāc difficultatē: ⁊. d. (qm̄ b ꝑſcrutatio q̄ ē cōis ⁊c). ⁊ cā hui⁹ difficultatis ē: qm̄ b ꝑſcrutatio de aīa q̄ ē q̄rere cognitionē ſbe eius q̄ ē cōis ei ⁊ oībus rebus: quarū ſba eſt q̄rēda: pōt qs dicere q̄ via qua vlr puenimus ad cognoſcēdū diffinitiōes rerū eadē eſt in q̄rēdo cognitionē ſbe eius: ⁊ aliarum ſbarum oīum rerū q̄rēdarū: ⁊ dat rōnem ſup hoc dicendo qm̄ quēadmodū via qua fit demſtatio ſup paſſiōes q̄ cōtin-

gũt reb⁹ est eadẽ via qua fit in aĩa ⁊ in alijs: ita ẽ in via cognitiõis ſbe: vñ necesse ẽ scire istã viã que sit qõ ẽ valde difficile. Et cũ narrauit difficultatẽ cõtingentẽ dicenti q̃ ista via ẽ eadẽ: qñ q̃rendũ ẽ ab eo scire illã viã q̃ sit: icepit demõstrare difficultatẽ ꝓtingentẽ dicẽti q̃ ista via nõ ẽ eadẽ.

¶ Si aũt nõ est vna quedã ⁊ cõis methodus de eo qõ qd ẽ amplius difficilius ẽ negociari. Oportebit.n. accipe circa vnũqõq; qs modus. Si ãt manifestũ fuerit vtrũ demõstratio aliqua sit aut diuisio: aut aliqua methodus: adhuc multas hz dubitatiões ⁊ errores: ex quib⁹ opz q̃rere. Alia.n. alio rũ principia sicut numerorũ ⁊ planorum.

5 ¶ Si aũt ista via nõ fuerit eadẽ ⁊ cõis tũc erit magis difficile illud qõ quesitũ ẽ. Necessariũ enĩ erit inuenire aliquã viã in vnaquaq; rerũ: ⁊ scire illam viã que sit. Et si fuerit declaratũ vtrũ sit demonstratio aut diuisio aut alia via: post remanebunt plures dubitatiões in eis ex quibus debemus quere. Principia.n. rerũ diuersarũ sunt diuersa. Ut.g. principia numerorũ ⁊ superficierum.

5 ¶ Intẽdit: ⁊ si hec via qua imus in inuentẽdo diffinitiões rez ⁊ cognoscẽdo ſbas eaz nõ fuit eadẽ ⁊ cõis oibus reb⁹: quarũ diffinitiões sũt q̃rende sed plures vna: tuc illud qõ q̃situm ẽ de cognitiõe ſbe aĩe magis erit difficile. Necessariũ ẽ n. scire primitus in vnaquaq; rez quarũ diffinitio ẽ cognoscenda p aliquã viã ꝓpriã illis reb⁹ quarũ ſbe sũt cognoscende. Et cũ fuerit declaratũ a nobis illã viã eẽ ⁊ eẽ vnã: tũc necessariũ ẽ nobis post scire illã viaz que sit. Utrũ demõstratio vt dicebat Hypocrates: aut diuisio vt Plato dixit: aut alia via: vt via cõpositiõis quã Arist. dedit in posterioribus. Et cũ fuerit declaratũ remanebũt post multe dubitatiões ⁊ loca erroris in reb⁹ ex qbus opz querere cognitionẽ diffinitionũ rerũ. Necesse est.n. cũ cognitiõe isti⁹ vie scire principia ꝓpria cuilibz generi generũ speculãdorũ. Principia.n. rerũ diuersaz genere sũt diuersa. Usũ cognitio isti⁹ vie nõ sufficit in scire diffinitiões rerũ: nisi scita fuerint principia ꝓpria illis reb⁹ ꝓprijs. Nã diffinitiões nõ cõponunt nisi ex principijs ꝓprijs q̃ sunt in re.

¶ Primũ aũt fortassis necessarium ẽ diuidere in quo generũ ⁊ qd sit. Dico aũt vtrũ sit aut qualitas aut quãtitas: aut ẽt quoddã aliud diuisorũ p̃dicamẽtoz. Adhuc aũt vtrũ eorũ que sunt in potentia: aut magis endelechia q̃dã sit. Differt.n. ũ aliqd puũ.

6 ¶ Et dignũ ẽ ⁊ rectũ vt primo determinem⁹ i quo genere eristit: ⁊ qd ẽ. s. vtrũ sit hoc ⁊ ſba: aut quale aut quãtũ: aut aliud p̃dicamẽtoz que sũt determinata a nobis. Et amplius: vtruz sit ens in potentia: aut ẽ dignior vt sit aliqua endelechia: qñ hec duo nõ parum differunt.

6 ¶ Cum demſrauit difficultatẽ cõtingentẽ ei q voluerit diffiniri aĩam: incepit demſrare ea que prio pscrutãda sũt ab eo q voluerit scire diffinitionẽ suã pfectã ⁊ veram: ⁊. d. (⁊ dignũ ẽ ⁊c). i. necessariũ ẽ volẽti scire diffinitionẽ suam: scire primo in quo genere decẽ generũ cõtineẽ: vtrũ in ſba: aut in qualitate: aut in quãtitate: aut alijs. D. cũ sciuerit gen⁹ in quo collocaẽ: necesse ẽ ei scire vtruz sit in illo genere ſm potẽtiã aut ẽ in eo ſm q ẽ endelechia. i. in actu. Differẽtia n. iter hec duo ẽ magna. Lopinari q ẽ in aliquo p̃dicamẽtoz si nõ erit determinatũ hac determinatiõe. Potẽtia.n. ⁊ actus sunt differentie que cõtingunt omnibus predicamentis: ⁊ sunt valde opposite.

¶ Cõsiderandũ aũt ⁊ si partibilis sit: aut ipartibilis. Et vtrũ sit similis spẽi oĩs aĩa: aut nõ. Si autẽ nõ sit similis spẽi: vtrum spẽ differant aut genere. Hunc qui dẽ enim dicentes ⁊ querẽtes de aĩa: de humana videntur solum intendere.

¶ Amplius aũt cõsiderãdũ ẽ vtrũ ẽ diuisibilis aut nõ. Et vtrũ oẽs aie vniuocẽ in spẽ aut nõ. Et si nõ cõueniũt vtrũ differãt in specie aut in genere. Nos aũt inuenimus oẽs loquẽtes ⁊ pscrutãtes de aĩa q̃ nõ videnẽ ꝓsiderare nisi virtutẽ de aĩa hois. 7

¶ Cũ icepit nũerare q̃nes pscrutãdas ab eo q vult ꝓsiderare de aĩa ⁊ demſrauit prio q̃ ſba ei⁹ ẽ querẽda: icepit ẽt dicere qd ẽ q̃rendũ post hoc: ⁊. d. (⁊ cõsiderãdũ ẽ vtrũ sit diuisibilis. i. hz subiectũ: aut nõ diuisibilis p diuisionẽ ei⁹). Plato.n. dicebat q̃ virtus itelligibilis ẽ in cerebro: ⁊ cõcupiscibilis in corde: ⁊ nãlis. s. nutritiua i epate. Arist. aũt opinabaẽ eas eẽ vnã subiecto ⁊ plures ſm virtutes. D. d. (⁊ vtrũ oẽs aie ⁊c). i. ⁊ cõsiderãdũ est post: vtrũ aĩa ẽ eadẽ in spẽ in oĩb⁹ aiatis. Ut. g. aĩa hois ⁊ equi aut sũt diuerse. D. d. (⁊ si nõ cõueniũt ⁊c). i. ⁊ cõsiderãduz ẽ si appuerit q̃ sint diuerse in spẽ: vtrũ illa diuersitas sit in spẽ tñ: ⁊ tñ cõueniũt in genere: aut illa diuersitas sit in vtroq; Dimittere.n. hãc pscrutatiõez ẽ cã ꝓpter quã antiq nõ cõsideraverũt nisi tñ de aĩa hois: eristimãdo q̃ cõsideratio de hz fuit cõsideratio de aĩa simplr: ⁊ hz esset verũ si aie eẽnt eedem in spẽ: modo aũt q; sũt diuerse necesse ẽ cõsiderare si cõueniãt in genere: qñ tũc debemus sollicitari prio circa diffinitionẽ illi⁹ generis. D. post circa ea que appropriaẽ vnicuiq; aĩe: sicut fecit Arist. ⁊ indifferẽter siue illud gen⁹ fuerit predicatum vniuoce: aut ſm prius ⁊ posterius: sicut est in diffinitione quã post inducet de anima.

¶ At cauẽdũ ẽ ne nos lateat: vtrũ vna rõ ipsius est sicut alalis. Aut ſm vnũquodq; altera: vt equi canis hois deiq;. Aial aũt vniuersale aut nihil ẽ aut postertius. Sisr aũt ⁊ si aliq̃ cõe aliud p̃dicetur.

¶ Et debemus pseruare nos ne ignoremus vtruz diffinitio eius sit eadẽ: vt diffinitio viui: aut sit alia in quolibz. Ut.g. diffinitio equi: ⁊ canis: ⁊ hominis ⁊ dei. Aiuũ aũt vniuersale aut nihil ẽ: aut ẽ postremũ. Sic ẽt ⁊ si ẽ hic aliud de quo p̃dicatur vle. 8

¶ Cũ narrauit q̃ necesse ẽ dñm hui⁹ artis ponere suã ꝓsiderationẽ in aĩa vli: icepit demſrare q̃ cũ q̃siuerit diffinitionẽ aie vlis opz nõ ignorare: vtrũ illa diffinitio sit de modo diffinitionũ generũ: aut de mõ diffinitionũ speẽz sic ignorauerũt antiq: ⁊. d. (⁊ opz nos pseruare) cũ q̃siuerim⁹ eandẽ diffinitionẽ vlem ei (ne ignorem⁹) vtrũ vlitas illi⁹ diffinitiõis i oĩbus aĩalib⁹ sit sicut vlitas aĩalis in oĩbus suis spẽbus: aut sicut vlitas diffinitiõis hois ⁊ diffinitiõis eq i oĩbus suis indiuiduis. Q; ñ cũ hoc fuerit cõsideratũ nõ cõtinget nobis cũ locuti fuerimus de aĩa hois: vt existimem⁹ nos loq de oĩ aĩa: sicut cõtingit Platoni. D. d. (vniuersuz aũt viuũ ⁊c.) demſraẽ p hz q̃ ipse nõ opinaẽ q̃ diffinitiões genez ⁊ spẽz sint diffinitiões rez vlium exẽtiuz extra aĩaz: hz sũt diffinitiões rez pticulariũ extra itellectũ: hz intellect⁹ ẽ q agit in eis vlitatẽ: ⁊. q. d. ⁊ nõ attribuiẽ eẽ diffinitionũ spẽb⁹ ⁊ generib⁹: ita q̃ ille res vles sint exẽtes extra itellectũ. Uiuũ. n. vle aut nihil ẽ oĩno: aut eẽ ei⁹ est posteri⁹ ab esse rerũ sensibiliũ. si ẽ aliqd vle ens p se: ⁊. d. hoc q̃ appet hic q̃ diffinitiões sũt de istis reb⁹ sensibilib⁹ exẽtibus extra intellectũ: ⁊ tũc aut nõ sũt res vles exẽtes p se: vt Plato dicebat: aut si sũt eẽ earũ nõ est necessariũ in intelligendo ſbas rerũ sensibiliũ: ⁊. q. d. q̃ non curat in hoc loco quocũq; sit: cũ appet q̃ iste diffinitiões nõ sũt nisi in rebus pticularibus exẽtibus extra alam ſm q̃ appet hic:

⁊ q̃ aut

ꝛ qꝫ aut nō sūt oīno: aut si sūt postremo sūt. i. sunt posteriores a reb⁹ sensibilib⁹: qm̄ si p̄cederēt eas ita qꝫ eēnt cāe earū nō possem⁹ intelligere ſbas rerū sensibiliū nisi postꝫ habuissem⁹ fidē sui eē: sicut ē dispositio de alijs causis rerū existentibus in eis. s. forma ꝛ materia.

¶ Amplius aūt si nō multe aie sed ptes vtrū oz p̄ius querere totā aiaꝫ aut ptes. Difficile aūt ꝛ harū determinare q̄ nā apte nate sint alt̄e abiuicē eē.

9 ¶ Et ēt si aie nō fuerint multe sꝫ ꝑm ptes: vtruꝫ est querēdū p̄io de aia ꝑm totū: aut de ptibus suis. Et qō ē valde difficilē ad distinguendū ē: que eaꝫ differūt ab iuiccm ꝑm natū raꝫ.

9 ¶ Dicit: ꝛ ēt cū declarātū fuerit qꝫ aie nō sūt plēs ꝑm subiectū sꝫ ꝑm ptes tm̄ eadē ſbcto opꝫ pscrutari vtrū debeam⁹ ponere p̄incipiū ꝙsideratiōis: p̄io de tota aia: deinde postea de suis ptib⁹: aut p̄imo debem⁹ ꝙsiderare de ptib⁹ aie añqꝫ de aia ꝑꝫ totū i eo qō ē aia. D. d. (ꝛ qō ē valde difficile ꝛc) i. ꝛ cū posuerimus eā eē plēs ꝑm ptes difficile ē nobis distinguē has ptes ꝛ dare cās quas differūt abinuicē: in qbusdā. n. sūt manifeste: ꝛ in qbusdā latentes. U. g. iter itel lectū ꝛ imaginatiōem: ꝛ inter imaginationem ꝛ sensum.

¶ Et vtrū opꝫ q̄rere p̄ius ptes aut opa ipsaꝫ: vt intelligere an itellectiuū sētire an sensitiuū. Silr̄ aūt ꝛ in alijs. Si aūt opa p̄i⁹. Iterū vtiqꝫ dubitabit aliqs: si obiecta hoz̄ p̄ius querēdū: sicut sensibile p̄ius sensitiuo: ꝛ itelligibile intellectiuo.

10 ¶ Et vtrū ē pscrutādū p̄imo de ptib⁹ aut de suis actiōib⁹. U. g. vtrū p̄ius de itelligere aut intellectu: aut de sentire aut de sensu: ꝛ sic de similibus. Et si p̄ius debemus pscrutari de actiōibus pōt homo dubitare: vtruꝫ ē pscrutandum de sensato ante sensum: aut de itellecto ante intecllectum.

10 ¶ Cū icepit nūerare dubitatiōes q̄ ꝙtigūt in ordinatiōe perscrutatiōis de aia: ꝛ. d. p̄ius vtrū sit ꝙsiderādū de aia vl̄ aut ꝑticulari: icepit mō q̄rere cū cōsiderauerim⁹ de ptibus vtrū sit icipiendū de eis: ꝛ post de suis actiōibus: aut econuerso: ꝛ. d. (ꝛ vtrū pscrutādū ē p̄ius ꝛc). i. ꝛ eius ꝑmo ē intelligibilis p se. D. d. (ꝛ si p̄ius pscrutādū ē de actiōibus pōt hō dubitare ꝛc). i. ꝛ si declaratū fuerit qꝫ opꝫ nos p̄i⁹ q̄rere de actiōibus: dubitabit hō in ꝟ vtrū debeat incipe a sensu añ sensatū: ꝛ ab intellectu añ intellectū: aut eōrio. Et dubitat in talibus qꝛ oz ire de eis q̄ sunt magis nota apud nos ad ea que sunt latentiora apud nos: ꝛ in hoc differunt scie. Sciarū. n. in qbusdā ea que sūt magis nota apud nos sunt p̄cedentia: vt in mathematicis: ꝛ in quibusdā eōrio: vt in qbuscūqꝫ que ꝙtinentur in scia naturali.

¶ Videt aūt nō solū qō qd ē cognoscere vtile eē ad cognoscēdū causas accidētiū in subst̄atijs: sicut in mathematicis qd rectū: ꝛ qd obliquū: ꝛ qd linea: ꝛ qd planū: ad cognoscēdū qꝫ rectis triāguli anguli sūt equales. Sed ecōuerso accidētia cōferūt magnā ptē ad cognoscēdū qō qd ē. Cū. n. habeam⁹ tradere ꝑm phātasiaꝫ de accidentibus: aut oībus aut plurib⁹: tūc ꝛ de suba hēbimus dicere aliquid optime. Ois. n. demōstratiōis p̄incipiū ē qō qd ē. Quare ꝑm quascūqꝫ diffinitiōes nō cōtingit accidentia cognoscere: sed neqꝫ de ipsis imaginari facile: manifestū ē qꝫ dialectice dicte sūt: ꝛ vane oēs.

ii ¶ Et videt qꝫ hoc nō solūmodo ē vtile. s. scire qd. sit aliqd in scibo causas accidēt ū subst̄atiaꝫ. U g. in mathematicis. Qm̄ scire qd ē rectū ꝛ curuū: ꝛ qd ē linea: ꝛ qd ē supficies: ē vtile in cognoscēdo angulos triāguli qꝫ angulis rectis sī equales. Sꝫ ēt ecōuerso. s. qꝫ accidētia adiuuāt marie in sciēdo qd ē aliquid. Qm̄ cū declarauimus aliqd ꝑm viā imaginatiōis in oībus accidētib⁹: aut in pluribus eoz̄. tūc dicemus ēt de suba meliorē sermonem. Nā qd ē aliqd ē p̄incipiū ois demōstrationis. Et qō fuerit ex diffinitiōibus p qō nō ꝑparaī cognitio accidētiū: neqꝫ itelligī aliqd ex eis facile: manifestū qꝫ non sunt nisi verba sine certitudine.

ii ¶ Cū dubitauit a quo oz incipe dōs istius artis vtrū a posteriorib⁹ ad p̄cedētia: aut ecōuerso: incepit notificare qꝫ vtraqꝫ via ē cōis in sciētijs ꝛ in vsu eaꝫ: qm̄ q̄zuis sit magis famosū ire de p̄cedētibus ad posteriora: tm̄ aliqn̄ ibiī de posterioribus ad p̄cedētia: ꝛ. d. (ꝛ vl̄ ꝛc). i. ꝛ videt qꝫ sola cognitio ſbe rei nō sit p̄incipiū cognitiōis accītiū ei⁹: vt cognitio in mathematicis. Scire. n. qd ē linea: ꝛ qd ē rectū ꝛ qd est ꝙcauū: ꝛ qd ē supficies in geometria ē p̄incipiū cognitiōis angulor̄ triāguli. s. qꝫ angulis rectis sūt equales: sed ēt ecōuerso. s. qꝫ scire plura posteriora ē p̄incipiū ad sciēdū añcedētia: ꝛ sermo eius in ꝟ ē itelligibilis p se. Et cū demōstrauit qꝫ scire posteriora aliqn̄ ē p̄incipiū ad sciēdū añcedētia: icepit notificare qꝫ ꝟ non accidit oībus accītibus cōtingētibus rei. s. vt sint p̄incipiū rerū antecedētiū. s. ſbe: ꝛ dixit (qm̄ cū declarauerimus aliqd ꝑm viā ꝛc). i. ꝛ non est possibile vt tale cōtingat. s. ire a cognitiōe accītiū ad cognitionē ſbe: nisi qn̄ accītia rei fuerint cognita a nobis ꝑꝫ viā imaginatiōis. i. accītia que manifesta sunt existere in re: ꝛ que sūt in loco eius. s. accītia cētialia ꝓpinq̄: aut oīa: aut plura: ꝛ. q. d. ꝛ nō ꝑparaī nobis cognitio ſbe p cognitionem accītiū: nisi cū sciuerim⁹ accītia ꝓpiqua cētialia: aut oīa aut plura: tūc. n. cōtinget vt iducamus meliorē diffinitionē ſbe. D. d. (nā qd sit aliquid ē p̄incipiū ois demōstratiōis) ꝛ ꝟ rīdet ei a quo incepit sermonē. s. qꝫ cognitio diffinitiōis ē vtilis in cognitiōe accītiū. D. icepit declarare qꝫ hoc cōtingit oī diffinitiōi: ꝛ qꝫ ois diffinitio p quā nō cognoscunt accidētia: nō dr̄ diffinitio nisi equoce: aut qꝛ in ea collocatur aliqd falsum: aut qꝛ componit ex cāis remotis: aut accītalibus: ꝛ dixit (ꝛ quod fuerit ex diffinitionibus ꝛc). i. ꝛ sermo eius in hoc est manifestus per se.

¶ Dubitationē aūt hꝫ ꝛ passiōes aie vtrū cōes sint oēs cū eo qō hꝫ aiam: an sit ꝛ aliqua aie ꝓpria ipsius. Hoc. n. accipere qdē necessariū ē: nō aūt accipi facile pōt. Videt aūt plurimoz̄ qdē nullū sine corpore pati nec facere: vt irasci: cōsidere: deside rare: ꝛ oīno sentire. Maxie aūt assimilat ꝓpr̄io intelligere. Si aūt ꝛ hoc phātasia quedā: aut nō sine phātasia: nec hoc vtiqꝫ cōtinget sine corpe eē.

12 ¶ Et ē dubiū de passiōib⁹ aie: vtrū oēs sint cōes: ꝛ sint cū hoc ei in quo sūt: aut quedā ēt approprient aie. Hoc. n. necesse ē scire: sed nō ē facile. Et nos videmus qꝫ plures eaꝫ impossibile est vt sint: neqꝫ actio: neqꝫ passio extra corpus. U. g. iracundia: ꝛ desideriuꝫ: ꝛ audacia ꝛ vl̄ sentire. Qō aūt videt ꝓpr̄ium ei ē itelligere. Sꝫ si hoc ēt ē imaginatio: aut non potest esse sine imaginatione impossibile ēt vt sit: neqꝫ ēt hoc extra corpus.

12 ¶ Cum nūerauit ea que q̄renda sunt in hac scia: icepit ēt dicere quiddā perutile: ꝛ qꝫ aīe est multū desideratū: ꝛ ē vtruꝫ oēs actieōs ꝛ passiōes aie nō iueniant nisi per cōicationē

corporis: ⁊ sūt cū hoc actiões ⁊ passiões in rebus existentibus in corpe: aut inuenīt in eis aliqd nō habēs cōicationē cū corpore: neq; indiget in actiōe aut passiōe ꝓpria aliquo existēte in corpe. ¶Manifestū est. n. q; plures earū hūt cōicationē cū corpore: sed est dubiū sicut dicit de itelligere: ⁊. d. (vtrū oēs sint cōes ⁊c). i. vtr̄ oēs actiões ⁊ passiões ei⁹ habeant cōicationē cū corpore: ⁊ sint cū hoc actiões aut passiões in reb⁹ existētib⁹ in corpore ⁊ hoc intēdebat cū. d. (⁊ sint cū hoc ei in quo sunt). i. cōicantes cū corpore ⁊ nō existentes in eo quod est in corpore. Et possibile est vt aliqō non cōicans corpori sit existēs in reb⁹ existētib⁹ in corpore: ⁊ possibile est vt actio alicui⁹ nō cōicantis corpori sit nō existens in aliquo eorū q̄ sunt in corpore. Et ista ꝑscrutatio de aīa est valde perutilis: ⁊ est necessaria in sciendo qualitatez abstractiōis aīe: ⁊ hoc debem⁹ ponere i directo oculoꝝ nostroꝝ: ⁊ iō dixit (hoc. n. necessariuz est ad sciendū) hoc aūt qō dixit q; plures passiōuz aīe videtur hīe cōicationē cum corpe: ⁊ q; ille partes aīe q̄ hūt illas passiōes ꝓstituūtur p corpus: vt iracūdia ⁊ desideriū manifestū est p se: ⁊ maxime in passiōib⁹ attributis aīe ꝓcupiscibili ꝑm q; post dabimus rōnē: ⁊ postea passiōib⁹ sensus: q̄ꝝ magis lateat in eis. in p̄io. n. instrumento sensus nō apparet passio manifesta apud sentire: sicut apparet in iracūdia ⁊ veracūdia: ⁊ in alijs passiōib⁹. Intelligere aūt valde latet ⁊ multā habz dubitationē. Existimatū est. n. q; passio ei⁹ ꝓpria nullā hz cōicationē cū corpore sed sic dixit: si intelligere fuerit imaginari aut habuerit cōicationē cū imaginari: tūc ipossibile est vt sit ex̄ corp⁹. i. vt sit extra aliqō existēs in corpe: ⁊. d. ꝫ q; de vnaquaq; istaꝝ virtutū sunt sicut dixim⁹ due qōes. Quaꝝ vna est vtr̄ sit possibile vt actio earū habeat cōicationē cū corpore: aut nō. ¶Postea si nō habeant cōicationē cū corpore: vtrū actio earū sit p̄ res ⁊ in reb⁹ cōicātibus corpori: aut est de eis aliqd nō cōicans oīno ⁊ ideo. d. (⁊ q; vī ꝓpriū ei est intelligere ⁊c). i. ⁊ q; videl̄ cē passio aut actio aīe sine indigentia instrumēti corpalis est intelligere: sed si hoc fuerit imaginatio aut cū imaginatiōe ipossibile ēt ista actio sit extra aliqō hās cōicationē cū corpore: q̄ꝝ intellect⁹ nullā habeat cōicationē cū eo: ⁊ hec est scia ei⁹ in intellectu mālī. s. q; est abstract⁹ a corpore: ⁊ q; ꝑ ipossibile est vt i telligat aliquid sine imaginatione ⁊ nō intēdit p b: hoc qō apparet ex hoc sermone supficieten⁹. s. q; intelligere non fit nisi cū imaginatiōe: tunc enim intellectus mālis erit gñabilis ⁊ corruptibilis: sicut intelligit Alex. ab co: ⁊ sermo eius est intellectus per se: sed debes obseruare hoc qō dixim⁹.

¶Sicd igit̄ aīe operū aut passionū ꝓpriū: cōtiget vtiq; ipaz̄ separi. Si vo nullū ē ꝓpriū nō erit vtiq; separabilis. Sed est de ipsa sicut de recto cui iquātū rectū multa accidūt: vt tangere cuneā sperā ꝑm punctum: nō tū tāgit ab hoc separatū rectū. Inseparabile. n. siqdē est: cū sp quodā cū corpe sit.

13 ¶Dicam⁹ igit̄ q; si aliqua actionū aut passionū aīe sit ꝓpria sibi: possibile ē vt sit abstracta: ⁊ si nihil est ei ꝓpriū ipossibile ē vt sit abstracta: ꝫ ita ē de hoc sicut est de recto: qm̄ ꝑm q; ē rectū accidūt ei plura. ¶. g. vt cōtingat sperā cupri i vno pūcto. Sed tamen rectitudo impossibile est vt sit abstracta p se: cum semper sit cum aliquo corpore.

15 ¶Cū demonstrauit q; querendū est p̄ius vtrū aliq; actionū aut passionū aīe sit extra corp⁹ ⁊ si fuerit: vtrū est cū eo qō ē extra corp⁹ ⁊ extra oē existens in corpore: incepit demōstrare hic q; si fuerit aliqua passio aīe ꝓpria. s. sine corpore: possibile est vt sit abstracta ita q; illa passio aut actio nō sit in reb⁹ existētib⁹ in corpore. Et si nō habuerit aliquā actionez ꝓpriā ipossibile est vt sit abstracta cū actio ei⁹ sit in reb⁹ existentib⁹ in corpore: ⁊. (d. dicam⁹ igit̄ ⁊c). i. q; si aliq; actionū ⁊ passionū aīe non indiget instrumēto corporali: possibile est vt illa actio aut passio sit abstracta: qm̄ si non est in reb⁹ existentib⁹ in corpe necesse est vt sit abstracta: ⁊ si est i rebus existentibus in corpore necesse est vt sit nō abstracta. ¶. g. q; si intelligere fuerit sine instrumento corporali ⁊ nō fuerit existens in reb⁹ existentibus in corpore. ¶. g. vt si intelligere intentiones imaginabiles: necesse ē vt sit actio sempiterna ⁊ abstracta: ⁊ si ipossibile est vt sit sine imaginatiōe: tunc actio ei⁹ erit non abstracta a corpore: q̄ꝝ intellect⁹ sit abstract⁹ ab eo: ⁊ est manifestum sicut dicit Themist⁹ q; ꝓpositiones hypothetice cōtinuatiue in qb⁹ ē ꝓsequēs possibile cē cū antecedēte necesse est semp vt destruam⁹ antecedens: ⁊ ꝓcludam⁹ oppositum consequētis ecōtrario dispositioni ꝓpositionū: quaꝝ q̄ꝝ sequit̄ antecedens necessario ⁊ ideo nullū impossibile contingit Arist. inquātū destruit antecedens. ¶. g. q; si hoc visibile est aīal possibile est vt sit hō: sed non est aīal. ergo impossibile est vt sit hō. ¶. d. (ꝫ si ita est de hoc sicut ē de recto). i. si aīa nō habuerit actionē ꝓpriā: tūc passiones que attribuūtur ei erunt sicut plures res: que attribuūtur reb⁹ existētib⁹ in mā inquātū cōtingit ei quod fuit in materia: nō inquātū sunt nō abstracte a mā. ¶. g. cōtact⁹ ver⁹ quē hz linea cū spera: hoc emz inuenitur extra aīaz inquātū linea est in corpore ⁊ figura sperica in corpore. ¶. g. inquātū linea est in ligno: ⁊ sphericuz in cupro: impossibile est. n. vt contingat linea sperā inquātū vtraq; earum est abstracta a mā: nisi contactus sit mathematicus non naturalis.

¶Ūr āt ⁊ aīe passiões oēs cū corpore cē: ira māsuetudo: timor misericordia cōfidētia: adhuc gaudiū ⁊ amare: ⁊ odire: sil. n. cū his patit̄ aliqd corp⁹. indicat āt hoc aliqñ a durit̄ qdē ⁊ māifestit̄ passiōib⁹ cōcidētib⁹ nihil exacerbari: aut tiere. Aliqñ āt ⁊ ꝑ tūs ⁊ debilib⁹ moueri cū accēdat corp⁹ ⁊ sic se habeat sicut cuz irascitur. Adhuc aūt magis hoc manifestum. Nullo enim terribili imminēte in passionib⁹ fiunt his aliqui timentes. Si aūt sic se hz: manifestum qm̄ passiones rōnes in materia sunt.

¶Et videt̄ ēt q; oēs passiões aīe sint in corpore: vt iracūdia ⁊ gratia: ⁊ tior: ⁊ pietas: ⁊ audacia: ⁊ gaudiū: ⁊ tristicia: ⁊ odiū: ⁊ amor. Corp⁹ eni patit̄ cuz istis: ita q; forte fiunt passiones fortes ⁊ apparētes ⁊ non accidit ex eis homini: neq; iracundia neq; timor. Et forte passiones parue ⁊ debiles mouebūt ipsum quando corpus fuerit paratum. Et magis manifestum est q; videm⁹ q; quidā homines sunt valde timorosi: q̄ꝝ nihil timoris accidat eis. vñ manifestū est q; passiones sunt intentiones in mā. 14

¶Cū narrauit q; plures passiões ⁊ actiões aīe videt̄ hīe cōicationē cū corpe icepit hic notificare gen⁹ in quo apparet hoc manifeste: ⁊. d. (⁊ videt̄ q; oēs ⁊c) ⁊ intēdit p passiões aīe dispositiões attributas virtuti cōcupiscibili. ¶. d. (corpus. n. patitur cū istis). i. apparet in eo alteratio ⁊ trāsmutatio. Ois. n. passio facta cū alteratione ⁊ trāsmutatiōe ē in corpore necessario: aut virtutis in corpore: ⁊ cū hoc ꝓpositio fuit vera: ⁊ ēt q; oia accidētia aīe concupiscibilis fiūt cū transmutatione ꝓcludetur necessario q; hec aīa aut est corpus aut virtus in corpore: sed q; ꝓpositio maior est manifesta: minor vo latet aliquātulū cum sit possibile vt accidāt passiones ex quib⁹ corp⁹ non patit̄ apud sensum: incepit declarare hoc alio modo: ⁊. d. (⁊ signū eius est qm̄ forte ⁊c). i. ⁊ signū q; ista vtitur corpore. q. instrumento ⁊ q; corp⁹ patitur ab eis: ⁊ si patitur apud sensuz: qm̄ actio ei⁹ differt ꝫ

diuersitatē

diuersitatem dispositionum corporis. Accidunt. n. homini multa que innata sunt mouere motu forti: & non mouent ipsum nisi debiliter. V. g. quando accidit homini aliqd ti morosum: aut aliqd puocās irā & nō mouet ab eis nisi modicū aut econuerso qñ corp⁹ fuerit paratū sicut. d. & fuerit ita paratū sic est irat⁹. Irat⁹. n. mouebit facile valde ex re modica puocante iram & magis manifestū est sicut dicit: quia nos videm⁹ multos hoīes timere sine aliq timoroso: & hoc ista significant q ista actio nō fit absq corpe. D. d. (manifestū est q passiões &c). i. manifestū est igit q forme puenientes in ista anima apud passionē & motū sunt foꝛe i mā.

¶ Nā & diffinitiões ipoꝛ sunt tales: vt ira sci mot⁹ q dā talis est corpis. aut partis: aut potētie ab hoc: & gratia huius. Et propter hoc igitur iam phisici ē considerare de aia: aut omni aut huiusmodi.

¶ Quapropter diffinitiões debent eē ita: qñ ira est mot⁹ alicui⁹ ptis isti⁹ corporis: aut alicui⁹ virtutis ei⁹ a tali: & ppter tale: & ideo cōsiderare de aia: aut de omni: aut de hac est naturale.

¶ Dicit: & cū declaratū fuerit q iste passiões sunt forme māles: necesse est vt i diffinitiōib⁹ eaꝝ appareat materia: & motus quā sequūtur iste forme est mot⁹ mālis: ita q corp⁹ accipiendū est in diffinitione istius motus. Verbi gratia quoniam ira est motus alicuius partis corporis. Et cū in diffinitionibus istaꝝ virtutū apparet mā: manifestū ē q consideratio de aia ē nālis: aut de oi aia si omnis aia ē talis: aut de aiab⁹ que declarant eē māles: & hoc intendebat cuz. d. (& iō consideratio de aia est nālis).

¶ Differēter āt diffiniet phisic⁹ & dialectic⁹ vnumqōq ipsoꝝ vt irā qd ē. Hic quidē. n. appetitū recō tristatiōis aut aliqd huiusmodi. Ille aūt feruoꝛez sanguinis aut calidi circa coꝛ. Hoꝝ aūt ali⁹ qdem assignat materiā: ali⁹ vo spēz & rōnē. Rō qdē enim rei hec est: quā necesse est si fuerit in hmōi mā esse. Sicut dom⁹ rō quidem quedā talis q cooperimē tū prohibēs coꝛruptiões a ventis: imbꝛibus: & caumatibus. Hec aūt dicit lapides & lateres & ligna. Alia vo in his spēm propter ista. Que igit natura lis haꝝ vtruz que circa materiā: rōnē autem ignorans: aut que circa rationem soluz: aut magis que est ex vtrisqz. Illoꝝ aūt quis vterqz.

¶ Et differt illud quo naturalis diffinit vnūqōq istoꝝ ab eo quod diffinit sermocinalis. V. g. qd ē ira. Sermocinalis. n. dicit. Ira ē appetit⁹ in vindictā: & sic de silib⁹. Naturalis āt dicit q ē ebullitio sanguis aut caloꝛis i coꝛde. Nālis igit dat materiā: sermocinalis āt dat foꝛmā & itētionē. Intentio. n. alicui⁹ ē hoc: & necesse ē vt hoc sit i materia. V. g. dom⁹. Aliqs enī dat intētionē dicēdo q ē coperimētū phibēs ab imbꝛib⁹: & pluuijs: & frigoꝛe & caloꝛe. Ali⁹ āt dicit q est ex lapidib⁹ & laterib⁹ & lignis. Ali⁹ vo dat foꝛmā existētē in hoc ppter ista. Sm igit dictū istoꝝ est nālis qui itendebat materiā & ignoꝛabat intētionem: aut qui intendebat solam intentionem: aut melius est dicere vt sit ille q congregabat vtrūqz. vtrūqz igit aliorum ei attribuet.

¶ Cū demōstrauit q in diffinitionib⁹ istaꝝ virtutū oꝛ accipere māz & foꝛmā: incepit dubitare ꝛ ꝙsuetudinē q ē apud nāles: & eos q absolute ꝙsiderāt. s. disputatoꝛes. Nāles. n. differūt a disputatoꝛib⁹ in mō diffiniēdi. Disputatoꝛes. n. dant diffinitiões sm formā tm: dicēdo q ira est appetitus in vindictā. Nāles vo sm māz: dicēdo q est ebullitio caloris & sanguinis in coꝛde. D. d. (intētio. n. alicui⁹ est h̄). i. vt mihi vi: intētio. n. alicui⁹ sm q est eius est hoc. D. d. (& necesse est vt sit in mā &c). i. necesse est vt illa intentio sm q est hoc existat in mā q̄ habeat talē dispositionē. s. q̄ sit h̄ ēt & sit p aliquā intētionē exñtē in ea q̄ppꝛopt fuit digna vt illa res existeret in ea non in alia. Et innuit p hunc sermonem qm̄ sicut necesse est vt intētio existat in mā sm q est hoc: ita necesse ē vt sit mod⁹ acceptiōis ei⁹ i diffinitione. Et si non erit accepta intentio alio mō ab eo q̄z est. g. n. accipit mām in diffinitione: & dimittit formā diminute accipit. qui aūt accepit formā & dimittit māz existimat q dimittit aliquid nō necessariū: sed nō ē ita: qm̄ foꝛa dꝛ accipi i diffōnib⁹ sm dispositiões in quib⁹ existit: & residuus sermo ē manifest⁹.

¶ At vo nō est aliqs q circa passiões materie nō separabiles & vt nō separabiles sunt versēt sed phisic⁹ circa oēs q̄cūqz hui⁹ coꝛporis & huius materie opera & passiões sunt. Circa quascūqz āt nō inquā tū hui⁹ ali⁹: vt de qbusdā qdē artifex ē si cōtingat: vt instructoꝛ aut medic⁹. Nō separabiliū qdē. In quātū aūt nō talis coꝛporis passiones sed ex restrictione mathematicus: sm aūt q omnino separate primus philosophus.

¶ Dicamus igit q iste qui intendit cōsiderare de passiōib⁹ materie q̄ nō separant ab ea sm q nō separant: null⁹ ē nisi naturalis cōsiderās i oīb⁹ actionib⁹ & passiōib⁹ isti⁹ coꝛporis: & isti⁹ materie: & passiōib⁹. Nō āt nō est ita cōsiderādū est ab alio: quorū q̄dā dꝛ intēdere artifex: vt carpētari⁹ & medic⁹. Ea aūt q̄ sūt nō abstracta in rei veritate: sed sunt passiões coꝛporis: & sm abstractionē intendit mathematicus. Ea autem que sunt abstracta in rei veritate intendit primus philosophus. 17.

¶ Cū dubitauit de diffinitiōibus: incepit demonstrare hic que artes vtūtur in diffinitionib⁹ foꝛma & mā: & q̄ solūmō foꝛma: & d. (q ille q intēdit ꝙsiderare de passiōib⁹ māe nō abstractis ab ea sm q sunt &c). i. ille qui intēdit ꝙsiderare de formis ꝙntib⁹ passiões māe nō abstractas a mā ꝺz q sūt nō abstracte est nālis q ꝙsiderat in oīb⁹ passiōib⁹ coꝛporis & in nā istius māe & in passionib⁹ ei⁹. D. d. (q aūt nō est ita &c). i. qō aūt ex istis formis & passiōib⁹ nō est p nāz sed per volūtatē ꝙsiderādū est ab artificib⁹ mechanicis vt carpētario & medico. D. d. (ea āt que nō sūt sepata &c). i. accñtia nō abstracta a coꝛpoꝛe: & ꝙntia ipsuz nō i eo quod ē trāsmutabile: sed in eo quod est coꝛpus tm̄ & magnitudo: & sunt ea q̄ intellect⁹ intellīgit sm abstractionē a mā: ls in rei veritate nō separentur: ꝙsiderandum est a mathematicis: de formis aūt que sunt abstracte in rei veritate. i. sm esse & intellectū considerat primus philosophus. 17.

¶ Sed redeundū est vnde venit sermo. dicebam⁹ aūt q passiones anime non separabiles a phisica materia animalium inquantum tales existunt furoꝛ & timoꝛ: & non sicut linea & planum. 18

¶ Sed reuertendum est ad nostrū sermonē in quo loquebamur q passiones anime nō sunt separate a materia naturali. & ea que sunt talia in rei veritate sunt ira & timoꝛ: nō sicut linea & superficies.

¶ Idest & quia hoc est magis ꝓprium logico: reuertamur ad illud de quo loquebamur. s. q passiões aie. s. concupiscibilis nō sunt abstracte a coꝛpoꝛe: neqz i diffinitiōe neqz 18

in esse. U. g. ira ⁊ timor q̄ ñ sunt abstracte: neq; diffinitione: neq; in esse sicut linea ⁊ superficies.

¶ Intendentes ât de aia necesse ē sil'dubitâtes de quib⁹ dubitare oz: ptranseuntes primoꝝ opiniões cõprehendere quicũq; de ipsa aliquid enunciarũt vt bene quidē dicta accipiamus: si vo aliquid non bene hoc vereamur. ¶ Principiũ aût qõnis ē apponere que maxime videntur ipsi ineſſe ſm naturaz. Animatũ igitur ab inanimato in duob⁹ marie differre videtur: motu ⁊ sensu. Accepimus autez ⁊ a progenitoribus fere hec duo de anima.

19 ¶ Et necesse est nobis in querendo de aia p̄dicere opiniões antiquoꝝ ⁊ inuabimur p ea: ⁊ retiebim⁹ illud qō dictũ est vere: ⁊ ſm q̄ oz: ⁊ vitabim⁹ illud qō dictũ est ſm q̄ non oz. Et debem⁹ p̄dicere etiã ea que reputanť ꝓprie eē naturalia: ⁊ hoc ponem⁹ principiũ: dicēdo q̄ hũs aiam vť differre ab inanimato his duob⁹ ꝓprie. ſ. motu ⁊ sensu. Et hec duo accepimus ab antiquis de anima.

19 ¶ Cũ declaratũ est in posterioꝛib⁹ q̄ ꝓsideratio ducens ad certitudinez perfectam in reb⁹ q̄sitis in vnoquoq; generum non sit nisi ꝓsideratio in principijs ꝓprijs illi generi: icepit demõstrare q̄ necesse est ꝓsiderare de aia hoc mõ principiorum: ⁊. d. (⁊ debem⁹ p̄dicere in querendo de aia ꝓpositiones ⁊ principia que videntur esse ꝓpria aie ſm q̄ est anima) ⁊ illas ꝓpositiones ponam⁹ principiũ ꝓsiderationis. Et notificauit q̄ ea que hũt de aia talem dispositionez sũt duo sensus. ſ. ⁊ motus. animatũ. n. nõ differt ab inaiato nisi sensu ⁊ motu locali: ⁊. d. (q̄ habem⁹ aiaz ⁊c). ⁊ intẽdit p̄ per vť certitudinem: quũ ipse vtť talib⁹ verbis loco certitudinis in locis in quibus certitudo est famosa: ⁊ residuus sermo est manifestus.

¶ Dicunt. n. qdã: ⁊ maxime: ⁊ prio eē aiaz id qō est mouens. Existimãtes ât qō nō mouer ipsum non contingere mouere alteꝝ. Eoꝝ que mouenť aliqd animam sic arbitrati sunt eē. Unde Democrit⁹ q dē ignē quēdã aut calorē eē dicit ipaz. Infinitis igitur existētib⁹ figuris ⁊ atomis q̄ sũt spēi rotũde ignē ⁊ animã dicit: vt in aere mota corpora: q̄ vocãť decisiones: q̄ videnť p portas in radijs. Quoꝝ oē semē elementa dicit Democritus toti⁹ nature. silr ât ⁊ Leucippus. Hoꝝ ât sperica aiaz ꝓpter id qō maxime possunt penetrare p oē hmõi figure: ⁊ mouere reliqua cum moueanť ⁊ ipsa. Arbitrãtes animam esse efficiens in animalib⁹ motum.

20 ¶ Quidã. n. dicũt q̄ illud qō est ꝓprie ⁊ p pri⁹ aie ē mouere. Et q̄ existimãt q̄ oē nō motũ nō pōt mouere aliud: existimauerũt aiam eē aliqō motũ. Cũ Democritus dixit ipsaz eē ignē ⁊ calidũ. Dixit. n. q̄ est ex corpoꝛib⁹ ⁊ figuris indiuisibilib⁹ infinitis: ⁊ ea q̄ sunt sperica ex eis sunt ignis ⁊ anima. U. g. ⁊ similia huic sunt corpora existentia in aere q̄ dicũ tur atomi: q̄e sunt in radijs solis ingredientibus per foramina. Et dicit q̄ per congregationez fundamẽtoꝝ in eis sũt elementa oiuz naturaliuz. Et similiter Leucippus. Et sperica istoꝝ sunt anima: qua tales figure sunt possibiles transire in rem ſm totũ: ⁊ mouent oia que mouentur etiam. Cũ existimant q̄ aia dat animalib⁹ motum.

¶ Cũ notificauit q̄ antiq nõ ꝓsiderãt de aia: nisi p̄ motum aut sensuz: aut p vtrũq;: incepit primo numerare suias hominũ ꝓsiderãtiũ de aia p motũ: ⁊. d. (qdã. n. eoꝝ ⁊c). i. ⁊ cũ quidã opinabãtur q̄ illud qō ꝓpriať aīe primo est q̄ mouet aliud: ⁊ opinabãtur q̄ illud qō mouet aliud debet moueri: existimauerũt q̄ aia ē aliqō motũ semp. D. d. (⁊ iõ dixit Democritus ipsam eē ignē: aut calidũ). i. ignez aut igneũ. D. d. (dicit. n. ipsaz eē ex corpoꝛib⁹ ⁊ figuris ⁊c) i. opinabať enim q̄ mouet aliud ⁊ mouer ipsaz esse ex corpoꝛib⁹ indiuisibilib⁹ habentib⁹ figuras infinitas: ⁊ q̄ ex istis est solũmodo ⁊ spericis: ⁊ q̄ sperica sunt ignis aut ignem credebant q̄ sperica coꝝ: aut sunt ignis: aut aia. D. dedit exẽpla hoꝝ corpoꝝ apud Democritum: ⁊ dixit (⁊ silia his sunt corpora existentia in aere). i. ⁊ ista corpora apud eum sunt similia atomis qui apparent moueri in radijs solis. ⁊ cũ notificauit q̄ Democrit⁹ opinabať aiam eē ex corpoꝛibus indiuisibilib⁹ q̄ apud ipsuz assimilanť atomis: notificauit q̄ ptes sunt de gb⁹ opinať Democrit⁹ aiaz fieri ex eis: ⁊ qũo opinanť ea eē elemẽta aliorꝝ cõpositoꝝ: ⁊. d. (⁊ q̄ per ꝓgregationẽ fundamẽtoꝝ in eis adaptať vt ex eis cõponãtur diuersa entia q̄ꝫ sint eiusdẽ nãe) ⁊ intẽdit per fundamẽta diuersitatẽ eoꝝ in figura: ⁊ in situ ⁊ in ordine. Diuersitas enim partium in his trib⁹ est cũ diuersitate compositoꝝ ex eis: sicut scripture diuersantur propter diuersitatem litteraꝝ in his trib⁹. Et cum narrauit q̄ ipsi opinabantur animam esse ignem aut aliquod igneum: q̄ opinabanť animam esse sphericam ⁊ ignē esse sphericũ: dedit rõnē propter quã opinabanť aiaz eē sphericã: ⁊. d. (⁊ qō ē sphericũ ex istis est anima ⁊c). i. ⁊ Democritus ⁊ Leucippus non opinabãtur q̄ sperica ex corpoꝛibus indiuisibilibus sunt aia: nisi q̄ opinabanť q̄ talia corpora sunt ea que possibilia sunt pertransire per alia ⁊ mouere ipsa: q̄ꝫ ipsa moueantur sp: ⁊ hec est dispositio quã existimabant esse propriaz anime. ſ. quoniam mouet corpus ⁊ mouetur semper.

¶ Unde ⁊ viuendi terminũ esse respiratiõnē. Constringẽte. n. eo q̄ corpora cõtinet: ⁊ extrudẽte figuras p̄bentes aialib⁹ motũ: ex eo quod non est ipsas quiescere aliquatenus: auxilium fieri de foris ingredientib⁹ alijs huiusmodi in respirãdo. Que qdez egredi prohibent ipsas q̄ animalibus insunt: id repellendo quod constringit ⁊ comprimit tamdiu viuere animalia q̄diu possunt hoc facere.

¶ Et ideo dixerunt q̄ anhelitus est diffõ vite. Aer enim continens cũ cõgregat corpora: ⁊ constrigit ex istis figuris que dant animalib⁹ motũ: q̄ ista nõ quiescunt in aliqua hora: sustineri ab extrinseco imponendo per anhelitum alias figuras sibi similes dicunt q̄ iste etiam prohibent illud quod iam peruenit intus in animalib⁹ ab exitu: ⁊ cõtra expellũt cum eis illud quod congregat ⁊ constringit eas: ⁊ q̄ vita est dum animal potest facere hoc. 21

¶ Quoniaz ois dicens in quidditate alicuius aliquid laborat in faciendo conuenire illud omnibus sensibilibus ⁊ in dando cãm illius sensibilis ex illo dato ab eo in substãtia illius. Isti autem quoniam opinabantur animam esse partes sphericas indiuisibile laborauerunt hoc modo in dando cãm anhelitus: dicendo: ⁊ propter hanc cãm. ſ. q̄ anima est partes sperice que semper sunt in motu fuit anhelit⁹ diffinitio vite: aut consequens vitam. Aer enim continens cũ congregabit corpora constringentur multe figure sperice q̄ 21

sunt

sunt intra corpora que dāt alalib⁹ motū: q⁹ semp sunt i motu: ⁊ tunc hec corpora mouebūtur ad exitū: ⁊ illud erit exitus anhelitus: ⁊ tūc sustētabit aīal ad iponēdū alia corpora sperica ab extrinseco: ⁊ hoc est imponēdo āhelitū. Hoc āt fuit ꝓpter tria. Q uoꝝ unū est in acquirendo locū illius quod exuit. Secūdū aūt est ad ꝓhibendū plura corpora intrinseca ab exitu. Tertium est vt adiuuet ea ēt in expellēdo illud quod constringit ⁊ quod congregat ea: ⁊ dicunt: (⁊ iō fuit vita dum animal potest facere hoc.

¶ Uidetur aūt ⁊ a pythagoricis dictum eandē hꝰe intelligentiaz. Dixerunt enim quidā ipsoꝝ aīaz eē que sunt in aere decisiones. Alij aūt has mouens. De his autem dictum est ꝓpter id ꝙ continue videntur moueri: ⁊ si sit trāquillitas nimia. Jn idē aūt ferunt ⁊ qcūqz dicūt aīaz eē quid seipsum mouens. Uidentur aūt oēs hi existimasse motū mari me ꝓpriū eē anime: ⁊ alia quidem omnia moueri ꝓpter animā: ipsaz aūt a seipsa: ꝓpter nihil videre mouens quod non moueatur ⁊ ipsum.

21 ¶ Et forte etiam est talis sermo pythagoricoꝝ. quidam enim illoꝝ dicūt ꝙ aīa est atomus existens in aere. Quidā āt illud qō monet atomos. Et dixerunt hoc q⁹ semp videtur moueri licz ventus deficiat olno. Et assimilant istis dicentes ꝙ aīa ē aliquid mouēs se. Oēs enīz isti videnť opinari motū cōuenire aīe: ⁊ ꝙ oīa nō mouētur nisi per animaz: anima aūt monetur per se. Nihil enim videtur mouere nisi ipsum etiam moueatur.

21 ¶ Dicit ⁊ forte etiam opinio ꝑythagoꝛe in anima est sīlis opinioni Democriti ⁊ Leucippi. Quidaz enim pythagoricoꝝ dicebāt animaz eē atomos aereos ⁊ quidam illud quod mouet atomos: ⁊ opinabantur hoc: quia credebant ꝙ atomi semper mouebantur: ⁊ ꝙ anima semper mouetur. D. d. (⁊ sīles istis sunt dicentes ⁊c) ⁊ innuit ꝑPlato. Oēs igiť isti cōueniunt in ꝺ. s. ꝙ motꝰ est propriꝰ anime: ꝛ differunt in qd est. Et qdā eoꝝ existimabāt eā esse corpa idi uisibilia: aut ignē: aut aliqō igneum. quidam vo atomos.

¶ Sīr aūt ⁊ Anaragoras aīaz dicit eē mouentez: ⁊ si aliquis alius dixit ꝙ oē mouet intellectus: nō tñ penitꝰ ficut Democritus. Jlle quidem enim dicit simplr idem eē aiam ⁊ intellectum: vez enim aiebat esse qō videť. Unde bene dicere Homeruz ꝙ Hectoꝛ iacet aliud sapiens: non itaqz vtitur intellectu tanꝙ potentia quadam que circa veritatē: ꝛ idem dicit animam ⁊ intellectum.

23 ¶ Et sīr ēt dicebat Anaragoras ꝙ aīa est mouens ⁊ cum dicebat ꝙ intellectus mouet oē: sed tamen Anaragoras aliud intendit abeo quod intēdit Democritus. Democritus enim absolute dixit ꝙ idē est anima qō intellectus. Dicit enim ꝙ veritas est res manifesta: ⁊ ideo bene dixit Homerus ⁊ verū dixit ꝙ Hectoꝛ apopletizabať ⁊ carebat intellectu Et non vtebatur intellectu quasi aliqua virtute: ꝛ dicebat ꝙ intellectus ⁊ anima idem sunt.

23 ¶ Dicit ⁊ simīliter ēt opinatur Anaragoras cū. d. animam eē mouētē: ⁊. d. (ꝙ intellectꝰ mouet omne) ꝛ Anaragoras non intendit in hoc illud quod Democritus. Democritus enim ꝓpalauit ꝙ anima ⁊ intellectꝰ idem sunt: dixit enīz ꝙ veritas comꝓhensa non est nisi in eo qō manifestum ē sensui tñ: ⁊ ideo bene dixit homerus verificatoꝛ: cum narrauit de hoīe q carebat sēsu ꝙ carebat intellectu. Dem. igiť nō intendit ꝙ intellectus sit aliqua virtus in animalib⁹ alia a virtute sensus: sed dicit ꝙ intellectꝰ ⁊ aīa idem sunt.

¶ Anaragoras autem minꝰ certificat de ipsis. multotiens quidem enim causam eius quod bene ⁊ recte dicit eē intellectum. Alibi autem intellectum hunc esse animaz. Jn omnibus enim ipsum inesse animalibus magnis ⁊ paruis ⁊ honoꝛabilibꝰ ⁊ inhonoꝛabilibus. Non videtur autem ſm ꝓvidentiam dictus intellectus omnibus similiť aīalib⁹ in esse. Sed neqz oib⁹ hominibus.

¶ Anaragoras autem latētius loquebatur de istis cū multotiens dicebat ꝙ intellectꝰ est cā in inuentione. Et dixit i alio loco: ꝙ itellectus ⁊ anima idē sunt. Jntellectus enim apud ipsum exīstit in omnibus animalib⁹: magno ⁊ paruo: nobili ⁊ ignobili. Sed non videmus hunc intellectū existere sīr in omnibus animalibus. Neqz etiam in homine. 24

¶ Dicit: Anaragoras autem cū ꝓpalauit ꝙ intellectꝰ ⁊ aīa idem sunt: latentius ꝓpalauit qz Democritus: cuz multotiens dicebat ꝙ intellectus est causa rectitudinis ⁊ etiam verificationis: ⁊ hoc apparet ex eius sententia ꝙ intellectꝰ sit aliud a sensu: ⁊ in aliꝭs locis videtur opinari ꝙ intellectꝰ ⁊ aīa idem sunt. dicit enim ꝙ intellectꝰ est in oīb⁹ animalibus magno ⁊ paruo: nobili ⁊ ignobili: ⁊ nō est sicut existimauit: q⁹ non videmus intellectum existere eodē mō in oībus boibus nedum existere in omnibus animalibus. 24

¶ Quicunqz igitur in moueri animatum aspexerūt bi qdē maxīe motiuū solidi opinati sunt aīam esse. Quicunqz autem ad cognoscere ⁊ sentire ea que sunt: isti dicunt animam esse principia: alij quidem plura facientes hoc. alij vo vnum hoc. Sicut empedocles quidem ex elementis oīb⁹ eē: ⁊ vnūqōqz eoꝝ animam dicens sic. Terrā quidez terra cognoscimus: aquam vo aqua: ethere autez ethera: sed ignem igne: concordia autem concordiam: ⁊ discordia tristi discordiam.

¶ Et ponētes principia anime motum existimabāt ꝙ anima sit dignioꝛ oīb⁹ vt moueatur. ꝑPonētes aūt regulam in hoc cognoscere ⁊ sentire omnia entia dicebant anima esse principia. Quidam igitur eoꝝ ponebant ista principia plura vno. quidam autem ponebant vnam: vt Empedocles. Jste. n. ponebat eam ex omnibus elementis: sed tamē ponebat vnumquodqz elementoꝝ esse animam: ⁊ dixit: ꝙ nos non comꝓhendimus terram nisi ꝑ terram: ⁊ aquam per aquam: ⁊ aerem per aeraz ⁊ ignem per suum simile. s. ignem: ⁊ litem per litem: amicitiaz per amicitiaz. 25

¶ Cū compleuit sermonem ꝓsiderantiū in anima per motū. Jncepit etiam dicere opiniones eoꝝ qui considerant de aīa per cognitionem ⁊ distinctionem: dicēdo (⁊ ponentes principium anime motum ⁊c). i. ponentes aūt regulam anime ⁊ cognitionem sue nature ꝓpter motum: quaꝓpter iudicauerunt ꝙ anima est magis omnibus digna motu ſm ꝙ dirimus. ponentes autem regulam in considerationē de aīa to per cognitionem eius ⁊ distinctionem in oīb⁹ entib⁹ opi 25

nabāt q aīa ē pricipiū toti⁹ aut ex pncipijs toti⁹. Qui igit põebāt ꝫ prin⁹ pluraūno põebāt aīaz plā vna :ꝛ q opiabāt principiū vnū esse. ponebāt aīaz vnā. Ut. g. q: Empe. ponebat aīaz fieri ex elemētis ꝛ ponebat ipsam ser in numero ꝫz numerū elemētoz apud ipsuz: dixit enim q nos nō ꝓpreben dim⁹ terrā nisi p terrā ꝛc. ꝛ cū dixit (ꝛ quidā eoz ponebant hec principia plura vno) intēdebat: quidā eoz q: posuerūt hec principia plura vno opinabant aiam esse pluraūna: vt Empedocles: ꝫ fuit cōtēt⁹ dicere rē loco ꝓsequētis :ꝛ cū. d. (ꝛ qdā eoz põebātvnā aīaz) itēdebat ꝛ qdā eoz q ponebāt vnū pricipiū: põebātvnā aīaz: ꝫ fuit cōtēt⁹ ꝫ ꝓsequēte loco rei ecōuerso ei qō fecit prio: ꝛ reliduus sermo est manifest⁹.

¶ Eodē aūt modo ꝛ Plato in thymeo aīaz ex elemētis facit. Cognosci. n. iquit simile simili. Res aūt ait ex principijs esse. Silr aūt ꝛ in his que sunt de philosophia dicta per cūdē determinatū ē. Ipsum quidem animal ex ipsa vnius idea: ꝛ ex prima longitudine ꝛ latitudine ꝛ altitudine constare: alia autem simili modo.

26 ¶ Et similit Plato in thymeo ponebat aīaz aliqō ex elementis. Qm̄ apud ipsuz nihil cognoscit nisi per suum simile. Et q oēs res non fuerunt nisi ex suis principijs. Et silr determinauit pr⁹ in philosophia. s. in suis disputationib⁹. Et manifestuz est q liber thymei exit ab eis: ꝛ q anima simplr est ex forma vnius: ꝛ prima longitudine: ꝛ prima latitudine: ꝛ primo ꝓfundo: ꝛ q alia currūt hoc modo.

26 ¶ Plato posuit in thymeo q aīa est aliquid ex substātia elementoz: opinabat illud ēt qō opinabat q ponebat aīaz ex principijs: ꝛ est q oēs res nō cognoscūtur nisi per sua silia ꝛ nō cognoscūtur nisi p cognitionē suoz principioꝝ ꝛ q principia cognoscūtur per sua silia: ꝓtinget q principia cognoscātur per principia. Et cū cōiūgem⁹ huic q aīa cognoscit res per principia eaz: cōtinget ex hoc q aīa sit principia: hec enim sunt ꝓprietates conuertibiles. D. d. (similit determinauit ꝛc). i. ꝛ similiter determinauit in sua philosophia ꝛ in scholis ei⁹: qm̄ in thymeo dixit hoc alio modo. Dixit enim illic q animal simplr absolutū qō est gen⁹ aīaliū ꝛ principiū eoz est compositum ex vno: ꝛ ex prima longitudine que est ꝓposita ex dualitate prima ꝛ ex latitudine q̄ est ꝓposita ex prima trinitate :ꝛ ex ꝓfundo :quod componitur ex prima quaternitate: que sunt principia alioz numeroz compositoꝝ. Et opinabatur q longitudo ꝓponit ex dualitate: q: linea fit ex duobus punctis: ꝛ latitudo ex trinitate: q: fit cū longitudine ex trib⁹ pūctis: ꝛ spissitudo ex quaternitate: q: fit cū longitudine ꝛ latitudine ex quattuoz puncti⁹. Qm̄ cū opinabat q numeri sunt principia oīuz: fuit necesse apud ipsum vt principia numeroz sint principia generū ē sensibilis: ꝛ alij numeri qui cōponūtur ex pricipijs sint principia ēt rez particularium. Ita q principia aīalis simplicis est prima vnitas: ꝛ prima dualitas: ꝛ trinitas :ꝛ q̄ternitas. Principia aūt alioz aīalium sunt alij numeri: ꝛ ideo dixit (q alia currūt hoc modo). i. ꝛ principia aliozum aīaliuz particularium sunt alij numeri: ꝛ q: opinabātur ꝫ in principijs entium: ꝛ opinabātur q aīa componit ex principijs propter cognitionē opinati sunt q anima est iste numerus qui est principium numeroꝝ. D. d. (ꝛ manifestū est q thyme⁹ exit ab eis) vt mihi vī: q illud quod dcm̄ ē de principijs in thymeo est aliud ab eo quod dictū est i disputationib⁹: ꝛ quasi diuersitas horuz in aīa non est nisi pp diuersitatē eoz in principijs. Oēs enim conueniunt q oz esse ex principijs: ꝛ dicunt q opinio Platonis in thymeo de aīa est q anima est nā media. s. inter formas abstractas in diuisibiles: ꝛ inter formas sensibiles diuisibiles ꝫm materiaz. Themistius aūt dicebat q Plato intendebat p istaz māz mediā intellectū inter oēs ptes aie: cū suū ē sit mediū inter formas materiales: ꝛ abstractas: ꝛ vlr difficile possumus hodie intelligere opiniones antiquoꝝ quia nō sunt note apud nos.

¶ Adhuc aūt ꝛ aliter. Intellectum quidē ē vnuz. Scientiaz aūt duo. Singulariter enim est ad vnū. Plani aūt numerum opinionem: sensum vo euz qui solidi. Hi quidem enim numerū spēs ꝛ principia entium dicebant. Sunt aūt ex elementis. Judicant. n. res alie qdem intellectu. alie vo scientia: alie autem opinione: alie vo sensu. Species autez numeri hi rerum.

¶ Et est dictum hoc etiam alio modo: ꝛ est q intel 27
lectus est vnum: ꝛ scientia duo: quoniam per se est ad vnū. Et q existimatio est numerus superficiei: ꝛ q sensus est numerus solidi. Numeri enim dicebantur esse forme ꝛ principia in rebus entib⁹: ꝛ numeri sunt vnum illoꝝ elementoꝝ. Sz oēs res considerantur: quedam per intellectum ꝛ quedam per scientiam: ꝛ quedam per existimationez: ꝛ quedam per sensum. Ista autez sunt numeri qui sunt forme.

¶ Et opinati sunt alio modo aīaz ē principia numeroꝝ. Di 27
cūt enim q intellectus est vnū numerale: ꝛ per intellectum intendit primas ꝓpositiones: ꝛ dixerūt ipsuz ē vnū: q: scire ꝓpositiones est vnius scientie: ꝛ intendit per scientiaz cōclusionē: ꝛ dixerunt eam ē dualitatem: q: est ꝓcessus ab vno. s. ꝓpositionibus: ꝛ ad vnuz. s. cōclusionē vnde fit dualitas: ꝛ hoc intendebat cum. d. (est enim singulariē ad vnū) ꝛ dixerunt q existimatio est numerus superficiei. s. trinitatis: est enim ab vno. s. ꝓpositionib⁹ ad duo: nā ꝛclusio est in eo falsa ꝛ vera. Unde fit illic aliqua dualitas. Et dixerunt etiam q sensus est quaternitatis: opinati sunt enim q sensus comꝓhendit corpus: ꝛ q: forma corporis est quaternitas. D. d. (numeri. n. dicebantur esse forme ꝛc). i. ꝛ dixerunt hoc q: opinabantur q principia numeroꝝ sunt forme abstracte: ꝛ principia entium sunt vnū elemētoꝝ eoruz. Et q: rez quedam considerantur. i. cognoscūtur intellectu ꝛ quedā scientia: qdā existimatione: ꝛ quedam sensu: ꝛ nihil cognoscitur nisi per suū silē: necesse ē vt iste virtutes aie ꝓpheſiue sint principia numeroꝝ qui sunt forme ꝛ elemēta entium. s. vnitatis ꝛ dualitatis: ꝛ trinitatis: ꝛ quaternitatis: ꝛ necesse ē vt intellectus ex istis sit vnitas: ꝛ scia dualitas: ꝛ existimatio trinitas ꝛ sensus quaternitas.

¶ Qm̄ aūt ꝛ motiuū videbat aīa esse: ꝛ cognoscitiuū. Sic q dā cōpleri sunt ex vtrisqz: enūciātes aīaz ē numerū mouentē seipsum. Differūt autez ꝛ de principijs que ꝛ quot sunt. Maxime quidē corpora facientes principia ab his qui incorporea. Ab his aūt miscētes ꝛ abvtrisqz principia referentes: differunt autem ꝛ circa multitudinem: hi quidem vnū. illi vo plura dicunt.

¶ Et q: existimatū est de aīa q est mouens ꝛ cogno 21
scēs. Voluerunt aliqui cōgregare hec duo ꝛ iudicauerūt q aīa est numerus seipsuz mouēs. Et magna diuersitas est in principijs q̄ sunt ꝛ quot. Et maxime inter eos q faciūt ea corporalia: ꝛ iter eos q nō corpalia: Et istī etiaz differūt ab eis q admiscent

ſecẽt ꝛ ponũt p̃cipia ex vtroq;. Et diuersitas etiã est in numero p̃ncipiorum. Quidã enĩ dicũt vnũ p̃ncipiũ esse. Quidam plura.

18 ¶ Et qꝛ existimatũ ẽ. i. certificatũ q̃ mouere ꝛ cognoscẽ sũt p̃n᷑ aĩe: itẽ debãt aliq ad ꝙgregandũ vtrũq; in aĩa: dicendo aĩaz eẽ numerũ se mouẽtẽ: qꝛ nõ mouet ab alio. Et cuz notificauit sectas que differunt in diffiniendo aĩam: ꝛ sunt tres. Quaꝝ p̃ma diffinit eã per motũ aut p̃ ꝓtia motũ. Secũda aũt p̃ cognitionẽ. Tertia vò p̃ vtrũq; ꝛ oẽs cõueniũt q̃ est ex p̃ncipijs. incepit notificare modos diuersitatis coꝝ vl̃r: lz ꝙueniãt in hoc q̃ est ex p̃cipijs. ꝛ. d. (ꝛ magna diuersitas ꝛc). i. ꝛ differũt in substãtia aĩe: qꝛ differũt i p̃cipijs. s. i nã coꝝ ꝛ I nũero: ꝛ maxia diuersitas ẽ i nã p̃cipioꝝ: intponẽtes p̃n᷑ corpalia: ꝛ ponẽtes ea ñ corpalia cũ iste due nãe maxie differãt. differũt ẽt isti ab eis q̃ admiscẽt ꝛ ponunt p̃ncipia ex vtroq;. i. corporalib⁹ ꝛ nõ corpalib⁹. D. d. (ꝛ differũt ẽt in numero p̃ncipioꝝ). i. ꝛ differunt ẽt in aĩa: qꝛ differunt in numero p̃ncipioꝝ.

¶ Cõsequẽter aũt his ꝛ aĩaz assignãt. Motiuũ. n. ꝑm naturã p̃moꝝ existimauerũt nõ irratiõabiliẽ. Ũñ q̃busda visuz ipsaz ẽ ignẽ eẽ: eteni hic in ptib⁹ subtilissim⁹ est: ꝛ maxime elemẽtoꝝ icorporeũ. Ad huc aũt mouetur qꝛ ꝛ mouet alia p̃mo.

19 ¶ Et isti pcedũt in diffiniendo aĩaz ꝓcessu cõsequẽti ista. Hoc enĩ qõ reputãt. qm̃ natura p̃ncipioꝝ ũ est mouens nõ est extra veritatẽ. Vnde qdã existimãt ipsã eẽ ignẽ. Ignis. n. est p̃moꝝ ptiũ iter elemẽta: ꝛ q̃ magis vl̃ nõ eẽ corp⁹: ꝛ ipse mouet ꝛ mouet alia corpora p̃ma intentione.

39 ¶ Cũ notificauit sñias antiquoꝝ de aĩa: incepit laudare eas in eo qõ dicũt de veritate ꝛ de verificatiõe ꝙsequẽtie: ꝛ. d. (ꝛ isti pcedũt ꝛc). i. ꝛ isti q̃ opinãtur aĩaz eẽ ex p̃ncipijs: qꝛ mouet p se: ꝛ diffinierũt eã ꝑ mõ pcesserunt in ꝑ via recta ꝙñte p̃n᷑. Opinari. n. q̃ nã p̃ncipioꝝ ẽ mouẽs p se: rectũ est. D. d. (ꝛ iõ existimauerũt qdã ꝛc). i. ꝛ qꝛ opinati sunt eã eẽ ex p̃ncipijs existimauerũt qdã eã eẽ ignẽ: qꝛ reputabãt ignẽ eẽ elemẽtũ ceteroꝝ elemẽtoꝝ ꝛ simplicioꝝ ptiũ ꝛ q̃ magis vl̃ nõ eẽ corp⁹ qꝛ opinãtur p̃ncipia eẽ talia scz simpliciora aliis ꝛ remotiora a nã corporea: ꝛ oĩa ista cũ eo q̃ visa ẽ ab eis moueri: ꝛ mouẽ alia p̃ itẽtione sic aĩa.

Virtutes quidem sensibiles: quedam sunt necessarie inesse animalis: ⁊ quedam sūt propter melius: ⁊ omnes iste diuersant̄ ꝑm fortitudinem ⁊ remissionem. Tactus aūt ⁊ gustus sunt necessarij: auditus vo ⁊ visus ⁊ olfatus sunt propter melius. ꝓ gustum enim distinguitur cibus conueniens a non conuenienti: ⁊ per tactum distinguunt̄ ea que corrumpunt totum corpus ex extrinseco: ⁊ ea que conseruant corpus. Alij vo sensus non sunt innati distinguere talia: ⁊ ideo non sunt necessarij: ⁊ omnes iste virtutes conueniunt in hoc ꝙ actio eaꝝ non completur nisi per instrumētum: ⁊ appropriatur tactui ⁊ gustui: hoc ꝙ nō indigent medio. alij aūt indigent medio. Instrumentum autem virtutis visibilis est oculus: ⁊ in isto instrumēto dominat̄ aqua que est tersa diaphana: ⁊ fuit tale vt in eo describant̄ forme sensibilium sicut in speculo: ⁊ ideo pars glatialis ē valde clara ⁊ alba. ⁊ manifestum est ꝙ istud instrumentū valde necessarium est in comprehensione istarū virtutū. Istud aūt instrumentum non agit nisi quando fuerit in sua complexione naturali nullo aduenīente turbante ipsum: ⁊ ideo iracundus in hora ire ⁊ habēs calorem ascendentē recipiet inde corruptionem sui visus ⁊ forte videbit vnum duo ꝓpt̄ motum contingentē spiritui apud iram: queniam quando pars recipiens formam mouetur ⁊ venerit ad suum locum ex alia parte describetur forma in secūda parte ⁊ adhuc nō abscisa est a prima parte: ⁊ sic vna forma apparebit due: sicut forma solis cadens super aquam currentem apparebit due. ⁊ quia istud instrumentum scilicet oculus nō agit nisi quando fuerit in temperamento sue complexionis: iō accidit ꝙ quando fuerit infrigidatum a rebus extrinsecis infrigidatione intensa vt visus debilitetur: ⁊ ideo obscurat̄ oculus in locis in quibus est multa nix aut multa aqua: ⁊ ideo apparent ripe maris turbide: pauce lucis: ⁊ similiter loca niuis. Quando igitur calor oculi aut frigus fuerint intensa plus q̄z ꝑm naturam statim visus debilitabitur: ⁊ ista actio actionum oculi est partis grādinose aquose: ⁊ cōplerio istius partis est causa perfecte visionis: ⁊ ꝓpter hāc causam fuerunt palpebre posite in bonis oculis. s. ad conseruandam complexionem eorum a rebus extrinsecis: sicut vagina gladij: ideo qui maiorem ⁊ grossiorem habet palpebrā magis inspiciet in remoto: qz conseruant illam partem a calore extrinseco ⁊ a frigore: ⁊ ideo multa alia inspiciunt in remoto plus q̄z homo propter grossitiem palpebrarū. Instrumentū aūt audit⁹ est aer impost⁹ auri: ⁊ quāto magis aer iste fuerit subtilior ⁊ perfectionis quietis tāto magis actio eius erit perfectior. Et similiter instrumentum olfatus est aer impositus naso: instrumentū gustus est lingua: tactus aūt caro. ⁊ est proprium oibus instrumētis sensuum ꝺ ꝙ nihil habēt in actu ex eis que cōprehendunt nisi instrumentū tactus qui cōponitur ex qualitatib⁹ quas cōprehendit: ⁊ ideo nō cōprehendit nisi res intensas ꝓp suuz temperamētum: ⁊ ꝓpter hoc quātomagis caro fuerit tēperata tāto magis cōprehendit qualitates simplices. s. calidū frigidū: siccū ⁊ hūidū: ⁊ iō hō ē iter oia alialia meliorit tact⁹ ⁊ marie man⁹. s. caro palme: ⁊ marie caro indicis. ligua vo nullū hz saporē i actu: ⁊ iō q̄n ibibit̄ a gbusdā hūorib⁹ corrūpit̄ gustus ⁊ silr est de instrumentis aliorū sensuuz: ⁊ cā in hoc datur in libro de anima: ⁊ est proprium instrumentis trium virtutū. s. auditus ⁊ visus ⁊ olfatus ꝙ attribuuntur simplicibus: oculus aūt aque ⁊ audit⁹ aeri ⁊ olfatus parti ignee fumose: ⁊ ideo olfatibilia sanant cerebrū frigidū ꝓpt̄ calorē fumi. Dictum est igit̄ de proprijs instrumentis istorum sensuum. Dicam⁹ igitur de medijs qb⁹ indigent isti tres sensus: ⁊ de cōsequentib⁹ eoꝝ ⁊ mediū quo vtūtur isti sensus ē: aut aer in animalib⁹ agrestib⁹ aut aqua in animalibus aquosis: ⁊ manifestū est ꝙ isti tres sensus indigēt medio: q̄n quando sensibile positū fuerit super sensū nō cōprehendet̄ ab eo. ⁊ silr q̄n inter eos ⁊ sensibilia interiacent corpora grossa non apta vt sint media: ⁊ vniuersaliter appet ꝙ medium necessarium est istis sensib⁹ ex hoc ꝙ cū mediū corrumpetur: corrumpetur ⁊ actio eoꝝ: ⁊ ideo proprium ē medio vt sit de genere instrumentoꝝ proprioꝝ. s. vt sit recipiēs sensibilia aliquo modo modoꝝ receptionis instrumentorū. ⁊ causa in hoc apparebit quādo declarata fuerit natura sensuum: quibus appropriant̄ media ⁊ ꝓpriū visui inter istos tres est hoc. ꝙ cū medio indiget luce: nō enim videt in obscuro: ⁊ cū in aere acciderit fumus aut vapor q̄ prohibeāt transitū lucis: debilitatur visio: ⁊ ideo cum hō irascit̄ ⁊ excitatur calor in oculo obscurat̄ visus ꝓpter vaporē: ⁊ lux nō est in oculo ꝓ nām oculi: sed intrat ipsum ab extrinseco: ⁊ si esset ⁊ de ei⁹ nā tūc videret in obscuro: ⁊ ideo accidit ei q̄ claudit oculos ⁊ post aperit vt non vere videat nisi postq̄z visus ei⁹ fuerit illuminat⁹: ⁊ accidit visui vt videat rem visi one spirituali intrinsec⁹: añq̄z videat ipsam ab extrinseco: ⁊ post declarabim⁹ cām in hoc: ⁊ ista visio nō accidit i maiori parte: nisi in obscuro: ⁊ apud quietē: ⁊ est ꝓpriū huic cōprehensioni ꝙ nō sit bona nisi i tēperata luce: nō in intensa luce: neq̄z in pauca: declaratū est igit̄ ꝙ ꝓpriū est trib⁹ sensibus cōprehendere per mediū: ⁊ ꝙ ꝓpriū est visui habere presentiā corpis lucidi: vt dictū est de lucido ⁊ diaphanitate in libro de aīa: ⁊ necessariū est vt recte intrinsecus retum oculi illuminet̄ ab aqua que est intra oculū: sicut aqua illuminatur ab aere. Virtus .n. sensibilis est in orizonte istius retis in parte cranei: non in parte aeris. ⁊ ideo ista retia. s. tunice oculi conseruant virtutē aīe que sunt media inter illam ⁊ aerem: ⁊ signū eius ꝙ necesse est visui lucē peruenire ad ista retia est: qz quādo contingit homini percussio super palpebram statim obscurabitur oculus ⁊ extinguet̄ lux q̄ ē in oculo sicut extinguit̄ cādela ⁊ nihil videbit. ⁊ quādo declarabimus quomodo fit cōprehensio ab istis sensib⁹: tūc declarabuntur iste res. Et cū declarata sunt ꝓpria istaruz virtutum in instrumentis ⁊ medijs: dicendū est de sensibilibus particulariter. In libro enī de aīa dictū ē de eis vlr. Illic enī dictum fuit ꝙ sensibilia propria visui sunt colores: ⁊ auditui soni: ⁊ olfatui odores: ⁊ gustui sapores: ⁊ tactui tangibilia. Remanet ergo notificare naturas eorum. Dicamus ergo ꝙ elemēta diuersant̄ ꝑm multitudinē ⁊ putatē diaphanitatis. U. g. aer ⁊ aqua: diaphanū aūt ē inmatum recipere lucē ⁊ perfici ab illa: ⁊ cū diaphanū receperit lucem: fiūt ex hoc colores diuersi ꝑm fortitudinē ⁊ debilitatem lucis ⁊ paucitatem ⁊ multitudinē diaphanitatis: ⁊ hoc manifestū ē ex coloꝛib⁹ diuersis factis quādo lux solis adunatur cū nubibus. illi enim colores fiunt ab albedine lucis propter debilitatē lucis ex nigredine nubiū. U. g. colores q̄ sunt in yride. Necesse est igit̄ vt color fiat ex admixtiōe corporis lucidi cū diaphano ⁊ qz oia cōposita fiūt ex quattuor elementis: ⁊ diaphanum ex elementis est aqua ⁊ aer: ⁊ lucidum est solus ignis: ⁊ hoc est quando fuerit mixtus. ⁊ ideo necesse est vt colores sint cōpositi ex istis duab⁹ naturis. s. natura diaphani ⁊ natura illuminosi: ⁊ ꝙ diuersitas istaꝝ duaꝝ naturarū in quantitate ⁊ qualitate faciat diuersitatē eorū. Color igitur albus fit ex admixtiōe ignis clari cū elemento quod est valde diaphanū. s. aere ⁊ color niger fit ex igne turbido qui admiscetur cum elemēto minime diaphanitatis. s. terra ⁊ colores medij inter album ⁊ nigrum diuersant̄ ꝓpter diuersitatē istoꝝ duoꝝ ꝑm magis ⁊ min⁹. s. corporis lucidi ⁊ corpis diaphān: ⁊ iō color alb⁹ ⁊ niger fiūt ex elemēta colorū. s. mediorū ⁊ qz ꝺ māifestū ē de colore: ⁊ color ē in supficie corpis termiati neče ē vt color sit finis diaphani termiati ꝑm ꝙ ē diaphanū terminatū: ⁊ ꝓ ꝺ distiguit̄ color a lucē. lux .n. ē pfectio diaphāi nō termiati: ⁊ color nō fit i cōposito ex vicinitate ptiū minaꝝ diaphanaꝝ q̄ sūt i eltis sic̄ qdā dicebāt. Nihil .n. fit ex eltis ꝑm vicinitatē: hz ꝑm cōplerionē vt dictū ē i lib. de gñatiōe. Et qz lux ñ appet nisi in corpe diaphāo opiati sūt pythagorici ꝙ gñatio lucis nō ē corporū lumiosoꝝ ꝓ se nisi apō adunationē lucis cū alio corpore: sicut est dispositio de igne. Ignis enī nō lucet nisi q̄n adunatur cū alio corpore. Et dīa int̄ ignē ⁊ corpa celestia i hoc ē māifesta. Et ex hoc qō dictum est de essentia coloris


apparet q̄ aer p̄ro recipit colorē: deinde conducit eum ad visum ꝑm q̄ est diaphanū lucidū: ⁊ signuz q̄ aer patitur a calore ⁊ recipit eum est hoc q̄ apparet de colozatione eiusdem rei ꝑm illud per quod transeunt nubes lucide. Ut. g. q̄ quando nubes pertranseunt per plantas virides multotiens colozantur parietes per colorem illarum plantarum: qñ autem colores fiūt ex admixtione ignis cū corporibus diaphanis: ⁊ q̄ lux non est causa tñ in inductione colorum ad visum sed in esse eoz manifestum ē: ⁊ dico etiā qñ quēadmodum color albus est vilior luce cū sit ex ea: ita etiam alij colores albo sunt viliores ⁊ nigro cū fiant ex eis. Et q̄ colores fiunt ex albo ⁊ nigro ꝑm magis ⁊ min⁹ ⁊ diuersant in hoc diuersitate infinita ꝑm materiam: ideo fuit necesse vt colores sint infiniti in natura: qñ quātūcūq; fuerit imaginata ratio intrinseca in eis aliquem modū mixtionis extrahet natura licz ratio extrinseca non poterit pronunciare hunc modum: ⁊ ideo ars in hac intentione sicut dicit Aris. est minor natura. Artifex enī qui potest assimilare se nature ꝑm suum posse est melior. Et ideo est ratio spiritualis p q̄nam ⁊ ex qua natura agit quod agit ⁊ extrahit quod extrahit nihil habet quod prohibeat naturā a comprehensione eius quod dat ei: sicut est dispositio in ratione spirituali intrinseca per quā agit artifex. Anima enī bestialis existens i animalibus non impendit actiões nature: ꝫ gaudet ⁊ delectatur per illud quod natura extrahit de coloribus ⁊ sonis q̄ sunt existentes in anima bestiali in potentia q̄ cū natura extrahit eos ⁊ ducit in actū: tunc aia bestialis gaudet p comprehensionem eoꝝ. Ratio aūt spiritualis extrinseca p quam agit ars prohibetur ab anima bestiali: ⁊ ideo nō cōprehendit artifex ex eis q̄ dat ei ratio spiritualis nisi passiones ⁊ accidentia que acquiruntur ex reb⁹ quas dat natura ⁊ ideo res priores in cognitione apud artificem sunt posteriores inesse: econuerso dispositioni apud naturam: ⁊ etiā artifex est extra rem. natura aūt est intra: per hoc igit differt ars a natura: ⁊ ideo colores ⁊ tincture quos ratio extrinseca potest dicere sunt finite: colores aūt qui sunt in ratiõe extrinseca fere sunt infiniti: ⁊ ideo colores ⁊ tincture multi sunt a natura quos tinctores non possunt inuenire. Ars. n. q̄ consequitur naturam ⁊ ꝓcedit a priori ꝑm nos apud naturam a posteriori: ideo nō comprehendit ex illis ordinib⁹ qui sunt apud naturam: nisi ordines qui sunt multum remoti ad inuicem inter quos sunt multi ordines apud naturam. Declaratum est igitur quare esse colorum in natura ē aliud ab esse eorum in arte. De sonis autem dictum est in libro de anima: de odoribus autē ⁊ saporibus determinādū est hic. Dicam⁹ igit q̄ manifestū ē q̄ nullū elementoꝝ hz saporē ⁊ odorē: ⁊ q̄ sapor ⁊ odor sūt admixti ꝫ q̄ ē admixtū. ⁊ q̄ forma cuiuslibz admixti attribuit dñio alicui⁹ q̄litatis q̄tuor: ⁊ ꝓfiderādū ē cui q̄litati attribuit sapor i corpe saporoso. Dicam⁹ igit q̄ gustabile est nutrimentū aialiū: ⁊ nutrimentū ē sile aali: ⁊ corp⁹ aalis attribuit dñio calidi ⁊ hūidi: iō sapor attribuit caliditati ⁊ hūiditati: nā enī humidi magis ꝓuenit nāe aalis q̄z nāe terre. Et signū q̄ nā humidi est cā saporis in mixto est q̄ gustabiliū q̄dā sūt saporosa in potētia: ⁊ q̄dā in actu. Saporosa aūt in actu sunt humida in actu: sicca vo in actu sūt saporosa in potentia: ⁊ non fiūt saporosa in actu donec fiāt hūida i actu. Ut. g. sal: sal enī nō est saporosū: donec humefiat ⁊ dissoluat: ⁊ cū ita sit sapor necessario fuit ex mixtione ptis sicce cū pte hūida qñ fiūt digesta ex calore aliq̄ digestiõe: ⁊ modi sapoꝝ diuersant ꝑm diuersitatē hoꝝ duoꝝ in paucitate ⁊ multitudine. Dulcedo ergo attribuit caliditati ⁊ hūiditati. Amaritudo aūt caliditati ⁊ siccitati: aut frigiditati ⁊ siccitati in respectu hūiditatis dulcedinis: ⁊ sapores q̄ sūt inter istos fiūt ex his duab⁹ nāis: sicut colores fiūt ex albo ⁊ nigro. De odoribus aūt appet q̄ mā eoꝝ sit sapor q̄ fit ex mixtiõe siccitatis cuz humiditate. Apparet enī ꝑ inductionē q̄ oē habēs odorem habet saporē. Et q̄ odores sūt de gñe vapoꝝ fumosoꝝ ⁊ p hūc modū defert eos aer: ideo attribuunt siccitati ⁊ caliditati q̄ fit ex siccitate mixta cū humiditate hūte saporē ꝑm q̄ habz saporē: ⁊ testat q̄ nā odorabiliū est fumosa: ꝫ q̄ multa nō hñt odorē: ⁊ cū appropinquauerit igit habebūt odorem: per hunc modum habet hō ꝓpriū in comprehendendo odores per malaxationes. Istud enim instrumentū per suam caliditatem ⁊ siccitatem innatū est mouere hanc substantiam a re gustabili: ⁊ ideo apparet q̄ homo melius distinguit differentias sensibiliū olfatus q̄z cetera aialia: ⁊ tamen multa animalia fortius cōprehendunt odores ex remoto. Dictuz est igit de ꝓprietatib⁹ instrumentoꝝ istoꝝ sensuū. Perficiendus est igit sermo in qualitate cōprehensionis: de hoc enī vlr dictū fuit in libro de aia. Dicam⁹ igitur q̄ opiniões antiquoꝝ in cōprehensione sensibiliuz sunt quatuor. Quaꝝ vna est opinio dicentiū q̄ forme sensibilium sunt in aia ⁊ in tactu: ⁊ q̄ non acquirūt eas ab extrinseco: ⁊ q̄ forme extrinsece solūmodo excitāt ⁊ faciūt rememorari illud qō tenet ex eis: ⁊ ista est opinio Platonis. aut fere: secūda aūt est opinio dicentiū q̄ nō est in aia aliquid sensibilium in actu sed aquirit ea ab extrinseco: ⁊ isti diuiduntur in duo. Quidam enī dicunt q̄ acquisitio formaꝝ extrinsecaꝝ est acquisitio corporalis nō spiritualis. ſ. q̄ esse earum in anima erit ꝑm dispositionem ꝑm quā extra animam sunt. Illi aūt qui dicunt q̄ comprehensio rerū extrinsecarum ⁊ acquisitio earum est acquisitio spiritualis sūt bipartiti. Quidam enim dicūt q̄ in cenprehensione eaꝝ nō indigent medio. Dicūt enim q̄ anima comprehendit suum sensibile extrinsecū: ⁊ mouendo se ad ipm ⁊ supponendo se illi: ⁊ isti sunt opinantes visionē esse per radios exeuntes ex oculo ad rem visam. Quidaz aūt dicunt q̄ anima recipit suum sensibile mediantibus medijs. Primo enī recipiunt ea media: ⁊ postea reddunt illud ad sensū cōmunem: ⁊ indifferenter siue medium fuerit instrumentū: aut corpus extrinsecū: dicentes aūt q̄ anima non indiget medio habent duas ratiocinatiões vt narrauit Aris. quaꝝ vna est q̄ hoc si non reciperent mediū ⁊ non mouerent ad sensibilia non indigerent motu forti apud sentire: ⁊ secūda est q̄ si forme sensibiles venirent ad animam per mediū: tunc anima nō posset recipere ex formis nisi quantum additur illi. dicentes vero radios exeuntes ab oculo habent ratiões sufficiētes ⁊ fortioz eaꝝ ē ꝫ q̄ ponunt in aspectu. ſ. q̄ cause visionis ⁊ eius qō accidit in visione sunt linee radiales recte aut reflexe aut cōuerse. ⁊ hi quidē ponunt q̄ visio fit per figurā pyramidalē exeuntē ab oculo ⁊ peruenientē ad rem visam. Isti igitur existimauerunt q̄ iste linee ⁊ figure non possunt describi nisi in corpore exeunte ab oculo ⁊ est radius. Nos autem dicimus q̄ visus ⁊ quod accidit ei non fit complete nisi per huiusmodi lineas ⁊ pyramidem: ⁊ istud quidem est verum: sed dicimus q̄ iste mensure nullum habent subiectum nisi medium diaphanum. hoc enim corpus innatum est recipere formam ⁊ colorem hoc modo receptionis. Modo autem dicendum est q̄ de impossibilibus contingentibus huic opinioni ⁊ quod dixit Aristot. faciendum ē post. modo autem dicamus q̄ qui dicit q̄ forme sensibiliuz sūt existentes in anima in actu: ⁊ q̄ non indigēt extrinsecis sensibilibus nisi ad rememorationem falsum est: quoniam si iste forme essent in ea actu: tunc non indigerent formis extrinsecis in sentiendo eas: ⁊ tunc necesse vt sentiret sensibilia anteq̄z sentiret ea extrinsecus: ⁊ etiam si ita esset: tūc instrumenta essent ociosa ⁊ superflua: natura autem nihil facit ociose. sermo autem dicentium q̄ forme sensibilium imꝓmuntur in anima impressione corporali destruitur per hoc q̄ anima recipit formas contrariorum insimul. ⁊ hoc non tñ inuenitur in anima sed in medijs. apparet enim q̄ per eandem partem aeris recipit videns contraria. ſ. albuz ⁊ nigrum: ⁊ hoc etiaz quod videtur q̄ maxima corpora cōprehenduntur a visu per pupillam: licet sit ita parua: adeo q̄ comprehendit medietatem spere mundi est signuz q̄ nō existunt colores in ea ꝑm extensionem corporalem sed spiritualem: ⁊ ideo dicitur q̄ isti sensus non cōprehendunt intētiões sensibiliū nisi abstractas a mā. Nō. n. apphēdūt intētionem coloris nisi abstractā a materia: ⁊ similiter olfatus

⁊ saporis ⁊ alioꝝ: ⁊ cū declaratū ē hanc cōprehensionē esse spūalem: dicemus sēsus negātibus cōprehēdere p mediuꝫ qꝫ intentiones quas aīa cōprehēdit spūaliter: q̄dā sunt vles ſ. intelligibilia: ⁊ q̄dā pticulares. ſ. sensibilia: ⁊ isti duo mōi ītentionū aut cōprehēdunt ab aīa vno mō modoꝝ spūaliū aut ambob⁹: sed si cēnt vno mō tūc intentiones vles ⁊ pticulares cēnt eedē qđ ē ipossibile. cōprehēdit igit intentiones vles vno mō: ⁊ pticulares alio mō: vles aūt cōprehēdit cō prehensiōe nō cōicante cū materia oīno: ⁊ iō nō idigent medio: pticulares vo cōprehēdit p res cōuenientes rebus pticularibus. ſ. p media. ⁊ si hoc nō eēt tūc intentiones cōprehē se eēnt vles nō pticulares: ⁊ qꝫ eē formaꝝ in mediis ē modio mō inter spūale ⁊ corpale: forme eni extra aīam habēt eē corporale purū: ⁊ in aīa spūale purū ⁊ in medio mediuꝫ inter spūale ⁊ corpale: ⁊ dico media in hoc loco instra sensuum ⁊ ea que sunt extra sensum: instra igit nō idigent sen sibus nisi qꝝ cōprehēsio eoꝝ ē idiuidualis: vles aūt nō idigēt istis instris. manifestū ē igit ex hoc sermone qꝫ ppter hoc qꝫ ista sunt in aīa spūalia pticularia: iō cōprehēsio est p mediū ⁊ recte fit hoc natura. n. nō vadit de oppositō ad oppositū nisi p mediū: ⁊ ipossibile ē vt spūale acquiratur a corpali nisi p mediū: ⁊ iō quāto magis ista media fuerint subtiliora tāto magis cōprehensio erit melior. sermo aūt dicētis qꝫ si aīa cōprehēderit p mediū non recipet nisi ꝑm quātitatē corpis medij. ſ. qꝫ si eēt parū recipet ipsuꝫ puū. ⁊ si magnū: magnū. verū est in cōprehēsiōe corpali nō spi rituali. Et Arist. destruit sermonē dicentiū qꝫ virtus visibi lis extēditur ab oculo donec pueniat ad rē visam ab ocu lo p rōnes quaꝝ vna ē qꝫ ꝑm ꝫ possibile cēt videre in ob scuro sicut ē luce. dicētes aūt radios extēdi nō idigēt me dio neqꝫ luce. Et ēt si virtus aīe. ſ. sensus cōis extēderet ad res visas tūc nō idigeret retibus oculi. Neqꝫ eēt qꝫ qñ de structet aliqđ rete qꝫ ista virtus corrūpetur: ⁊ ēt si aīa extē deret donec occurreret sensibili: tūc eodē modo cōprehen deret oīa visa ꝓpinqua ⁊ remota: ⁊ vlr dicētes radios eri re ab oculo nō possunt fugere duo: aut ponere istos radi os eē corpales aut nō: sed si corpales cōtinget vt visio fit i tpe: ⁊ maxime qñ res visa fuerit remota. Declaratū ē enim qꝫ oē corpus motū mouet in tpe: ⁊ ēt intelligūt corp⁹ exire a pupilla: deinde dilatari quousqꝫ supponat medietati ce li: qđ est ipossibile. Et ēt aīa visibilis dz eē ordinata in hoc corpe: ⁊ nullū corpus in aīali ē subiectū aīe nisi calor natu ralis: ⁊ si calor naturalis separet ab oculo statim ifrigida ret ⁊ anihilaret. ⁊ si illud qđ erit ab oculo sit lux nō corp⁹ tūc nō possemus videre qꝫ aīa ē posita in illa luce. subiectū enī aīe ē substātia nō accidēs: ⁊ cū aīa nō fuerit posita in il la luce sed intra oculū. quo igit cōprehēdit sensibilia cum nō tāgit ea. ois enim actio ⁊ passio fit p ptactū: ⁊ b aut p mediū aut sine medio: si p medium necesse ē primo moueri mediū p cōtactū: ⁊ sic necesse ē si posuerimus qꝫ illud qđ erit ab oculo ē lux videre mediū eē. ⁊ si nō: nō ꝓueniret mo tus sensibilis ad sensum. Et nulla differētia cēt iter hunc sermonē ⁊ sermonē dicentē qꝫ visio cōplet p mediū ⁊ lucez lux. n. apud nos nō ē ipso oculo sed ex extriseco. sed hoc nō dicant: ⁊ si dicerēt b cōtingeret eis videre in obscuro ⁊ fe cit nos errare b qꝫ nō viderūt istū spm̄ p quē fit visio cōue nientē luci. quapp opinati sunt ipm eē lucē credēdo qꝫ lux ē corpus. Galienus aūt intātū applicabat errori qꝫ eristi mauit aerē eē sentiētē. Et cū declaratū ē qūo cōprehendit aīa sermone vlr: cōsideremus qūo ordinat ista cōprehēsio p mediū in tribus sensib⁹. Dicam⁹ igit qꝫ aer mediāte lu ce recipit prius formas rerū. deinde reddit eas reti extriseco ⁊ rete extriscū reddit eas alijs motib⁹ quousqꝫ motus p ueniat ad vltimū rete post qđ ē sēsus cōis: ⁊ in medio ista rū retiū cōprehēdit rete grādinosum formā rei: ⁊ ē. q. spe culū mediū iter naturā aeris ⁊ naturā aque: ⁊ iō recipit for mas ex aere: qꝫ est. q. speculū ⁊ reddit eas aque: qꝫ natura ei⁹ ē cōis iter has duas naturas: ⁊ aqua de qua dicit Ari sto. qꝫ ē post humorē grādinosum ē illa quā vocat Balie nus vitreū: ⁊ ista pars ē postrema ptium oculi: ⁊ p illam aspicit sensus cōis formā: ⁊ cū sensus cōis recipit formam reddit eā informāti: ⁊ ē virtus imaginabilis: ⁊ tūc recipiet eam iformās receptiōe magis spūali: ⁊ tūc illa forma erit in tertio ordine. forme igit habēt tres ordines quoꝝūvnus ē corporalis: ⁊ sēdus ē in sēsu cōi ⁊ ē spūalis: tertius aūt ē in virtute imaginatiua: ⁊ ē magis spūalis ⁊ qꝫ ē magis spi ritualis q̄z in sēsu cōi: nō indiget virtus imaginatiua in fa ciēdo eā pītem pītia sensibilis rei extra: ecōuerso disponi in virtute sensus: iformās aūt nō aspicit illā formā ⁊ ab strahit intētionē eius nisi post maximā quietē ⁊ intuitionē magnā: ⁊ ordies isti⁹ forme in istis virtutibus sūt sicut di cit Arist. q. hō acciperet speculū habēs duas facies ⁊ aspi ceret in alterā illaꝝ duarū facierū ⁊ posuerit sēdam faciez in directo aque: cōtingit enim tūc vt formā aspicientis si gnet in speculo: deinde de speculo signabit in aqua: si igi tur aliqs ispexerit facie speculi. ſ. facie qđ ē in directo aq̄: videbit illā eandē formā descriptā sēdo de qua in speculo forma igit aspiciētis ē sensata ⁊ speculū ē aer medi⁹ ⁊ aq̄ ē oculus ⁊ sēda facie speculi ē virtus sensibilis: ⁊ hō com phendēs eā ē virtus imaginatiua: si igit ispiciēs ispexerit in hoc speculo amittet forma a speculo ⁊ aqua ⁊ remane bit inspiciēs in sēda facie speculi imaginando formā: ⁊ ita ē de virtute imaginatiua cū forma que ē in sensu cōi: qñ quādo sensatū absentauerit se statim absentabit se forma eius a sensu cōi: ⁊ remanebit virtus imaginatiua imaginā do illā. declaratū ē ex hoc qꝫ sensus cōis videt formā me diāte oculo ⁊ oculus mediāte aere ⁊ videt eā in hūore aquo so qui ē in oculo mediāte grādinoso ex aqua q̄ ē in oculo ⁊ aere q ē extriscus: ⁊ hūor aquosus ē ille quē. Ga. vocat vi treū qūo aūt visus fit p media declaratū ē qūo aūt olfat⁹ fit mediāte aere ⁊ aqua dicendū ē: hoc eni fit per prepatio nem existentē in aere ad recipiēdū olfatile. Jsta. n. ⁊ elemē ta ĩnata sūt reddere sibi adinuicē fumos factos ex eis pp cōsil'itudinē que ē iter ea. Terra aūt reddit aeri vaporē hu midū: ⁊ aer recipit ipm ꝓpter cōiunctionē cum humido: ⁊ aer reddit ipm igni ꝓpter cōiunctionē que ē iter ea in calo re: qūo aūt aer reddit sonū dictū ē in libro de anima: pro prietas aūt cōprehēsionis istoꝝ sensuū in aīalibus non est eadē. homo. n. cōprehēdit differētias rerū ⁊ itentiones eaꝝ ꝓprias que sūt in re sensata. q. medullā de fructu: in aīali aūt bruto cōprehēdūt ea que sūt extra que sunt quasi corti ces fructuū. Et signū eius ē qꝫ bruta nō mouent a sensibi libus sicut hō mouet: homo. n. mouet apud cantū. quod nō faciūt bruta: ⁊ silr̄ mouet hō a tincturis ⁊ figuris mo tu quo nō mouent bruta: ⁊ silr̄ de modis saporis ⁊ odoris licz bruta cōicent in hoc ꝓpter corporeitatē istoꝝ: ⁊ silr̄ ē de virtute tactus. manus. n. hois ꝓpriū hz in hoc qđ non hz aliqđ: ⁊ hō cognoscit p olfatū saporē cōuenientē et icōue nientē ⁊ curat p olfatibilia sic p gustabilia. Olfatibilia. n. curāt ab ifirmitatib⁹ capitis qꝫ caput ē frigidū ⁊ hūidū: ⁊ olfatū ē in maiori pte calidū ⁊ siccū: ⁊ auditus in homine ēvia ad disciplinā. Disciplina enim non fit nisi per loquelā que non redditur nisi per auditum: sed intelligere qđ ver ba significant non ē auditus sed intellectus: ⁊ quilibet sen sus istoꝝ in homine ē via ad prima intellecta existentia in illo genere: ⁊ ꝑcipue auditus ⁊ visus. Et ideo dicit Ari sto. qꝫ illa que non carent his duobus sensibus sunt maioris intellectus ⁊ melioris comprehensionis. ista igit sūma eoꝝ que dicta sunt in hoc tractatu breuiter: qđ aūt dicitur in fine istius tractatus in dando causam de forti tudine ⁊ debilitate rememorationis loquendum est de co in sēdo tractatu.

¶ Explicit liber de sensu ⁊ sensato.

De memoria ⁊ reminiscentia.

De memoria autez ⁊ memorari dicendum quid est: ⁊ propter quã causaz fit: ⁊ cui anime partium hoc accidit passio ⁊ remisci. Nõ enim ijdez sunt memoratiui ⁊ reminiscitiui: sed vt frequẽter memorabiliores quidez qui tardi: ⁊ reminiscibiliores autez qui veloces: ⁊ bene discentes. Primum quidem igitur accipiendum est qualia sunt memorabilia. Multotiens enim decipit hoc: neq; enim futura contingit memorari: sed est opinabile ⁊ separabile. Erit autem vtiq; ⁊ scientia quedam separatiua quemadmodum quidam diuinatiuaz dicunt: neq; presentis est sed sensus: hoc enim neq; futurum nec factum cognoscimus: sed tm̃ presens. Memoria autem facti est: presens autem cum adest vt hoc album cum aliquis videt nullus vtiq; dicet memorari neq; quod consideratur cum sit considerans ⁊ intelligens: sed hoc quidem consentire dicunt: illud autem scire solum. Cuz vo sine actionibus scientiam ⁊ sensum habeat sic memoratur eas que trianguli ꝙ duobus rectis equales: hic quidem quia didicit aut speculatus fuit: illud vo quoniam audiuit: aut vidit: aut aliquid tale. Semper enim cum fm memorari agat: sic in anima dicit ꝙ hoc prius audiuit: aut sensit: aut intellexit: est quidez igitur memoria neq; sensus neq; opinio sed horum alicuius habitus: aut passio: cum factum fuerit tempus: ipsius autem nunc in ipso nũc non est mẽoria sicut dictuz est. Est enim quidẽ presentis sensus: futuri vo spes: facti autem memoria est: vnde post tempus memoria omnis. Quare que cunq; tempus sentiunt ⁊ quo hec sola animalia memorantur ⁊ isto quo sentiunt. Quoniam autem de phantasia prius in his que de anima dictum est: et intelligere non est sine phantasmate. Accidit enim eadem passio intellectui que quidem ⁊ in describẽdo. Ibi enim nulla vtentes quantitate trigoni determinata: tamen finitum fm quantitatem describimus: ⁊ intellectus similiter: ⁊ si nõ intelligat quã tum: ponitur tamen ante oculos quantum: intelligit autem non fm ꝙ quantum solum. Si autez natura fit infinitorum quantorum: anteponitur tamẽ quãtũ determinatũ. Intelligit autem fm ꝙ quantum solum: propter quã igitur causam non contingit intelligere nihil sine continuo: neq; sine ratione temporis entia: alia vo ratio magnitudinem autem ⁊ motuz cognoscere necesse quo tempus ⁊ phãtasma cõmunis sensus passio ẽ. Quare manifestuz ꝙ primo sensitiuo horum cognitio est: memoria autem ⁊ que est intelligibilium: non sine phantasmate est: quare intellectui fm accidens vtiq; erit: per se autem primi sensitiui: vnde ⁊ alteris quibusdam ineſt animalium: ⁊ non solum hominibus ⁊ habentibus opinionem aut prudentiam. Si autem intellectiuarum aliqua partum esset non vtiq; inesset multis aliorum animalium: forte autem nulli mortalium. Quoniam neq; nunc omnibus: propter id quod non omnia temporis sensum habent. Semper enim cum agat memoria sicut ⁊ prius dixit quoniam vidit: hic autem audiuit aut didicit simul sentit: quia prius: prius autem ⁊ posterius in tempore sunt. Cuius quidem igitur eorum que insunt anime memoria sit manifestum: quoniam quidem cuius ⁊ phantasia est: ⁊ sunt memorabilia per se quidẽ quorum est phantasia: fm accidens autem quecũq; non sine phantasia. Dubitabit autem vtiq; aliquis propter quid quidem passione presente: re vo absente memoratur quod non est presens. Manifestum enim quoniam oportet intelligere talem aliquaz factam per sensum in anima ⁊ in parte corporis habente ipsam velut picturam quandam passionez cuius dicimus habitum esse memoriam. Factus enim motus imprimit velut figuram quandam sensibilis sicut sigillantes annulis. Unde ⁊ bis quidem qui in motu multo propter passionem aut propter etatem sunt non fit memoria: tanꝯ vtiq; in aquam fluẽtem incidente motu: ⁊ sigillo: aliis quidem propter frigida esse: sicut antiquã edificiorum: ⁊ propter duritiem accipientes impressionem non infit impressio: propter quod quidem multi iuuenes ⁊ senes immemores sunt: fluunt enim hi quidem propter augmentuz: illi vo propter decrementũ. Silr autez et



Trigonum

mltũ veloces aut tardi neutri vidẽt mẽores. Hi qdẽ enim plꝰ oportuo hũidiores sũt: illi vo duriores. His qdẽ igit ñ mãet phãtasma i aia. Alios vo ñ tãgit: ſz

siqdem

siquidem tale accidens est circa memoriam: vtrum hanc memoratur passionem: aut illud a quo facta ē. Siquidem enim est hoc: absentium nihil vtiq; rememorabitur: si vo illud quo modo sentientes: hoc memoramur q̄ non sentimus quod absens ⁊ si est simile sicut figura aut pictura in nobis ipsius sensus propter quid vtiq; erit memoria alterius: sed nō huius ipsius. Agens enim memoria speculatur hanc passionem habens ⁊ sentit hanc. Quo modo igitur non presens memoratur: erit enim vtiq; videre non presens ⁊ audire. Aut est vt contingit ⁊ accidit hoc: vt enim in tabula scriptum animal: ⁊ animal ē ⁊ imago: ⁊ idem ⁊ vnum ipsum est ambo: esse tamen non eidez amborum: ⁊ est considerare: ⁊ sicut animal ⁊ sicut imaginem: sic ⁊ quod in nobis phantasma oportet suscipere ⁊ ipsum aliquid ꝑm se esse: ⁊ alteri⁹ phātasma: ꝑm seipsum quidem speculamur vt phantasma est: inquantum vo alterius imago ⁊ memorabile. Quare senserit cum agit motus ipsius: siquidez inquantum ꝑm se: sic anima ipsuz vt intelligibile aliquid aut phantasma videtur adesse: si autem inquātum alterius ⁊ sicut in pictura tanḡ imaginem considerat: ⁊ qui non vidit coriscum vt coriscī imaginez hec alia passio huius speculationis: ⁊ quando sicut animal vel pictum considerat in anima hoc quidem fit vt intelligibile solum: hoc autem vt ibi: q̄ imago memorabile. Et hoc aliquando nescimus: factz nobis in anima huiusmodi motibus ab eo quod prius sentimus. Si ꝑm sensibile accidit ⁊ si est memoria aut non dubitamus quandoqz. Aliquando autem accidit intelligere reminisci quoniam aliquid audiuimus prius aut videmus: hoc autem accidit quando speculans tanḡ ipsum permutetur ⁊ considerētur sicut alterius: fit autem aliquando ⁊ contrarium vt accidit antiforentite ⁊ alijs extasim passis. ⁊ phā tasmata enim dicebant vt facta ⁊ vt memorantes: hoc autem fit cum aliquis imaginem non tāḡ imaginem consideret: meditationes autem memoriam seruant in reminiscendo: hoc autem nihil est aliud q̄ speculari multotiens sicut imaginationem ⁊ non ꝑm se. Quid quidez igitur ē memoria ⁊ memorari dictum est: quoniam phantasmatis vt imaginis: cuius phantasma habitus ⁊ cuius particule earuz que in nobis: quia p̄mi sensitiui ⁊ quo tempus sentim⁹. De reminisci autem est dicere. ⁊ primum quidez igitur quecunqz in argumentatiuis rationibus vera sunt oportet ponere vt existentia. Non enim est memorie resumptio reminiscentia neqz acceptio: cum enim primum addiscat aut patiatur non resumit memoriam neqz vnam: nulla enim ante facta ē neqz ex principio accipit: cum enim factus fuerit habitus aut passio tunc memoria est: quare cum passione que fit non insit. Adhuc autem cum primo facta est in indiuiduo ⁊ vltimo passio quidem inexistit iā patienti ⁊ scientia. Si oportet vocari scientiam habitum aut passionem. Nihil autem prohibet ꝑm accidens memorari quedam que scimus: memorari autem ꝑm se non est ante factum tempus. Memoratur enim nunc que audiuit aut videt aut passus fuit prius: non quod nunc passus est memoratur nunc. Amplius manifestum quoniam memorari est non nunc reminiscentem: sed a principio sentientez aut patientez: sed cuz resumat quā prius habuit scientiam: aut sensum: aut cuius quidem habitum memoriam diximus: hoc est ⁊ tunc reminisci est: non eorū que dicta sunt aliquid: memorari autem accidit: et memoriam sequitur. Neqz hoc itaqz simpliciter: ſz cum ante essent iterum fiant: sed est vt est: aut vt nō. Bis enim discere ⁊ inuenire contingit eundēq; idē. Oportet ergo differre reminisci ab his: ⁊ ī ente pluri principio q̄ ex quo addiscunt reminisci. Contingunt autem reminiscentie: quoniam aptus natus ē hic motus iam post hunc: siquidem enim ex necessitate manifestum q̄ cum moueatur illo hoc mouebitur. Si autem non ex necessitate sed ex consuetudine vt ad multum mouebitur. Accidit autem quosdam semel consuesse velocius q̄ alios multotiens motos: vnde quedam semel videntes magis memoramur q̄ altera multotiens. Cum ergo reminiscimur mouemur ꝑm quendam primorum motuum: quousqz vtiq; moueamur postq̄ ille consuevit: vnde ⁊ q̄ consequenter venamur: meditantes a nunc aut aliquo alio: ⁊ vt a simili aut a contrario aut propinquo: propter hoc fit reminiscentia. Motus enim horum: horum quidem ijdem: horum autez simul: illorum autem partem habent. Quare reliquū parum quod motum est post illud: querunt quidem igitur sic: ⁊ non querentes autez sic reminiscuntur: cum post alterum motum ille fiat: vt autem ꝑm multa alteris factis motibus quales diximus fiebat ille. Nihil autem oportet intendere que procul sūt quo modo memoremur: sed non que prope. Manifestū est enim q̄ idem modus aliqualiter: dico autez quo modo dicit q̄ consequenter non perquirēs neqz reminiscens: consuetudine enim consequuntur mot⁹ hic post hūc. Et cū igit reminisci voluerit hoc faciet queret accipere principium motus: post quod ille erit: vnde citissime ⁊ optime fiunt a principio reminiscentie. Sicut enim se habent res ad inuicem in eo q̄ consequenter: sic ⁊ motus: ⁊ sunt magis reminiscibilia: quecūqz ordinationē habent aliquā sic̄ mathematica: que autem praue grauiter: ⁊ in hoc reminisci differt ab iterum addiscere: q̄ possunt quodammodo moueri in id quod est post principium: cuz vo non sed per aliud non adhuc rememoratur. Multotiens autem iam quidam non potest reminisci: querens autem potest ⁊ inuenit: hoc autē fit multa mouenti: si moueat huiusmodi motu quem consequitur res. Deminere enim est in esse potentiaz mouentem: hoc autem est vt ex ipso ⁊ quibus habetur motibus moueatur sicut dictum est. Oportet autem acceptum esse principium ꝓpter qō a loc; oz

reminiſci aliquando. Cã aũt eſt q velociter ab alio in aliud veniunt: vt a lacte in album: ab albo autem in aerem: z ab hoc in humidum: a quo meminit autumni: hanc querens horam. Videtur autem vniuerſale principium z medium omnium. Si enim non prius cum in hoc veniat reminiſcetur: aut non iam: neqz aliunde: vt ſiquis intellexerit in quibus

A B E D E Z J T

Quo modo ab vno in reminiſcentia alterius ducimur.

a.b.g.d.e.z.i.t. Si enim nõ in.e. reminiſcitur in.t. meminit hic.n. ad ambo motũ eſſe cõtingit: z in.a. z in.e. Si vo non horum aliquid querit in.g. veniens reminiſcetur ſi in.i. aut.z. inquirit. Si autem non in.a. z ſic ſemper. Eius autem quod ab eodez aliquando quidem meminere: aliquãdo autem nõ. cauſa eſt quia contingit ad plus motum eſſe ab eodez principio: vt ab ipſo.g. in.z. aut in.d. Si igitur non per antiquum mouetur inconſuetius mouetur tanq̃ enz natura iam conſuetudo eſt: vnde q̃ multotiens intelligimus cito reminiſcimur: ſicut enim natura hoc poſt hoc eſt: ſic z operatio hoc multotiens naturam facit. Quoniam autem ſicut in his q̃ ſunt natura: ſic fit extra naturam: z a fortuna adhuc magis in his que per conſuetudinem ſunt: quibus natura non ſimiliter ineſt: quare moueri aliquando z ibi z alicubi alterqz: z cum retrahatur inde ipſo ca ſu quoqz: z propter hoc enim indigeat nomen reminiſci diſſimile quo ſcimus in illud ſollicitamur: reminiſci quidez igitur hoc accidit modo. Maxime autem oportet cognoſcere tempore: aut menſura: aut infinite. Eſt autem aliquid quo iudicat magis z minus: rationabile autem ſicut z magnitudines. intelligit enim magnas z procul non extendendo ibi intelligentiam ſicut viſum dicunt quidam. Et nanqz cum non ſint ſimul: intelliget ſed proportionali motu: ſunt enim in ipſa ſimiles figure z motus. Quo enim differt cum maiores intelligat: aut quia illa intelligit que minora: omnia enim que inter mĩora proportionaliter: z que extra: eſt autem forte ſicut z ſpeciebus proportionale accipere: ſed in ipſo ſic z diſtantijs. Sicut igitur ſi ſm.a.b.b.e. mouetur facit.g.d. proportionabile enim eſt.a.g. z.d.g. quid ergo magis.g.d. q̃.z.i. facit aut ſicut.a. g. ad.a.b. le hz ſic.k.t. ad.t.m. ſe habet: ſm has igit ſimul mouetur. Si vo ſm.a.z.z.i. velit intelligere ei quidem que.g.b.b.e. ſimiliter intelliget: ſed pro t.c.k.l.m. intelliget: hec enz ſe habent ſicut.c.a. ad b.a. Cum igitur rei ſimul fiat motus z temporis tunc memoria agit: ſi autem putet non faciens memorari: nihil enim prohibet mentiri: quemadmodum z videri memorari non memorantem. Agente autem memoria non putare: ſed latere memoratum non eſt: hoc enim erat ipſum memorari; ſed ſi qui rei fiat ſine eo qui temporis: aut ipſe ſine illo nõ reminiſci: qui vo eſt tẽporis dupliciter eſt: aliquando quidem enim menſura non meminit ipſum: vt quia tertia die: quod tamen aliquando fecit: aliquãdo autem z menſura: ſed memoratur q̃uis non mẽſura. Conſueuerunt enim dicere: quoniam memorantur quidem: quando tamen neſciunt cum ipſius quando non cognoſcunt quantitatem metro. Nõ quidem igitur non ſunt ijdem memoratiui z reminiſcitiui in prioribus dictum eſt. Differt autez memorari a reminiſci non ſolum ſm tempus: ſed quoniam ipſo quidem memorari z aliorum animalium participant multa: ſed reminiſci nullum vt eſt dicere que cognoſcuntur animaliuz niſi homo: cauſa autem eſt quia reminiſci eſt vt ſyllogiſmus quidam: quod enim prius vidit aut audiuit aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit: ſyllogizare reminiſcens: z eſt vt queſtio quedam: hoc autem quibus z deliberatiuũ ineſt natura ſolis accidit. Et nanqz deliberare ſyllogiſmus quidam eſt: q̃ autem corpora quedã paſſio reminiſcẽtia queſtio in tali phantaſmatis figuraz turbari quoſdam cum non poſſunt reminiſci: z valde adhibentes intelligentiam z non adhuc conantes reminiſci: nihilminus z maxime melancolicis: hos enim phantaſmata mouent maxime. Cauſa autez eius q̃ non in ſeipſis eſt reminiſci quia ſicut pijcientibus: nõ amplius i ipſis ſiſtere: ſic z reminiſcẽs z inueſtigans aliquod corporale mouet in quo paſſio eſt. Maxime autem turbantur quibus humiditas fuerit exiſtens circa locum ſenſituum. Non.n. facile pauſat mota quouſqz ſuperueniat quod queritur z recte procedat motus. Unde z ire z tumores cum contramouerint: z non contramouentibus iterum his non ſedantur ſed ad eadem contramouẽt: z comparatur hec paſſio nominibus z melodijs et rationibus cuz per hos fiat aliquid ipſorum valde. Pauſantibus enim z non volentibus accidit iterum cantare z dicere: ſunt autem z ſuperiora maiora habentes. Nam prius memoratiui q̃ contrarij: propter id q̃ grauitatem multam habent in ſenſibili: z quia neqz a principio motus poſſunt immanere ſed diſſoluti ſũt: neqz in reminiſcendo facile recte procedunt. Penitus autem noui z multum ſenes immemores ſunt propter motum: hi quidem enim in decremento: illi vo in augmento multo ſunt: amplius autem pueri z vano ſi ſunt vſqz ad longaz etatem. De memoria quidem igitur z memorari que ſit natura ipſorum: z que earum que ſunt anime memorãtur animalia: z de reminiſci quid eſt: z quo modo fit: z propter quã cauſam dictum eſt.

In ſecundo

Finis

Ista secundo tractatu huius tractatus incipit perscrutari de rememoratione ⁊ inquisitione per rememorationem ⁊ dicit q̄ res comprehense aut sunt cōprehense in instanti ⁊ in tpe presenti. Vl. g. cōprehēsibilia sensus aut future sunt: ⁊ iste sunt res existimabiles: aut preterite: ⁊ manifestum est q̄ rememoratio est in istis: nō enim vocamus rememorationem nisi illi⁹ qđ prescibatur i preterito. rememoratio est reuersio i presentē intentionis cōprehense in preterito. Inuestigatio aūt per rememorationem est inquisitio isti⁹ intentionis per voluntatem: ⁊ facere eam presentari post absentiam: ⁊ ideo visu est q̄ inuestigatio per rememorationē ē ꝓpria bmōi: memoratio aūt est in oīb⁹ animalibus imaginantib⁹: ⁊ existimatur q̄ multa genera animaliū nō imaginanē sicut vermes ⁊ habentia conchas. Rememoratio aūt differt a cōseruatione: qz cōseruatio ē illi⁹ quod semper fuit i anima postq̄z fuit ꝓprehensū. memoratio aūt ē eius qđ fuit oblitum: ⁊ iō rememoratio ē conseruatio abscisa: seruatio aūt est reme.. moratio cōtinua. ista igitur virtus ē vna in subiecto ⁊ due ſm modū. rememoratio igitur ē cognitio ei⁹ qđ fuit cognitus ſm q̄ fuit cognitū postq̄z cognitio ei⁹ fuit abscisa. inuestigare aūt per rememorationē ē acquisitio cognitionis ⁊ laborare ⁊ facere cogitatiuā laborantez in representatione illius cogitationis: ⁊ ista actio ē virt⁹ que dicitur rememoratiua. consideremus igitur quid est ista virtus ⁊ cui⁹ ordinis ē de virtutibus anime: ⁊ manifestū est q̄ ē de virtutib⁹ comprehendētibus res particulares indiuiduas. rememoratio enim alicui⁹ nō fit nisi post sensuz ⁊ imaginationē ei⁹ ſm q̄ fuit sensatū ⁊ imaginatū. vniuersalis. u. nā quantitatis quā intellectus ꝓprehendit nō cōprehendit a virtute rememoratiua: nō enī cōprehendit nisi quātitatē terminataz quā presensit ⁊ imaginabatur. quomodo aūt rememoratur vniuersale dicendū est post: ⁊ cū manifestū ē de hac virtute q̄ ista virtus ē particularis ⁊ q̄ indiget in sua actiōe vt precedant illam due virtutes. s. virtus sensus ⁊ virt⁹ imaginationis. consideremus in quo differt illa virt⁹ a virtute imaginatiōis: apparet enim licz nō sint idem q̄ habeāt cōiacationem in actione. dicam⁹ ergo q̄ manifestū est: q̄ licz ois rememoratio ⁊ inuestigatio per rememorationē nō sit nisi propter imaginationem tamen intentio rememorationis alia est ab intentione imaginationis: ⁊ q̄ actio istarū duarum virtutū ē diuersa. actio enī virtutis rememoratiue est facere presentare post eius absentiā intentionē rei imaginate ⁊ iudicare ipsam cē illā intentionē quā ante sensit ⁊ imaginabatur. sunt igit̄ quattuor imago: ⁊ intentio illi⁹ imaginis ⁊ facere illā intentionē esse presentē. ⁊ iudicare eā ee intentionē illius imaginis que prius sentiebaꝫ. facere igitur imaginem eē presentē: necesse ē vt sit alteri⁹ virtutis a virtute quā cōprehendit intentionē: ⁊ ista virtus inuenit̄ duobus modis. Si. n. cōprehensio ei⁹ fuerit continua dicetur conseruās. si diuisa dicet̄ rememoratiua. iudicare autez q̄ ista intentio ē istius imaginati ē in homine in intellectu: qz iudicat in eo ſm affirmationez ⁊ negationē ⁊ in animalib⁹ rememoratiuis ē simile actioni: ista enī virtus ē in homine per cognitionē: ⁊ iō inuestigat p rememorationē: i aliis āt est natura: ⁊ ideo rememorant aīalia: sed nō inuestigāt per rememorationē: ⁊ ista virtus in animalib⁹ nō habz nomē: ⁊ ē illa quā Auicē. vocat existimationē: ⁊ per hāc virtutem fugit animal nāliter nocitiua licz nunq̄z senserit ipsa. sunt igit̄ tres actiōes triū virtutū quaz vne sūt fixe p duas res simplices ex quib⁹ cōponit̄ forma cōposita ex eis: quaruz s. rez vna ē imago rei: ⁊ secunda intētio imaginis rei: tertia aūt ē virtus cōponens has duas intentiones ad inuicē in formis. n. imaginabilib⁹ ē aliqd. q. subiectū. s. lineatio ⁊ figura: ⁊ aliqd q̄si forma. ⁊ ē intētio illi⁹ figure. indiuiduuz enī ex aīaz qz ē ꝓpositū accidit ei vt sit i aia ſm h̄: ⁊ q̄ receptio duaz partiū ex qb⁹ cōponit̄ sit duaz virtutū diuersarū: ⁊ q̄ cōpositio eaz: sit tertie virtutis. declaratū ē igit̄ ex hoc sermōe hic eē tres virtutes: virtutē. s. q̄ facit presentari imaginem rei ⁊ virtutem que facit presentari intentionem illius imaginis: ⁊ virtutē: q̄ componit illam intentionem cum sua imagine: ⁊ ideo inuestigatio p rememorationē cōpletur per istas tres virtutes qñ vnaq̄z eaz facit presentari suū ꝓpriū. ⁊ Aris. declarat q̄ ista virt⁹ rememoratiua est alia a virtute imaginatiua: ⁊ q̄ sunt duo i diffōne ⁊ subiecto p h̄ qz qñq̄z cōprehendim⁹ intentionē forme imaginabilis sine forma imaginabili: ⁊ qñq̄z cōprehēdimus formam absq̄z eo q̄ spoliem⁹ intētionē forme: ⁊ ideo possum⁹ retinere multa ſimul: ⁊ nō possum⁹ imaginari ea: ⁊ iā dixim⁹ q̄ virtus cōseruationis ⁊ rememoratiōis ē idē i subiecto ⁊ duo ſm modū q̄ igit̄ virt⁹ imaginatiua ꝓprehēdit de subiecto est illud qđ pictor describit in pariete: ⁊ illud qđ comprehendit virt⁹ rememoratiua ē intētio illi⁹ picture: ⁊ iō qđ existit i rememoratiua magis ē spirituale q̄z q̄ existit i virtute imaginatiua. ⁊ qz actio istaz duaz virtutū i formis sensibilib⁹ ē altera duaz actionū aut ꝓpositio aut diuisio: qñ eni iā reduxerint formā quā iā sensit tūc facit ꝓpositionē: ⁊ hoc erit sicut dixim⁹ qñ vtraq̄z virt⁹ fecerit ꝑsentari vtrāq̄z intētionē simplicē sibi ꝓpriā ⁊ cōposuerit eas tertia virt⁹. diuisio aūt ē i diffōne rei sensibilis dū fuerit sensibilis: ⁊ h̄ erit qñ sentiēs senserit prio rē extra aīaz: deinde imaginauerit imaginās. deinde distinxerit distinguēs intentionē illius forme a suo descripto cui⁹ ē intētio: deinde recipit ꝓseruās illud qđ distinguēs distinxit. si igit̄ amiserit ipm tūc reductio ei⁹ erit ſm cōpositionē. ⁊ qz ista virt⁹ ē diuersaz actionū: iō h̄z diuersa loca i capite: ⁊ qz sentiēs sentit prio: deinde imaginat̄ imaginās: deinde distinguit distinguēs: deinde recipit ꝓseruās: necē ē vt imaginās sit i ozzōte anteriori cerebri: deinde cogitās sit in medio. deinde memorās ⁊ cōseruās i posteriori cerebri: ⁊ h̄ notū ē sensui. cū. n. cōplerio anteriozis cerebri ledet̄ statim ledet̄ imaginatio illi⁹ bois: ⁊ remanet cogitatio ⁊ rememoratio ſm suū modū ⁊ cū medium fuerit lesū ledet̄ cogitatio ⁊ cū posterius memoria: ⁊ iō manifesti sunt quq̄z ordines quoz prim⁹ ē cozpalis magni corticis: ⁊ ē forma sensibilis ex aīaz: sens⁹ aūt ē ee isti⁹ forme in sensu cōi: ⁊ ē prim⁹ ordinū spiritualiū. terti⁹ est ee ei⁹ in virtute imaginatiua ⁊ ē magis spiritualis. quart⁹ est in virtute distinctiua. quint⁹ aūt ē esse ei⁹ in virtute rememoratiua. ⁊ ē magis spiritualis. recipit enī medullā ei⁹ qđ distinguūt tres virtutes a cortice. declaratū ē igit̄ cui⁹ esse est ista virt⁹ ⁊ quā substātiā h̄z ⁊ q̄ est alia ab imaginatiua ⁊ distinctiua: ⁊ q̄ actio ei⁹ nō cōpletur nisi p cōiacationem distinguētis ⁊ iformantis: aut i cōpositiōe aut i diuisione. ⁊ declaratū ē q̄ ꝓseruatio ei⁹ est ꝓtinuatio eē intentiōis sensibilis in hac virtute sine absciſiōe: ⁊ q̄ obliuio est amissio eius vel diuisio: ⁊ q̄ rememoratio ē reductio ei⁹ post obliuionē: ⁊ q̄ inuestigatio rememorationis ē acquisitio eius ⁊ q̄ est ꝓpriū hoi: ⁊ iō cōsiderādū est qūo homo rememorat illud quod sensit ⁊ oblit⁹ ē. dicam⁹ igit̄ q̄ hoc ē per facere presentari itentionē illi⁹ rei ⁊ cū virt⁹ rememoratiua fecerit illā presentari imaginās faciet ꝑsentari formā illi⁹ rei: ⁊ distinguēs ꝓponet intentionē quā distinxit ⁊ diuisit: qñ ex intentionib⁹ in quas forma diuiditur cōponit̄ itentio forme igit̄ presentat̄ a rememoratiua. descriptio igit̄ ei⁹ presentat̄ ab imaginatiua: ⁊ cōpositio itētionis cū descriptiōe fit a distinctiua: ⁊ p ꝓgregationē istaz triū virtutū ꝑsentat̄ res oblita apud inuestigationē rememoratiōis. si igit̄ fuerit difficile homini: tūc ꝓtinget ꝓpter debilitatez alicuius istaz virtutū pp quā debilitantur alie: ⁊ ista lesio q̄ accidit quibusdā virtutū p quasdā accidit i maiori pte supiori per inferiorē. Vl. g. qz imaginatiua ledit̄ per lesionē sens⁹ ⁊ non ecōuerso: ⁊ silr distinctiua ledit̄ p lesionē: imaginatiue: ⁊ nō ecōuerso: ⁊ memoratiua ledit̄ p lesionē distinctiue ⁊ nō ecōuerso. illud. n. qđ ē magis spūale ledit̄ p lesionē ei⁹ qđ est min⁹ spūale ⁊ nō ecōuerso. Et nō accidit apud ꝓgregationē istaz virtutū ꝑsentatio rei q̄ iā sentiebaꝫ ⁊ ē oblita: sed ⁊ etiā i qbusdā hoib⁹ ꝑsentat̄ apud ꝓgregationē eaz forme rez sensibili ū q̄s nūq̄z sensit: ꝛ solūmō cū trāslate fuerint dispōnes eaz sicut narrauit Aris. de quodaz antiquo q̄ ita

vtiqꝫ desisterent ab hac puerili opinione. Valde enim simplex putare vnumquodqꝫ latorum esse paruum magnitudinibus: quia videtur alpicientibus nobis hinc. Sic dictum quidem ⁊ igitur prius in his que circa superiorem locum theorematibus: dicemus autem eandem rationem ⁊ nunc. Si enim ⁊ distantie plene igne: ⁊ corpora constarẽt ex igne: olim annubilatum vtiqꝫ esset vnumquodqꝫ aliorum elementorum. At vo neqꝫ aere solo plena. Multum enim vtiqꝫ excederet equalitatẽ cõmunis analogie ad coelementaria corpora: ⁊ etiam si duobus elementis plenus qui intermedium terre ⁊ celi locus est: nulla enim vt est dicere pars terre ẽ moles in qua contenta est: ⁊ omnis aque multitudo ad ambientem magnitudinem. Videmus autem non in tanta magnitudine factum excessum molium cũ ex aqua disgregata aer fiat: aut ignis ex aere. Necesse autem eandem rationem habere quantam habet tantilla ⁊ parua ad factum esse ipsa aerem ⁊ totum ad totam aquam. Videtur autem nihil neqꝫ siquis dicat quidem non fieri hec ex inuicem equalia tamen virtute esse: ſm enim hunc modum necessarie est equalitatem virtutis existere magnitudinibus ipsorum quemadmodum vtiqꝫ si facta ex inuicem existerent. Quod quidẽꝫ igitur neqꝫ aer: neqꝫ ignis tñ replet intermedium locum manifestum ẽ. Reliquum autem perscrutãtes, dicere quomodo ordinata sunt duo ad primi corporis positionem. Dico autem aeremqꝫ ⁊ ignem: ⁊ propter quã causam caliditas a superioribus astris sit his que circa terram locis. De aere igitur dicentes primo sicut suppositum dicamus sic: ⁊ de his iterum. Si itaqꝫ fit aqua ex aere ⁊ aer ex aqua: propter quã quidem causam non constant nubes ſm superiorem locum: conueniebat enim magis quanto remotior a terra locus ⁊ frigidior: quia neqꝫ sic prope astra calida existentia est: neqꝫ prope radios a terra refractos: qui prohibent prope terram constare disgregantes caliditate consistentias. Fiunt enim nubium congregationes vbi desinunt iaꝫ radij propter spargi in imensum. Aut igitur non ex omni aere nata ẽ aqua fieri: aut si similiter ex omni qui circa terram nõ solum aer est sed velut vapor propter quod iteruꝫ cõstat in aquam. At vo si tantus existens aer omnis vapor est videbitur vtiqꝫ multum excedere que aeris natura et que aque: siquidem superiores distantie plene sunt corpore aliquo: et igne quidem impossibile quia exiccarentur alia vtiqꝫ omnia reliquitur autem aere: ⁊ quod circa terram totaꝫ aqua: vapor enim aque disgregatio est. De his quidẽ igitur dubitatum sit hoc modo.

Nos autem dicamus simul et ad dicenda determinantes ⁊ ad nũc dicta: quod quidem enim sursum ⁊ vsqꝫ ad lunam dicimus esse corpus alterum ab igne ⁊ aere: quoniam imo ⁊ in ipso hoc quidem purius esse: hoc autem minus sinceruꝫ ⁊ differentias habere: ⁊ maxime qua definit ad aerem ⁊ ad eum qui circa terram mundum. Lato autem primo elemento circulariter ⁊ corporibus que in ipso quod propinquum semper inferioris mundi ⁊ corporis motu disgregatum accenditur ⁊ facit caliditatem. Oportet autem intelligere sic et hinc incipientes: quod enim sub ea que sursum circulatione corpus velut materie quedam existens ⁊ potentia calida ⁊ frigida ⁊ sicica ⁊ humida: ⁊ quecũqꝫ alie his assequuntur passiones fit talis ⁊ est a motu ⁊ immobilitate cuius causam ⁊ principiuꝫ dixim⁹. In medio quidem igitur ⁊ circa medium est quod grauissimum ⁊ frigidissimum est segregatum a terra ⁊ aqua. Circa hoc autem et habita his aerqꝫ: et quod propter consuetudinem vocamus ignẽꝫ. Nõ est enim ignis: excessus enim calidi ⁊ velut seruor ẽ quod ignis: sed oportet intelligere dicti a nobis aeris q̃ quidem circa terram velut humidum ⁊ calidum esse propter vaporem ⁊ exhalationem habere terram terre. Quod autem super hoc calidum iam ⁊ siccum est: vaporis enim natura humidum ⁊ calidum: exhalationis autem calidum ⁊ siccum: ⁊ est vapor quod potentia vt aqua: exhalatio autem potentia vt ignis. Eius quidem igitur q̃ in eo qui sursum loco non constare nubes hanc existimandam causam esse: quia non inest aer solum sed magis velut ignis. Nihil enim prohibet ⁊ propter eam que in circuitum lationem prohiberi constare nubes in superiori loco: loco enim necessarium omnem qui in circuitu aerem quicũqꝫ intra peripheriam capitur definitam vt ⁊ terra sperica sit tota: videtur enim ⁊ nunc ventorum generatio in stagnantibus locis terre ⁊ non excederet ventos altos montes. Fluit autem aer in circuitu qui simul trahitur cum totus circulatione: ignis quidem est cum eo quod sursum elemẽto: cum igne autem aer continuus est quare ⁊ propter motum prohibetur congregari in aquam: sed semper quecunqꝫ pars ipsius grauctur extruso calido in superiorem locum deorsum fertur exhalato igne: ⁊ sic continue hoc quidem perseuerat aere plenum: existens hoc autem igne: ⁊ semper aliud ⁊ aliud fit vnumquodqꝫ ipsorum. De eo quidem igitur quod est non fieri nubes neqꝫ in aqua cõgregationem ⁊ quomodo oportet accipere de loco intermedio astrorum ⁊ terre ⁊ quo est corpore plenus tanta dicta sunt. De facta autẽꝫ caliditate quã exhibet sol magis quidem ſm seipsum ⁊ diligenter in his que de sensu conuenit dicere. Calidum enim quedam passio sensus est. Propter quã autẽꝫ causam fit non talibus existentibus illis ſm naturaꝫ dicendum ⁊ nunc. Videmus itaqꝫ motum q̃ potest disgregare aerem ⁊ ignire ⁊ vt lata liquefacta videantur

antur sepe. Eius igitur quod est fieri estum ⁊ calorem sufficiens est efficere ⁊ solis latio tm̃. Velocem enim oportet ⁊ non longe esse: que quidem igitur astrorum velox quidem: longe autem: que autem lune deorsum quidem: tarda autem: que autem solis ambo hic habet sufficienter. Fieri autem magis simul cum sole ipso caliditatem rationabile sumentes simile ex his que apud nos fiunt: ⁊ enim hic violentia latis vicinus aer maxime fit calidus: ⁊ hoc rõnabiliter accidit: maxime enim motus solidi disgregat ipsum propter hanc igitur causam pertingit ad hunc locum caliditas: ⁊ quia ambiens ignis per aerẽ spargitur frequenter motu ⁊ fertur violentia deorsum. Signum autem sufficiens q̃ qui sursum locus non sit calidus neq; ignitus est discursus astrorum ibi quidem enim non fiunt: deorsum autem q̃uis que magis moueantur ⁊ citius: ignitantur citius. Adhuc autem sol qui maxime esse videtur calidus: videtur albus: sed non igneus existens. His autem determinatis dicamus propter quã causam flamme accense apparent circa celum ⁊ discurrẽtia sydera ⁊ vocati a quibusdam dali ⁊ eges: hec enim omnia sunt idem ⁊ propter eandem causam: differunt autem per magis ⁊ minus. Principium autem horum et aliorum multorum aliorum hoc est calefacta enim terra a sole exhalationem necessarium fieri non simplicem vt quidam putant: sed duplicẽ: hãc quidẽ magis vaporosam: hanc autem magis spumosam: hanc quidem eius quod est in terra ⁊ super terram humidi vaporem: hanc autem ipsius terre existentis sicce fumosam: ⁊ harum spumosam quidem supereminere propter calidum humidiorem autem subesse propter pondus ⁊ propterea hoc modo ordinatum est quod in circuitu. Primo quidem enim sub circulari latione ẽ, quod caliduz ⁊ sicum quod dicimus ignem: innominatuz enim quod cõmune in omni fumosa disgregatione: attamẽ qua maxime natum est q̃ tale exuri corporum: si necessarium vti nominibus: sub hac autem natura aer.

Oportet autem intelligere velut hypercauma hoc quod nunc diximus ignem ordinatum circa vltimum spere que circa terram vt modico motu fortiens exuratur sepe sicut fumus est enim flamma spiritus sicci ardor. Quacunq; igitur maxime optume se habet talis consistentia: quando a circulatiõe mota fuerit aliqualiter exuritur. Differt autem sm hypercauma tis positionem aut multitudinem: siquidem enim latitudinem habeat ⁊ longitudinem hypercauma multoties videtur accensa flamma velut in area ardentis stipule. Si autem longitudinẽ solum vocati dali ⁊ eges ⁊ sydera: siquidem plus hypercauma fuerit sm longitudinem ⁊ latitudinem quando quidem quasi sintillat simul combustum: hoc autem propter igniri sm modica quidem ad principium autem eges vocatur. Quando autem sine hac passione dalus: quando vo longitudines exhalationis per modica ⁊ multipliciter dispersẽ sũt ⁊ similiter sm latitudinem: ⁊ profunditatem sydera putata volare fiunt. Aliquando quidem igitur motu exhalatio exusta generat ipsa: aliquando autẽ sub frigore consistente acre extruditur ⁊ segregatur calidum propter quod et latio ipsorum assimilatur magis proiectioni sed non exustioni. Dubitabit vtiq; quis vtrum velut que sub lucerna posita exhalatio a superiori flamma accendat inferiorem lucernam. Mirabilis enim ⁊ huiusmodi velocitas est: et similis proiectioni: sed non in alio et alio facto igne: aut proiectiões alicuius corporis sunt discursus. Videtur autem itaq; propter ambo etenim sicut ⁊ lucerna fit ⁊ quedam propter expelli proiciuntur velut que ex digitis elabentia vt ⁊ in terram ⁊ in mare videantur cadentia: ⁊ nocte et per diem serenitate existente videntur: deorsum autem iaciuntur quia coagulatio ad deorsum inclinat propellens propter quod ⁊ fulmina deorsuz cadunt. Omnium enim horum generatio non exustio sed segregatio ab expulsione est: quoniam sm naturam calidum sursum natum ferri omnino. Quecunq; quidem igitur magis in supremo loco consistunt exusta fiunt exhalationes: quecunq; autem demissius segregata propter concerni ⁊ infrigidari humidiorẽ exhalationem: hec enim congregata ⁊ deorsum tẽdens propellit inspissata ⁊ deorsum facit calidi proiectionem. Propter positionem autem exhalationis qualitercunq; contingat posita latitudine ⁊ profunditate sic fertur aut sursum aut deorsum aut ad latus. plurima autem ad latus: propter duabus ferri lationibus violentia quidem deorsum: natura autem sursum: omnia enim sm diametrum feruntur talia propter quod ⁊ discurrentiuz syderum plurima obliqua fit latio omnium itaq; horum causa quidem vt materia exhalatio: vt autem mouẽs aliquãdo quidem que sursum latio: aliquando autem aer̃ concreti coagulatio. Omnia enim hec sub luna fiunt. Signuz aut apparens ipsorum velocitas silis existens his q̃ a nobis proiiciũtur: que quia prope nos sunt multũ videntur velocitate pretergredi astraq; ⁊ solem ⁊ lunam. Apparent autem aliquando nocte serenitate existente cõsistentia multa phãtasmata in celo: puta latus ⁊ bothyni ⁊ sanguinei colores. Causa autem ⁊ in his eadem: cum enim manifestus est constans qui sursum aer ⁊ ignitio fiat: et ignitio aliquando quidem talis fit vt flamme videantur ardere: aliquando autem velut dali ferantur ⁊ sydera nullum inconuenies si coloratur idem iste aer constans omnimodis coloribus: per spissius. n. transparens minus lumen ⁊ refractionem suscipiens aer omnimodo colores faciet: maxime autem puniceum aut purpureuz: quia hi maxime ex igneo ⁊ albo apparent permixtis sm superappositiones

velut orientia astra ⁊ occubentia si fuerit cauma: ⁊ per fumum punicea apparent: ⁊ refractione autem facit cum speculum fuerit tale vt non figuraz sed colorem suscipiat. Quare non multo tempore maneant hec consistentia causa velox existens: ita tus autem disruptio lumine ex obscuro ⁊ nigro facit putare habere aliquam profunditatem. Multotiens autem ex talibus ⁊ dali excidunt cum congregantur magis: concretum autem amplius vorago videtur. Omnino autem in nigro album multas facit varietates velut flamma in fumo: de die quidem igitur sol prohibet: nocte autem puniceo excepto: alij propter similem colorationez nō apparent. De discurrentibus quidem igitur astris ⁊ ignitis: adhuc autem ⁊ de alijs talibus phātasmatibus quecunqz festinas faciunt phātasias has existimare oportet causas.

Incepit in hoc libro narrare intentionem cuiuslibet libri ex libris preteritis: ⁊ dicere locum eius ſm ordinem: postea declarabit intentionem huius libri: ⁊ illud qđ remansit sup̄ſipuz: postq̄z locutus erit in hac scientia. Et dicam⁹ q⁹ ipse quia iam locutus fuit de primis principijs cuiuslibet constituti per naturam: ⁊ locutus fuit cum hoc de accidentibus vniuersalibus entibus: sicut tempus ⁊ locus ⁊ reliqua de quibus oportebat loqui circa illa principia. Et hoc totum in libro de phisico auditu. Et conueniēs fuit hoc quod fecit ſ. q⁹ iste liber precedat in doctrina reliquos libros: quia ē vniuersalis vt declaratum est. Et locutus fuit postea etiaz de partibus mundi simplicibus. Et de formis eorum ⁊ de accidentibus cōmunibus eis: ⁊ hoc in libro celi ⁊ mundi. Et conueniens etiam fuit: vt iste liber sequatur in doctrina phisicum auditum: ⁊ precedere reliquos. Ipse enim est liber primus in quo considerat de qualibet re ex rebus sensatis. Et ideo incepit in eo prius de simplicioribus eis et declarauit formas eorum accidentia inuenta in eis.

Et cum complcuit hoc ⁊ fuerunt etiaz hic res communes cuilibet rei de rebus particularibus generabilibus ⁊ corruptibilibus: ⁊ sunt motus generationis ⁊ corruptionis simpliciter rei simplicis ⁊ composite ⁊ motus alterationis ⁊ augmentationis locutus fuit postea etiam de his rebus ⁊ posuit illa per que constituuntur omnes isti motus vniuersaliter: ⁊ hoc in libro de generatione: ⁊ etiam hoc fuit necessarium scilicet vt iste liber sequatur post librum celi ⁊ mundi ⁊ precedat alios. Nam ex quo intentio sua omnino fuit loqui de qualibet ente ex rebus particularibus generabilibus ⁊ corruptibilibus: incepit prius loqui in isto libro de rebus vniuersalibus sicut fecit in physico auditu cum declarauit res communes cuiuslibet rei naturalis: siue fuerit eterna siue corruptibilis siue composita siue simpler. Et postq̄z completa fuit ab eo hec consideratio vult considerare in hoc libro de rebus que inueniuntur in elementis ex accidentibus ⁊ aduenientibus: ⁊ hoc in elementis scilicet aer ⁊ terra de coruscationibus ⁊ de pluuijs et terremotibus ⁊ tonitruis ⁊ fulminibus: ⁊ ideo vocatur liber iste de signis superioribus. Et conueniens etiam fuit prius loqui de istis q̄z de alijs rebus particularibus: qz sunt magis simplices q̄z reliqua composita. Non cnī b̄ inueniuntur a complexione: cuius agens sit decoctio: sed causa in productione eorum est vna ex duabus exhalationibus. ſ. a calida ⁊ sicca fumosa: vel a frigida ⁊ humida: vt declarabitur. Et hoc totum in tribus primis tractatibus hui⁹ libri. in quarto autem libro ipse inuestigat de generatione corporum homogeneorum dat differentias eorum vniuersales. Nam illud quod dixit de intentione generationis compositi in libro de generatiōe non ē sufficiens in hoc. Sed ibidem locutus fuit de hoc in genere vniuersali eius: hic autem complcuit suam intentionem: postea autem ipse considerabit de quolibet genere entiuz particularium generabilium ⁊ corruptibilium: ⁊ incepit loqui de propinquioriby⁹ ex eis ad elemēta ⁊ de magis simplicibus ⁊ sunt mineralia. Et dicit ea per que quodlibet genus eorum completur. Et dat causas accidentium ⁊ aduenientium que inueniuntur in eis. Post hoc autem considerat de vegetabilibus in libro distincto. Cum autem complcuit hoc ibidem processit in consideratione de animalibus simpliciter: ⁊ de omnibus rebus que inueniūtur in eis de anima ⁊ corpore ⁊ de accidentibus. Sed consideratio de membris simplicibus ⁊ compositis eorum ⁊ de causis agentibus eorum ⁊ finalibus. ſ. vtilitatibus est in libro q vocatur de animalibus: ⁊ hoc in decem tractatibus vltimis huius libri. Consideratio autem de anima ⁊ de partibus eius est in libro de anima. Ipse etiam loquitur de sensatis ⁊ sensibus ⁊ differentijs eorum vltimis: ⁊ hoc in libro de sensu ⁊ sensato. Nam illa que declarata sunt de b̄ in libro de anima sunt res vniuersales. Et similiter loquitur de reliquis potentijs particularibus que inueniuntur anime: de somnis ⁊ reminiscentia in tractu separata. Locutus est etiam in tractu separato de motu locali animalis. Et dicit ea quibus iste motus perficitur. Nam iaz declaratum est in libro de anima potentia per quam fit iste motus: ⁊ vniuersaliter iste inuestigat de accidentibus que insunt animali in eo⁹q animal sicut somnus ⁊ vigilia ⁊ iuuentus ⁊ senectus ⁊ ispiratio ⁊ mors ⁊ vita ⁊ sanitas ⁊ egritudo. Ordo autem istorum librorum manifestum est q⁹ debet esse talis. Nam liber in quo loquitur de membris aliarum ⁊ eorum vtilitatibus precedet librum de anima. Naz hec sunt materie anime. Reliqua autem que diximus sunt post librum de anima. Sed iste ordo in consideratione animalis aliquid eius est necessarium: aliquid autem ſm melius. Quidam autem ex ijs libris quos narrauimus inueniuntur ab Aristotele: quidam autem non. Et nos loquimur de quolibet istorum si deus prolongauerit vitam ⁊ dabitur cum hoc nobis otium. Redeamus ergo ad illud in quo fuimus de consideratione huius libri. Aristo. autem incepit hic supponere quedam que iam declarata sunt in preteritis: ⁊ se habent tanq̄z radices posite ⁊ principia illius de quo vult loqui in hoc libro. Dicamus igit̄. Jam declaratum est in libro celi ⁊ mundi q⁹ corpora simplicia sunt quinqz quatuor elemēta ⁊ corpora celestia. Et declaratum est ibidem q⁹ quatuor sunt opposita in grauitate ⁊ leuitate ⁊ caliditate ⁊ humiditate ⁊ frigiditate ⁊ siccitate. Et q⁹ ex eis est aliquod leue simpliciter ⁊ est ignis: ⁊ graue simpliciter ⁊ est terra: ⁊ graue ⁊ leue simul ⁊ sunt aer ⁊ aqua. Et declaratum est ibidem q⁹ terra est in concauitate aque ⁊ aqua in concauitate aeris ⁊ aer in concauitate ignis ⁊ ignis in concauitate celi. Visum etiam est in libro de generatione ⁊ corruptione q⁹ ista inueniuntur quedam in quibusdam ſm mixtionē ⁊ ſm vicinitatem: ⁊ mari ne terra. Nam videtur sensui q⁹ tria elementa sunt in ipsa ſ. ignis ⁊ aqua ⁊ aer: ⁊ hoc per operationem corporum celestium in eis. Ignis autem videtur q⁹ sit in loco eius simplicior omnibus: nam reliqua elementa habent aliquam grauitatem in locis sui sicut declaratum est in libro celi et mundi. Et ideo oportet vt admisceantur quedam cum quibusdam. Sed non est eis leuitas ⁊ difficilis est mixtio eorum in igne: ⁊ declaratum est etiam ibidem q⁹ ipsa generā tur quedam ex quibusdam ſm q⁹ sunt contraria: ⁊ q⁹ hoc

inuenitur

inuenitur in eis ꝓpter quattuoꝛ qualitates :que sunt caliditas ⁊ frigiditas: ⁊ humiditas ⁊ siccitas. Declaratum est ēt ibidem ſm quot modis inuenīt in eis generatio. Dictū est etiam ibidem q̄ causa efficiens generationis ⁊ coꝛruptiōis eoꝛum ſm perpetuitatem equalem ⁊ circulationem est motus coꝛpoꝛum celestium: ⁊ maxime motus solis in suo circulo obliquo. Videtur enim q̄ sol cum venit ad meridiem minuitur caliditas eius in septentrione ⁊ fortificatur: nam elementi aque ꝓpter intensionem frigiditatis ⁊ transmutatur aer in aquā ⁊ fiunt pluuie. Cum autem ascendit a meridie intenditur caliditas eius in septentrione: ⁊ augmentatur natura ignis ⁊ aeris. Et hec actio eius est ſm circulum .i. q̄ cum fuerit frigiditas in parte septentrionali est caliditas in parte meridionali ⁊ econuerso: ⁊ ideo hyems nostra est estas in parte meridionali. i. in climatibus quoꝛum distantia a sole in illa parte est distantia climatū nostroꝛum: ⁊ estas econtrario huius hic: ⁊ ex ipso per hos duos motꝰ fiunt duo genera exhalationū: vnū eoꝛum fumosum : ⁊ est calidum ⁊ siccum. Reliquum autem calidum ⁊ humidum vel frigidum ⁊ humidum. Declaratum est etiam in libꝛo celi ⁊ mundi causa in hoc q̄ sol calefacit ⁊ reliqne stelle: ⁊ q̄ hoc fit duobus modis vnus eoꝛ est motus: alius reflexio luminis. Sed videtur q̄ causa in calefactione solis cuꝰ fuerit ascendens in circulo suo obliquo directe versus capita nostra non est nisi per reflexionem trī ꝓpterea quia linee radiales sunt ꝓpinq̄ vt causent angulos rectos aut causent eos in terris in quibus sol aspicit e directo capita hominum. Sed calefactio que fit ꝓpter motum non videt de ea in ascensione ⁊ descensione mutatio sensibilis. Nam res in hoc non potest esse quin vno duoꝛum modoꝛum aut q̄ sit centrum celi solis centrum zodiaci: ⁊ q̄ sit distātia eiꝰ a directo capitis in septentrione ⁊ meridie distantia vna: ꝟ cum non curabimus de mensura terre respectu celi solis. sicut ponunt mathematici. Et non erit mutatio addita apud ascensionem. Nam non est ibidem ꝓpinquitas addita ſm mensuram. Aut q̄ sit sol i celo ecentrico aut epyciclo: ꝟz q̄ sequitur de necessitate ex velocitate motus eius ⁊ tarditate respectu zodiaci: ⁊ quomodocunq̄z sit dispositio i hoc erit opposita. Nam ipse in tempoꝛe ascensionis versus directū capitum nostroꝛum est magis distās : ⁊ in tempoꝛe descensionis magis ꝓpinqua. Nam aut seu altitudo inuenitur i medietate septentrionali zodiaci: ⁊ cum hoc sit ita oportet q̄ mutatio sequatur reflexionem trī: si non ponatur huic distantie mutatio sensibilis: vel q̄ sit dominans mutatio reflexionis: hoc si posuerimus huic distantie signum sensibile. ⁊ hoc non est remotum. Nam ſm hoc habebit ecentri cum mutationem in generatione. ⁊ videtur q̄ natura eā̄lizauit in hoc: ⁊ cum remittitur calor qui est per reflexionem fuit propinquitas vt accidat equalitas in calefactione: que est ꝓpter motum. ⁊ cum inuenitur caliditas que est per reflexionem est distantia vt remittatur calor qui est per motū ⁊ hoc sufficit vt ecentricum non sit frustra. ⁊ cum posite sūt he res sicut declaratum fuit ⁊ est quod sequitur ex isto motu plus generatio harum duarum exhalationum in terra idest caliditi ⁊ ficci: fumosi ⁊ calidi ⁊ humidi: aut frigidi ⁊ humidi. Hec igitur sunt supponenda tanq̄z fundamenta de eis de quibus hic volumus loqui: ⁊ precedentes ſm viam eius de qualibet re de qua dicemus in hoc libꝛo. Et dicamus q̄ res que hic queruntur: sunt cognitio causaꝝ ⁊ ꝓncipioꝛum propinquoꝛumz istoꝛum: sed enumeratio spērū eoꝝ apparet p̄ sensum. ⁊ illa q̄sita sunt per testimonium i loco superiori aeris ex his signis de quibus prius nos incepimus inuestigare de eis sunt quinq̄z species trī: discurrentia sydera ⁊ dali ⁊ eges ⁊ flāme accense ⁊ comete: aliter stelle saltantes ⁊ flamma ⁊ luminaria ⁊ eges seu caput ⁊ coma ta: ⁊ hec omnia communicant in materia ⁊ in causa efficiēte. Sed diuersificantur per diuersificationem figurarū eoꝝ que est ꝓpter diuersitatem figure seu apparentie materie ex ꝟ autem videtur peruenire ad causas haꝝ rerum naz he res quia impossibile est esse de substantia etheris. nam ipa sunt generabilia ⁊ coꝛruptibilia neqz possumus dicere q̄ sunt aliquod ex stellis fixis aut erraticis. Nam stelle quevi se sunt in preterito in antiquo tempoꝛe: sunt ille stelle q̄ apparent nunc ⁊ nulla earum deficit: ⁊ etiaz stelle erratice sūt determinati numeri. ⁊ iam declaratum est q̄ sol cum cale facit terram ascendunt ex ipsa duo genera exhalationum. vnum eoꝛum est exhalatio calida ⁊ sicca fumosa aliud autem vapoꝛ frigidus ⁊ humidꝰ: aut calidus ⁊ humidꝰ. exhalatio autem fumosa ascendit superius ꝓpter ꝓpinquitatem nature eius ad naturam ignis. Calidus autem ⁊ humidus in loco inferiori ipso: frigidus autem ⁊ humidus inferius calido ⁊ humido. exhalatio autem fumosa est magis disposita qualibet re inflāmabilis a paruo motoꝛe adueniente ei. Conueniens ergo est vt ista signa precedentia sint ex ista exhalatione cum inflāmantur seu accendūtur ex motu coꝛpoꝛis celestis: Signum autem huiꝰ est q̄ ꝟ multiplicanē in tempoꝛe multiplicationis huius vaporis fumosi: ⁊ hoc in tempoꝛe veris. ⁊ cum multiplicantur in hyeme significant ver. ⁊ vniuersaliter cum multiplicantur significant dominiuz huius exhalatiōis fumose. sicut dicit Aris. q̄ ascendit in terra romanoꝛum stella magna de stellis habentibus caudam in tempoꝛe hyemis : ⁊ fuit terremotus magnꝰ ⁊ tēpestas maris ꝓp fortitudinē vēti ita q̄ destruxit multas prouincias vel ciuitates: ⁊ cum hoc sit ita: ⁊ declaratū ē q̄ pria mā istoꝛ signoꝛ ē ipsa substantia fumosa ergo diuersificantur ꝓpter quantitatem huiꝰ exhalatiōis Sed stelle discurrentes fiunt duobus modis: vnus eoꝛum est cum fuerit exhalatio que accenditur extensa inequalium partium: ⁊ mouetur accensio ex vna parte ipsius ad aliam: ⁊ apparet videnti q̄ stella saltat ſm suam substantiam : ⁊ iste partes aliquando est accensio earum per motum ignis a quibusdam ad quasdam: ⁊ aliquando est hoc a motu celi. Cum accidit vt non sit accensio earum omnium simul. ⁊ ꝓpter hanc causam apparent in quibusdam eoꝛum cum saltant come seu caude: sed motus huius flamme seu accensionis cum fuerit ꝓpter motum aduentus ignis ad illas partes attractas: ⁊ fuerit attractio earū superius mānifestū est q̄ hoc est ignis de cuius natura est moueri sursum . Sz si sunt ille partes attracte inferius aut accense ad dextrum vel sinistrum causa in motu ignis ſm talem motum in his partibus. si posuerimus in eis ignem moueri per se seu ſm suam substantiam non est nisi quia querit materiam conuenientem. Naz non est in natura eius moueri inferius neqz ad dextrum vel sinistrum. Sed si posuerimus hanc generationem continuam non erit hic motus vere vnius mobilis ⁊ hoc videtur magis. Quod autem talis dispositio videtur de igne manifestum est visui de lycinio extincto . Nam cuz positum est lycinium ⁊ ponit: fumus ascendens ab ipso flāma lycinij accensi mouetur flamma super illum fumum ita q̄ accenditur lycinium inferius. Modus autem secundus de generatione istarum stellarum est cum fuerit illa pars fumosa inflāmabilis retēta seu clausa in aere frigido ⁊ humido: ⁊ hoc accidit ei cum fuerit extra suum locum. Cum ergo accenditur ille fumus ⁊ fit ignis expellitur ille ignis fortiter ⁊ velociter sicut sagitta proiecta: ⁊ hoc ꝓpter contrarietatem que est inter ipsā ⁊ aerē frigidū i quo fuit clausa: sicut tu vides res calidas fugere a rebꝰ frigidis: ⁊ egredit ille ignis p ptē subtiliorē illiꝰ aeris ⁊ miozis frigiditatis ⁊ aliqñ ꝟ est inferius ⁊ aliquādo hoc ē superiꝰ : ⁊ aliqñ dextrū ⁊ aliquando ad sinistrū. Sed qñ fit inferius est oīno necessarius seu coactus. Qui autem fit superius conjungunt

ei due res fugere a contrario: ⁊ ascendere superius. Sed cū sit ꝑm dextrum ⁊ sinistrum est compositus ex duobus motibus scilicet ex necessario ⁊ naturali cum fuerint eq̄liter ⁊ expellitur ad partem communem eius: ⁊ signum super hanc speciem motus est q̄ accidit aliquando ex fortitudie impulsus cadere super terram aut i marc: ⁊ iō videt iste stelle turbide ⁊ quasi igrossate a frigiditate que fecit eas cadere. Sz signū notū de flāma fit cū illa exhalatio fumosa congregata hz lōgitudinem ⁊ latitudinē ⁊ accēdit iflāmata ꝑm se totā sicut canna ⁊ restis longa cum accenditur. Sed vali seu luminaria fiunt cum illa exhalatio inflammata fit habens lōgitudinem magis q̄z latitudinem. Eges autem fiunt cū fuerit illa exhalatio inflammata habens linguas igneas: ⁊ iō assimilantur lane caprarum. Comete autem fiunt cum illa exhalatio attracta habet frigiditatē ꝑz vnā dispositionem cū inflāmat vel ꝓpter grossitiem ⁊ duritiē eius vel ꝓpter ea quia ibidem est materia ascendens ad ipsum ⁊ attrahit ipsam materiā ꝑm mensurā seu quātitatez illius qō resolutur ex ipsa vel ex ambab⁹ simul ⁊ maxime illi qui durant ꝑ aliquos dies. Et iō dī de cometis q̄ sūt flāme ꝑmanētes seu durātes. Nā non est differentia inter ista nisi hec dispositio. Comete etiam diuersificantur ꝑm diuersitatem figure eorū ⁊ hoc ex parte materie: ex eis enim est cuius coma seu cauda est rotunda seu circularis ⁊ hoc accidit aliquando vt appareat circulatio circundans aliquam stellā erraticam ⁊ accidit ei moueri per motū stelle ⁊ aliquādo est etiā hoc in eis in qbus nō est sup eos stella ⁊ tūc mouent̄ per motū totius: ⁊ hoc significat q̄ nō est aliqua apparētia accidens ex lumine stelle circūdans ipsam sicut in luna: ⁊ aliquādo extensio ei⁹ est recta ⁊ aliquādo longitudo ⁊ latitudo eius sūt equales sicut narrauerunt: ⁊ aliquando longitudo eius est maior latitudine eius ⁊ aliquando habēt qnqz latera: ⁊ vniuersaliter exhalatio ex qua fit sicut dicit Aris. nō est determinata sed diuersa ⁊ multū variabilis: ⁊ ꝑz extrema varia: Item accidit ei cauda: sed sunt iste stelle mote per motum celi: quia sunt ei ꝓpinque: ⁊ multotiens resoluuntur iste stelle ad stellas cadentes cum occurreret stelle cadens materie cōuenienti ei. Et hoc significat q̄ non sunt partes stelle neqz aliquid qō accidit ex societate earum: sicut videbatur multis antiquis. Ex istis autem signis que accidunt in aere sūt apparentie tm̄ sicut colores similes sanguini qui videntur in aere nocti: ⁊ turbidi q̄ videntur in ipso: ⁊ fosse ⁊ circulus siue rotunditas ⁊ iris habens vias ⁊ circulus latens siue rotunditas que vocatur in arabico almagara: ⁊ cā cōmunis omnibus istis signis est q̄ omnibus coloribus accidit cum diuersificatur medium in quo videtur diuersitas apparentie in ꝓpinquitate ⁊ remotione magnitudine ⁊ paruitate in colore siue tinctura in occultatione ⁊ apparentia: ⁊ hoc cognoscitur per visum. Nam res que videntur mediante aqua vidēt seu apparēt diuerse eis q̄ videtur mediā te aere: ⁊ etiam diuersificantur res que videntur seu apparent in aere ꝓpter diuersitatem partium eius. Causa autem huius diuersitatis pertinet ad perspectiuam. Illa autē de quibus loquitur Aristo. in hoc sermone circa hec signa sunt apparētie rubee: sicut sanguis: ⁊ turbide ⁊ rotunditas seu circulus lacteus ⁊ vniuersaliter omnia signa que apparent in nocte: ⁊ nos procedemus in hoc ꝑm ordinem eius. Et dicam⁹ q̄ apparentie seu colores rubei qui videntur in nocte causa in apparentia eorum est illuminatio luminis i nube grossa nigra. Nam de consuetudine luminis est cum occurrit corpori dyaphano grosso causare tincturam seu colorem ⁊ illustrare ⁊ facere ex hoc aspectu colorem mediuz inter albedinem ⁊ nigredinem, i. albedinem luminis ⁊ nigredinem nubis Et est rubeus ⁊ pauonacius. Nam visus non ꝑ potest distinguere eos ⁊ apparet hec tinctura quando temperamus seu intemperato. ⁊ signum huius est q̄ sol ⁊ reliq̄ stelle cum ascendunt in aere grosso sunt rubee: ⁊ similiter apparet ignis rubeus mediante fumo: ⁊ videtur q̄ causa i tinctura eius est illud quod admiscetur ei ex materia turbida: ⁊ ideo ipse in loco ꝓprio non habet tincturā, ⁊ ex isto genē est rubedo que apparet in occasu solis. Sed cause in diuersitate harum tincturarum in fortitudine rubedinis ⁊ debilitate eius est ꝓpter nubis in paucitate nigredinis eius ⁊ multitudine ⁊ ingrossitudine eius ⁊ subtilitate. ⁊ ex parte etiam multitudinis luminis ⁊ paucitatis eius ⁊ ex ꝓpiquitate ⁊ distantia: ⁊ ex debilitate visus ⁊ fortitudine eius. ⁊ ideo accidit in his apparentijs q̄ quedam harum tincturarum sunt valde rubee: ⁊ quedam subrubee: ⁊ quedā pauonacee: ⁊ vniuersaliter hec apparentia est ꝑm habitudinem agentis ⁊ recipientis se turbitudines que apparent i nocte ⁊ fouee: causa huius apparentis etiaz est cum fuerint sub lumie nubes intense grossitudinis ⁊ nigredinis ita vt non possit lumen ꝑ transire in omnes partes illius nobis apparent partes nigre nubis magis remote: ⁊ partes illuminate magis, ꝓpiq̄ ⁊ ipse sunt in vna superficie: ⁊ apparet vidēti q̄ illa loca nigra sunt fouee: ⁊ simile huic apparentie accidit colori albo cum nigro cum fuerit in vna superficie. Et hoc videtur ex illo quod faciunt pinctores. Ipsi enim quando pingere intendunt membra quasi extantia sicut manus pingunt ea cū tinctura alba: ⁊ membra profunda seu non exeuntia pingūt cum tinctura nigra. Hec autem apparentia in magnitudine ⁊ paruitate seu in intensione ⁊ remissione est ꝑm diuersitatem agentis ⁊ recipientis: sed ista signa non apparent in die ꝓpter intensionem luminis solis sed lumen agens ea est illud qō non est intensum sicut lumina de quibus dictū est vt luminaria ⁊ reliqua genera. Cause autez que de hijs se habent sicut differentie sunt dicte in pspectiua. Nā declaratum est ibidem q̄ cause harum apparentiarum est reflexio radij vel fractio eius.

De cometis Cap. ij.

DE cometis autez ⁊ vocato lacte dicamus dubitantes ad dicta ab alijs primo Anaxagoras quidem igitur ⁊ democritus aiūt esse cometas sympha sim errantium stellarum cuz ꝓpter ꝓpe venire putentur tangere inuicem. Italicorum aut: m quidam vocatorum pythagoricorum vnum dicunt ipsum esse errantium syderum sz p⁹ multum tempus phantasiam ipsius esse ⁊ excessuz ad modicum quod quidem accidit ⁊ circa Mercurij stellam quia enim modicuz disgreditur sepe non apparet: ita vt post multum temp⁹ appareat. Similiter autem his ⁊ qui circa hipocratem chiū ⁊ discipulum ipsius Eschilum enunciauerunt sed comam non ex ipso aiunt habere sed errantez ꝓpter locum aliquando accipere refracto nostro visu ab attracto humore ab ipso ad solem: quia autē descendunt tardissimo tempore apparet post tempus plurimum aliorum astrorum. Unde cuz ex eodem apparet subdeficiens per totum suum circulum: cedere autem ipsum ad arctum ⁊ ad austrum in intermedio igitur quidem tropicorum ꝓpter non attrahere aquam ad ipsuz quia ꝺsumpta est a solis latione. Ad austrum autem cum feratur: copiam quidem habere talis humiditatis: sed quia parua ē decisio circuli que sūper terram: que autez deorsum multiplex non potest visus hominum fractus ferri ad solem: neqz a propinquitate tropico loco neqz in estiuis versionibus existente sole:

ꝓpter

propter qđ in his quidem locis non ferri cometam ipsũ: quando vo ad boream relict⁹ extiterit accipe comã: quia magna est peripheria que desup orizõtis: que autem subtus pars circuli: parua facile enim visui hominum pertingere tunc ad solem. Omnibus autem his hoc quidem communiter accidit dicere impossibilia hic autem separatim. Primo quidem igitur dicentibus ꝙ errantium est vna stellarum cometa: errantes enim omnes in circulo animaliũ sub deficiunt. comete autem multi visi sunt extra circulum. Deinde ꝛ plures vno simul facti sunt sepe. Adhuc si propter refractionem comã habent: sicut uit Hipocrates ꝛ Eschilus: oportebat aliqñ appere ꝛ si comã stellã hãc: qñ qdẽ subdeficit ♑ ꝛ ad alia loca: comam autem non vbiqz habet: nũc autem nulla visa est preter quinqz stellas: iste autez sepe simul oẽs eleuate apparent super orizontem. Et manifestis ãt existentib⁹ ipsis oib⁹ ꝛ nõ apparentibus: ſz qbusdã existentibus apud solem nihil minus comete apparent facti sepe. At vo neqz hoc verum quod in hoc loco ad arctum sit cometes solum simul ꝛ sole existẽte circa tropicos estiuales. Magnus enim cometes factus circa eum qui in achaia terremotum ꝛ circa fluctus ascensum ab occasionibus equinoctialibus ortus fuit ꝛ ad austrum iam multi facti sunt. Sub principe autem Athenienſium eucleo molonis factus fuit cometa stella mense gamelione. i. octobre sole existente circa tropicos hyemales: ꝛ quid tantaz refractionem factam esse ꝛ ipsi impossibiliũ esse aiũt Communem autem ꝛ his ꝛ contactum dicentibus primo quidem quia ꝛ non errantium accipiunt comam quidam: ꝛ hoc non solum egyptijs credere oz equidem ꝛ illi aiunt: sed ꝛ nos vidimus. Earum. n. que in femore canis stella quedam habuit comam debilem tamen. Intendentibus quidem enim in ipsam debile factum est lumen: adiacentibus autem visum remisse plus. Adhuc autez omnes qui apud nos visi sunt sine occasu disparuerunt in loco super orizontem consumpti paulatim ita vt neqz vnius stelle derelinqueretur corpus neqz plurium: quoniam ꝛ magna stella de qua prius meminimus apparuit q dem in hyeme in gelu ꝛ serenitate a vespa sub actio principe: ꝛ prima quidem die nõ apparuit tanꝙ pre occumbẽs ante solem: sequenti autem apparuit quãtum contingit: minimum enim relictum fuit ꝛ mox occubuit: lumen autem extendit vsqz ad tertiaz partem celi: velut saltus propter quod ꝛ vocata fuit via: ascendit autem vsqz ad zonam orionis ꝛ ibi dissoluta fuit. Et quidaz Democritus obtinere voluit pro opinione sua. Ait enim apparuisse: dissolutis cometis stellas quasdam: hoc autem non aliquando oportebat fieri: aliquando autẽ non: sed semper. Adhuc autem ꝛ egyptij aiunt errantium ꝛ ad seipsas ꝛ ad alias fieri conuentus: ꝛ nosipsi vidimus stellam Jouis ꝛ in Geminis subeuntem cuidam his iã disparere facientem: sed non cometem factum. Adhuc autem ꝛ ex ratione manifestum. Stelle enim ꝛ simaiores ꝛ minores appareant: sed tamen indiuisibiles per se esse videntur: quemadmodum ꝛ si esset indiuisibiles tangentes nullam vtiqz faceret magnitudinem maiorem sic ꝛ quoniam non sunt quidem: videntur autẽ indiuisibiles ꝛ conuenientes nihil videbuntur maiores ſm magnitudines ex. flentes. qđ quidem igitur dicte de ipsis cause false existunt entes: si non per plura. Sed tamen per hec sufficiẽter palam est. Quoniam autem de immanifestis sensui putamus sufficienter demonstrasse ſm rationem si ad possibile reduximus ex his que nunc apparẽt existimabit vtiqz aliquis sic de his maxime accidere. Supponitur enim nobis mundi eius qui circa terram quantum sub circulari est latione esse primam partem exhalationem calidam ꝛ siccam: ipsam autẽ ꝛ continui sub ipsa aeris ad multũ simul circumducitur circa terram sub spera ꝛ motu circulari: lata autem ꝛ mota hoc modo quacunqz contingit bene dominabilis existens: sepe igitur propter quod dicimus fieri ꝛ dispersorum syderum discursus. Cum igitur in talem condensationem inciderit ꝓpter superiorẽ motũ principiũ igneum: neqz sit multũ valde vt cito ꝛ ad multum exuratur: neqz sit debile vt extinguatur cito. Sed plus ꝛ ad multum: simul autem desubtus accidat ascendere bene dispositaz exhalationem hic fit stella cometa. Qualitercunqz exhalatum extiterit figuratum: siquidem enim omniquaqz similiter cometes. si autem ad longitudinem vacatur progonias. Sicut autem talis latio stelle latio videtur esse: sic ꝛ mansio quasi similiter stelle mãsio videtur esse. Simile enim quod fit: velut siquis i palearum tumulum ꝛ multitudinem ũmiserit titionem. Aut ignis injiciat principium modicum. Videtur enim similis ꝛ syderum discursus huic: cito enim propter aptam dispositionem hypercaumatis succedit in longitudinez. Si itaqz hoc maneat ꝛ nõ consumaꝛ: pertransiens ãt maxime densatuz est hypercauma: fiet vtiqz principium lationis consumatio discursionis tale cometa est stella velut discursus syderis habens in ipso terminum ꝛ principiũ. quando igitur quidem in ipso inferiori loco principium consistentie fuerit per se apparet cometes. quando autem sub astrorum aliquo errantium: aut non errãtium a motu consistit exhalatio. tunc cometes fit horum aliquid: non enim apud ipsa astra coma fit. sed quemadmodum halo circa solem apparet ꝛ lunam assequentes ꝛ quidem transiatis: cum sic fuerit condensatus aer vt passio hec fiat sub solis itinere. Sic ꝛ coma astris velut halo est. Attamen halo quidem fit propter refractionẽ talis coloꝛe. Ibi autẽ in ipsis exhalationibus colo⁹ apparens est. quandoquidem igitur ſm stellam fit talis concretio eandem necesse manifestare lationem ꝛ motum cometam qua quidẽ fertur stella. Cum autem constiterit per se tũc sub tardantes videntur: talis enim latio mundi qui ci

ca terram hoc enim maxime insinuat non esse refractionem quandam cometam vt halo in hyper caumate puro ad ipsam stellam factaz ⁊ non vt dicunt qui circa Hypocratem ad solem: quia ⁊ per se fit cometa sepe ⁊ frequentius q̄ circa aliquas determinatarum stellarum. De halo quidem igitur causam posterius dicemus. De eo autem quod ē esse igneam consistentiam ipsorum: argumentum oportet putare q̄ significant facti plures spiritus ⁊ siccitates. Halam enim q̄ fiunt propter multam esse talem segregationem: quare siccioꝛem necessarium esse aerem: ⁊ disgregari ⁊ dissolui euaporans humidum a multitudine calide exhalatiōis: vt nō consistat facile in aquam. Manifestius autem dicemus ⁊ de hac passione quando ⁊ de spiritib⁹ dicendi fuerit tempus: quandoquidem igitur crebri ⁊ multi apparent sicut dicimus sicci ⁊ spumosi fiūt anni notabiliter: quando autem rariores ⁊ tenuiores magnitudine similiter quidem non fit: tale. At tamen vt frequenter fit quidem excessus spiritus: aut ꝑm tempus: aut ꝑm magnitudinem: quoniam ⁊ quando i egis fluuijs cecidit lapis ex aere a spiritu elevatus cecidit per diem. Accidit autem ⁊ tūc cometes stella factus a vespere ⁊ circa magnā stellam cometa siccam erat hyems ⁊ boꝛealis ⁊ fluct⁹ propter contrarietatez ventoꝛum factus fuit: i sinu quidem enim boꝛeas obtinuit: extra autem auster flabat magnus. adhuc autem sub principe Nicho maco factus fuit paucis diebus cometes circa egnoctialem circulum non a vespera faciens oꝛtum in eo qui circa cozinthum spiritus euenit. Eius autem quod est non fieri multos sepe cometas ⁊ magis extra tropicos q̄ intra causa solis ⁊ astroꝛum motus non solum segregans calidum. Sed ⁊ disgregans quod consistit: maxime autem causa quia plurimum in lactis congregatur regionem.

Sermo de cometis ex sua media expositione circa primum librum methaurorum.

Capi. ij.

Dicamus q̄ qdam philosophi vt Anaragoras: ⁊ Democritus dixerunt q̄ stella comata est stelle multe aggregate mote non firme ex stellis erraticis: ⁊ apparet sensui propter propinquitatez quarundam earum ad quasdam lumen coniunctuz seu continuum simile caude seu come. alie autem vt quidam de secta pythagoꝛe dixerunt q̄ stella comata est vna de stellis erraticis que aliquando apparet. cuꝰ autem que videtur in ipsa est additamentum paucum seu paruum in ipsa vult dicere q̄ est de suo coꝛpoꝛe sicut additamentum qđ apparet in marte aliquando in hac dispositione quasi cauda ipse enim ascendit ⁊ videtur quasi paruus postea variat̄ situs cū ascenderit ⁊ apparet aliquando ꝑm hanc dispositionē. hypocras autē ⁊ discipuli eius dixerunt q̄ cauda eius non est pars illius: sed accidit ei hoc accidens propter fractionem luminis eius ex humiditate aeris ⁊ accenditur in ipso: ⁊ hec humiditas accidit ei propter attractionem ipsi⁹ a sole ad ipsum inquit: ⁊ de natura huius stelle inter reliq̄s stellas erraticas est morari longo tempoꝛe sub sole: ⁊ ideo non apparet nisi in longo tempoꝛe magis q̄ apparent reliq̄ stelle erratice: dixit: sed apparet ei. Coma quādo apparet in aere ꝑm complementum eius circuitus ⁊ hoc vel in parte septentrionali vel in parte meridionali propter humiditatem que inuenitur magis i his duabus partibus: ꝫ cū fuerit in alia parte celi preter hec loca non apparet in ipso cauda propter humiditatem que est illic neq̄z est illic aliqd qđ sol attrahat ad ipsum: neq̄z id quod attrahit est hoc etiā dixerunt: ⁊ cum fuerit hoc ita in extremitatibus celi in parte meridionali non apparet nobis cauda eius propter declinationem illius a visu nostro: sed cum fuerit in parte septentrionali apparet quomodocunq̄z fuerit propter propinquitatem visus nostri in ista parte. s. propter propinquitatem illius a directo capitis nostri. dixit: ⁊ iste sunt opiniōes antiquoꝝ ex stellis comatis ⁊ sunt tres: ⁊ iam oportet nos prius inuestigare de istis: postea autem dicere id qđ apud nos est de hoc: ⁊ dicamus q̄ impossibile est vt sit stella comata stelle quedam erratice congregate vt dixerūt Democritus ⁊ Anaragoras ⁊ illoꝝ socij vel vt sit vna earum vt dixerunt ⁊ tali neq̄z id qđ dixit ypocras geometra ⁊ discipuli eius. si enim esset congregatio stellaꝝ erraticaꝝ vel vna eaꝝ nō viderentur stelle comete extra zodiacum: nam erratice nō trāseunt in latitudine earum zodiacum nisi parum. Iste autem scilicet comate apparent extra latitudinem. preterea si cauda vt dixit ypocras geometra eēt propter humiditatem aeris: sequereꝰ vt ista stella debet apparere aliquādo non comata sicut accidit lune de halo ⁊ soli de solib⁹ q̄ apparent prope. preterea si cauda accidit propter attractionem ipsius aerem humidam vel propter attractionem solis ipm ad se vel propter ista duo simul: necessarium esset accidere hoc omnibus stellis erraticis ⁊ non accidere vni earuz vt iste putauit. preterea ista stella. s. comata aliquando apparet ⁊ relique stelle quinq̄z ⁊ iam sunt discooperte: hoc autem significat q̄ hec stella non est aggregatum ex istis neq̄z vna earum preterea si stelle comate come earum esset apparentia non aliud: sequeretur vt species ipsarū sint multe. nos autem inuenimus species cometarū q̄nq̄z ita inuenimus hunc sermonem in translatione que peruenit ad nos ⁊ non est manifestus ⁊ debemus considerare de ipso. nam res que sunt per apparentiam seu propter visum iam determinate sunt sicut res naturales nisi vellemus dicere q̄ ipsi nō possunt complere causam propter quā inueniuntur quinq̄z species tm̄ per apparentiam: ⁊ si concesserimus eis q̄ esse earum est propter visionem seu apparentiam difficile ē eis dicere cur non sunt plures. nos autem faciliter possum⁹ dicere causam diuersitatis istarum propter figuram vaporis Inquit ille autem qui dixit q̄ iste non videntur nisi in parte septentrionali falsum est. Jam enim hec stella apparuit in alia parte a parte septentrionali ⁊ apparuit etiam cum sol fuit in ascensione sua estiuali: vult dicere vt puto q̄ si esset causa apparentie propter humiditatem aeris qui vadit in parte septentrionali cum esset sol in sua ascensione estiuali non esset in hac hoza in ista parte vapoꝛ humidus in quo accidit hec refractio. Inquit ⁊ iam vidi ego stellas comatas in parte meridionali i tempoꝛe Regis eucleo Adolonis. ⁊ vidi ipsas in parte septentrionali i ascensione sua hyemali vult dicere: ⁊ sol tunc est remotus ab ipsa ⁊ ipsi putāt q̄ cā qualitatis aeris dispositi ad refractionem sunt due res humiditas aeris ⁊ attractio solis illam humiditatem apud se Cum autem ipsa sit in septentrione ⁊ sol in meridie scilicet i suo solsticio hyemali tunc est remotus ab ipsa. Inquit ⁊ totum hoc est signum q̄ stelle comate non sunt de res quas diximus postq̄z aut erroꝝ boꝝ dictus est: ⁊ stelle comate vniuersaliter non sunt de stellis que sunt ꝓtes coꝛporis quiti: ⁊ q̄ cauda earum non est apparentia seu visio oculi tm̄ propter humiditatem: oportet iam vt sint stelle comate aer supaccēsus scilicet ille stelle ⁊ caude eoꝝ sil' ⁊ hoc cū fuerit b supaccēsio seu iflāmatio q̄ accidit ſ ꝓpiq̄ alicui de stellis erraticis: ⁊ caude sē ꝓpositę seu ꝓstitute ex appētia accidit a

lumine

lumine stellarum in vapore sibi propinquo superaccenso: ⁊ tunc continuatur seu coniungitur lumen huius stelle cū lumine huius vaporis ⁊ apparet longa: ⁊ hec cauda que est fumus accensus non est coniuncta seu continua cum stella: sed apparet continua cum ipsa q̄ lumen stelle continuatur cum lumine illius vaporis ⁊ apparet quasi ip̄m esse totum vnum lumen longum. Inquit ⁊ hoc accidens quod accidit stelle cum vapore ignito superaccenso est simile ei q̄ accidit circa lunam de alo ⁊ circa solem de solibus. Inquit ⁊ ideo apparet illa cauda color seu speculū illuminatum. Vnaz lumen cum expanditur in parte superaccensa retrogradatur seu reddit posterius sicut accidit in lumine illustrante in aq̄ ad parietem ⁊ apparet illuminatus: ⁊ id quod videt ex verbis Aristotelis hic de cometis est q̄ quedam sunt ignis accensus seu vapor accensus: ⁊ ista nō est differentia inter se ⁊ inflammationes seu corruscationes nisi q̄ iste durant propter conuenientiam materiei que illic ascendit ad ascensionem ⁊ multitudinem illius: ⁊ cum dissoluitur illa materia corrumpitur stella comata. Posuit etiam quasdam esse alterius speciei ⁊ sunt illa in quibus apparet cauda continua quibusdam stellis erraticis: ⁊ hec cauda est composita ex apparentia ⁊ ex vapore superaccenso: ⁊ Alexandro apparuit ℏ ⁊ videtur q̄ quelibet stella comata est ignis superaccensus siue cauda illius apparentie coniuncta alicui stelle: siue fuerit extra ipsas. ⁊ dicit q̄ Aristoteles. assimilauit hāc speciem cometarum alloni ⁊ solibus qui apparent ppe stellam ⁊ quia mouentur cum motu stelle: ⁊ non sūt apud ip̄m apparentia neq; in ipsis est aliqua pars ex apparentia: ⁊ videt q̄ magis cōueniens est de eis que apparēt cōiuncte alicui stellarū vt causa illius seu illarum sit cōposita ex apparentia ⁊ vapore superaccenso propter id quod apparet in eis de lumine lustro ⁊ puro vt narrauit Aristoteles: ⁊ q̄ ēt apparent continue seu coniuncte stelle: cognoscere autez veritatem de hoc est per considerationez accidentium earuz. Nam cum genus rei fuerit ignotum non est dubium q̄ nō debemus declarare seu stabilire genus eius ⁊ postea verificabitur affirmatio seu assignatio cause eiusdē: ⁊ p̄m hoc nō erit differentia iter suū sermonē ⁊ causa huius speciei stellarum scilicet quarum cauda est apparentia tm̄ ⁊ inter sermonē ypocratis geometre: nisi q̄ isti dicūt q̄ color seu res ex q̄ apparet hoc est aer humidus ⁊ Aristoteles dicit q̄ est vapor siccus: ⁊ q̄ ipsa est cōposita ex apparentia ⁊ igne. Preterea ipsi etiam ponunt hoc in quibusdam stellis erraticis solum ⁊ Aristo. videt hoc esse possibile ⁊ qualibet stella preterea Aris. posuit visionem seu apparentiam cām particularem scilicet quibuldam: illi autem causam vniuersalem scilicet omnibus: sed p̄m opinionem Alex. nulla est cōuenientia inter dictum istorum ⁊ dictum Aris. Hec sūt verba Cōmentatoris in dicta expositione.

De lactea. Capi. iij.

Qualiter autem ⁊ propter quam causaz fit: ⁊ quidē lac dicamus iā p̄discutientes āt ⁊ de hoc que ab alijs dicta sunt primo vocatorum quidem igitur pythagoricorum quidam aiunt viam esse hāc bi gdē excidentiū cuiusdā astrorum p̄m dictā sub Phetōte lationem. Hi autem solē hoc circulo aliquando delatuz esse aiunt velut igitur exustū esse huuc: locum aut aliquam aliam talem passionem passum esse exhalatione ipsorum. Inconueniens autem non cointelligere q̄ siquidē hec erat causa oportebit: ⁊ zodiacum circulum sic habere ⁊ magis q̄ cum qui lactis. Omnia enim in ipso feruntur errantia ⁊ non sol solum. manifestus autez nobis tot⁹ circulus semper eni ipsius manifestus semicirculus nocte. Sed nihil videtur tale passus nisi quia copulatur pars ipsius ad lactis circulum qui autem circa Anaxa. ⁊ Democritum lumen esse lac aiunt astrorum quorundam: solem enim sub terra latum non respicere quedam astrorum quecunqz quidem igitur aspiciuntur ab ipso horum q dem non apparere lumen: prohiberi enim a solis radijs. Quibuscūqz autem obstruit terra vt non aspiciantur a sole horum proprium lumen aiunt esse lac. Manifestum autem q̄ hoc impossibile: lac quidem enim semper idem ⁊ in eisdem est astris: apparens enim maximus ens circulus a sole autem semper altera que non aspiciuntur: quia non in eodem manet loco. Oportebat igitur translato sole transferri ⁊ lac: nunc autem non apparet hoc factum. Adhuc autem si quemadmoduz ostēditur nunc in his que circa astrologiam theorematibus solis magnitudo maior q̄ que terre: ⁊ distantia multo maior que astrorum ad terram q̄ que solis: sicut que solis ad terram q̄ qūe lune: non itaqz longe alicubi a terra conus qui a sole coniacet radios neqz vtiqz vmbra terre que vocatur nox erit apud astra: sed necesse solem in omnia astra prospicere: ⁊ nulli ipsorum terram obsistere. Amplius autem est tertia quedaz suspitio de ipso: dicunt. n. quidam lac esse refractionem nostri visus ad solez sicut ⁊ stellam cometam. impossibile autem ⁊ hoc: siquidem enim videns quieuerit ⁊ speculum quod videtur omne in eodem signo speculi eandem apparebit vtiqz pars emphaseos. Si autem moueat speculum ⁊ quod videtur in eadem distantia quidē ad videns ⁊ quiescens ad inuicem: aut neqz eq̄ velociter: neqz in eadem quidem distantia impossibile eandem emphasim in eadem esse parte speculi: que autem in lactis circulo lata astra mouentur ⁊ sol ad quem refractio manentibus nobis ⁊ similiē ⁊ equaliter. Ad nos distantia ab ipsis autem non equaliter quandoquidem enim delphis noctibus medijs oritur: aliquando autem viluculo partes autem lactis eedem manent in vnoquoqz: ⁊ quidē non oportebat si erat emphasis. Sed non in eisde esset hec passio locis. adhuc autem nocte in aqua ⁊ talibus speculis lac quidem illucescit aspicientib⁹ visum autem refrangi a sole quomodo possibile.

Quod quidem igitur neqz via planetarum nulli⁹ neqz lumen est neqz respectorum astrorum neqz refractio ex his manifestum: fere autem hec solum sunt que vsqz nunc tradita sunt ab alijs. Nos autē dicamus resumentes principium nobis suppositū Dictum enim est prius q̄ extremuz dicti aeris potentiam habet ignis ⁊ motu disgregato aere segregatur talis consistentia qualem ⁊ cometas stellas eē dicim⁹. Tale itaqz oz itelligere factū qō gdē i illis: cū nō p seipsa fuerit talis segregatio: sz ab ali-

quo astrozum aut sirozum: aut errantium: tunc enī hec videntur comete quia assequuntur ipsarum lationem: quemadmodum soli talis concretio a qua propter refractionem halo apparere dicimus: cū sic fuerit dispositꝰ aer. Quod itaqꝫ ꝑm vnū astrorum accidit hoc oportet accipere factum circa totum celum: ꝛ frigidiozem lationem lactei motionem. Rationabile enim siquidem vnius astri motus ꝛ eum qui omnium facere tale aliquid ꝛ arripere: ꝛ cum his adhuc ꝑm quem locum creberrima ꝛ plurima ꝛ maxima existunt entia astrozū. Quod quidem igitur animalium propter solis lationem ꝛ planetarum dissoluit talem consistentiam. propter quod quidem multi cometarum extra tropicos fiunt. adhuc autem neqꝫ circa solez neqꝫ circa lunam fit coma: citius enī disgregatur q̄ꝑ vt constet talis concretio. Iste autem circulus in quo lac apparet aspicientibus ꝛ maximus est existens ꝛ positus situ sic vt multum tropicos excedat. Adhuc autem locus plenus ē astris lucidis ꝛ fulgidissimis adhuc spozadicis vocatis: hoc autem est ꝛ oculis videre manifestuz vt ꝛ propter hoc continue ꝛ semper hec omnis aggregetur concretio. Signum autem ipsius etenim circuli amplius lūmē est i altero semicirculo habente duplatum. In hoc enim plura ꝛ crebziora sunt astra q̄ꝑ in altero tanq̄ꝑ non propter alteram aliquam causa facta claritate q̄ꝑ propter astrozum lationem. Si enim ꝛ in hoc circulo fit in quo plurima ponuntur astrozum ꝛ ipsius circuli in quo videntur magis spissa esse ꝛ magnitudine ꝛ multitudine astrozum hanc verisimile existimare conuenientissimam esse causam passionis. Consideratur autem ꝛ circulus ꝛ que in ipso astra ex subscriptione: spozadica autem vocata siquidez in speram non erit ordinarie: quia nullam per finē habet vnumquodqꝫ potentiam manifestam: ad celum autez respicientibus est palam. In solido. n. hoc circulozum intermedia plena astris talibꝰ sūt in alijs autem deficiunt manifeste. Quare autem siquidem ꝛ de apparendo cometas acceptamꝰ causam tanq̄ꝑ dictam mediocriter ꝛ de lacte eodē modo existimandum habere. Quod enim ibi circa vnum passio hoc circa circulum quendam accidit fieri eadem. Et est lac vt est dicere velut diffinitū marimi circuli propter segregationem coma: propter quod quemadmodum prius dixim⁹ non multi neqꝫ sepe fiūt comete: q̄ ꝓtinue ē segregata ꝛ segregaꝫ ꝑm vnāquāqꝫ periodū in hunc locū semp talis consistētia. De factis quidē igitur in eo qui circa terram mundo continuo lationibus dictum est: de discursu quidem astrozum ꝛ ignita flamma: adhuc autez de cometis ꝛ vocato lacte fere enim sunt tot passiones apparentes: circa locum hunc.

De via lactea. Et disgressio Auerrois. Cap. iij.

POstq̄ꝫ autem locuti sumus de ℔ debemus nos transferri i circulatione seu via lactea: ꝛ est signū quod videꝫ in celo: sed opz prius loqui de dispositione huius an sit apparentia tm̄ an genus eiꝰ est cometarum. Ex verbis aūt Alexandri videꝫ q̄ genus eius ꝛ genus cometaz est vnum. Ipse enim putauit q̄ circulatio lactea est sub celo. Nam q̄ multi comete causāt̄ sub quibusdam stellis ꝓpter fortitudinem accēsionis stellaz: accēdentium exhalationem fumosam q̄ est sub eis: possibile ē in hac parte celi si sit habēs multas stellas ꝓpinquas magis q̄ꝫ in reliquis vt accidat eis ꝑm totuz tale accidens. ꝛ nos debemus considerare partes syllogismi: ꝛ si acceptum sit in eo aliquid in quo continetur fal sum vel non. ꝛ dicamus q̄ minoꝛ propositio ꝛ est q̄ hec loca celi habent multas stellas ꝓpinquas magis q̄ꝫ relique partes celi debet verificari per sensum: maioꝛ autem propositio que est q̄ stelle in eo q̄ stelle de consuetudine natura earum est accendere illud q̄ est sub eis ex exhalatione fumosa ꝛ attrahere ℔ ad ipsas. ꝛ cum fuerīt stelle plures vel maiozes est operatio eaz maioꝛ: est vera per meā vitaz Et apparet hoc per inductionem in iflāmatione ꝛ accēsiōe Mā ꝑm multum videnē sub stella. Sed quod sequitur ex ℔ sermone est q̄ in illo loco celi fiunt hec signa ꝑm plurimum Sed q̄ he stelle accidit ex multitudine earum accendere aerem sub ipsis semper ꝛ non cessare ab hoc videtur nobis ℔ non sequi ex sermone predicto nisi fuisset positum in principio inuestigationis q̄ ē exhalatio accensa tanq̄ꝫ res cuiꝰ eē est mandatum per se. ꝛ ideo ꝑm hoc per ea que declata sūt potest assignari cā huius ꝑm istū modum. Sed q̄ sit differentia simpliciter concludens causam ꝛ esse simul vt sicut videtur ex dictis Alex. nondū est declaratum. ꝛ hoc cū sit ita considerabimus nos si sequitur ex positione huius cōclusionis falsum vel nō: ꝛ est quod circulatio lactea est exhalatio accensa i lōgitudie celi. ꝛ dico quod cū hoc sit ita positum segē de necessitate vt accidat stellis que videē mediāte hoc signo diuersitas visionis seu aspectꝰ i climatibꝰ diuersis ꝛ locis diuersis ere. Mā ipe videē mediāte isto corpe accēso.

¶ Et videē i supficie eiꝰ. ꝛ accideret ex ℔ vt sint linee q̄ exeūt a visu nostro in diuersis climatibus ꝛ in diuersis locis terre ad vnāmet stellam: per quas tangit superficiem illiꝰ corpozis cum trāseūt in ipso in locis diuersis eius ad vnāmet stellā ꝑm loca diuersa illius signi. s. vie lactee. exempluz huius: nā nos videmꝰ aquilā volantem in parte huius signi i oriēte i terra nostra. ꝛ sequeretur igitur ꝑm hoc cum translati fuerimus ad partem oppositam terre nostre ꝑm longitudinem i illa que est minozis longitudinis q̄ꝫ terra nostra: videre illud in secundo latere seu in alio hoc autem nunq̄ꝫ accidit: ꝛ inuestigat de hoc in locis diuersis ille q vult intelligere hoc: hoc autem sequitur de necessitate. Maz res que fiunt sub celo lune accidit ei diuersitas visionis seu aspectꝰ sicut declaratum est in mathematicis. ꝛ etiam vt dictum est si hoc signum esset exhalatio accensa sequeretur q̄ minoraretur in hyeme ꝛ multiplicaretur in estate. ꝛ in vno anno esset maioꝛ: ꝛ in alio maioꝛ: hoc autez nunq̄ꝫ apparet: sed est semper ꝑm vnam dispositionem. ꝛ videtur q̄ si esset talis exhalatio perpetua in aere ꝑm magnitudinem huius loci corrumpereē totus aer ꝛ transmutaretur ad ignem. ꝛ etiaz saltem in parte coꝛrespondente ei in terra eēt signū sensibile in paucitate pluuiarum ꝛ vniuersaliter in extensione caloris ꝛ illis que sequuntur ex ipso. ꝛ postq̄ꝫ declaratum est ex his sermonibus q̄ via lactea non est exhalatio accēsa: videtur q̄ est conueniens vt sit apparentia tm̄. Nam q̄ impossibile est ponere hoc signum sensatum in corpore celi. Nam illud quod videtur de partibus eius sunt stelle tm̄:: ipse semper videntur rotunde sicut declaratum est de figura earum hoc autem signum videtur semper longum. Remanet ergo vt sit hoc accidens eueniens celo stellarum lucidarum q̄ꝑ pinquarum in superficie corpozis accensi mediante quoꝝ dentur ille stelle ꝛ illud est ignis cuius esse declaratum. Mā propter propinquitatem earum accidit eis vt reflectātur lu

mina eaz

mina earum in superficie ignis aut huius corporis fumosi
q̄ hoc est illud quod ē quasi medium intra aerem q̄ ignem.
Cum ergo reflectuntur admiscentur lumina: sicut si imagi
nati fuerimus q̄ circulatio seu rotunditas que est in luna
sit magis q̄z vna luna ita vt circulationes ingrediunt q̄dā
in quibusdam. Tunc enim accideret eis in visiōe figura lō-
ga. Sed differentia inter circulationem lacteam q̄ rotundi
tatem seu circuitum est: q̄ apparentia seu color mediante
quo videtur circuitus est generabile q̄ corruptibile. Color
autem mediante quo videtur hoc accidens in stellis est eter
nus. Et ideo videtur q̄ sit hoc consequens naturam ignis
in eo q̄ ignis: q̄ vniuersaliter naturam corporis mediante
quo videntur iste stelle. Et videtur q̄ stelle habeant in illo
corpore aliquam actionem q̄ aliquam preparationem vt re
cipiant talem visionem. propterea q̄ hec pars celi est diuer
sa a reliquis partibus eius. Et ex hoc videtur q̄ sermo in
hoc signo perficitur per hos duos modos: q̄ sic inuenimus
Aristo. fecisse: q̄ hoc apparet ex verbis eius in translatione
que peruenit ad nos. Et si forte Ale. voluit hoc: verum est
tamen q̄ mandatū sui sermonis non iudicat hoc: cum hoc
q̄ iam remansit super ipsum pars non pauca ex hoc sermo
ne. Et forte posuit hoc ꝓm breuitatem: vel forte est propter
errorem accidentem in translatione. Nā multotiens perue
nitur intentio rerum propter translatores: q̄ sequitur ex h̄
mutatio in sermone. Alexander enim magis dignus est q̄z
vt putetur de eo sermo predictus cum hoc q̄ inueniatur
in libro Aristotelis oppositum eius.

¶ In media sua expositiōe circa viam lacteā ingt: q̄ post q̄z
dixim⁹ de cometis dicamus nūc de galasia dicēdo quid
est q̄ quomodo seu qualis est. Incipiendū tamē de hoc pri-
mo narrando opiniones antiquorum q̄ quomodo inter se
differunt. q̄ dicamus q̄ pythagoras q̄ eius socij direruṅ de
via lactea q̄ ipsa est vniuersaliter vestigium vie que fuit ex
motu quarundam stellarum in ipsa in tempore antiquo cū
corrupte sunt ipse stelle in quodam tempore: q̄ facte sūt flā-
ma seu lumen accensum q̄ quedam earum corruperunt quas
dam q̄ mote fuerunt q̄ mixte quedam cum quibusdam: qdā
aūt horum direrunt q̄ sol fortasse ambulauit in quibusdā
horis in ista loca celi q̄ quod apparet ē vestigium vie eius
error aūt horum manifestum est per se: si enim via lactea eēt
ex vestigio vie solis necessarium esset vt sit hoc vestigium i
planetis ad quos vadit sol: q̄ relique stelle erratice: sed tale
vestigium non inuenitur in eis: igitur ipsa non est vestigiū
vie seu ambulationis solis: tacuit aūt destructionem prime
opinionis: nam ipsa ē manifeste corruptionis per se ex iam
dictis q̄ ex historijs scriptis. Jam enim declaratum est hoc
corpus esse ingenerabile q̄ incorruptibile: neq̄z dictum est
omnino ab aliquo fidedigno astrologo seu considemēte q̄
illic fuerunt stelle q̄ fuerunt corrupte. Jnquit. Socij autem
Anaragore q̄ Democriti direrunt q̄ galasia est lumen stel-
larum ad quas non peruenit lumen solis cum terra occul-
tat ipsas id est cum interponitur terra inter ipsas q̄ solem.
Sermo autem iste erroneus est duobus modis: vnus cor
est q̄ si hoc esset ita necessarium esset vt stelle quib⁹ hoc ac
cidit eēnt obscure per remotionem solis scilicet q̄ non vide
rentur in galasia stellemet. Secundus autem est q̄ si con-
cesserimus q̄ vmbra terre peruenit ad illum celum sequere
tur q̄ moueretur seu mutaretur hec vmbra ab oriēte ad oc
cidentem sicut mouetur sol sub terra ab occidente ad orien
tem. Jnquit q̄ error istorum etiā manifestus est ex declara-
tis in mathematicis astrologis. Jam enim declaratum est
q̄ vmbra terre est acuta: propterea quia sol est valde ma-
ior terra q̄ q̄ hoc acumen non pucnit ad stellas fixas: ppte
rea q̄ distantia stellarum fixarum a terra est multipler di-
stantia solis a terra cum magnitudine solis q̄ paruitate ter-
re: cum igitur hoc acumen non attingat celum stellatum i
quo est galasia q̄ lumen solis cum est sub terra attingit locū
galasie. quomodo igitur dicere possum⁹ q̄ galasia est vm-
bra terre: q̄ non debes scire q̄ non est verum etiaz vt sit ga-
lasia dilatata vmbra quam affirmauerunt quidam poste-
riores mathematici: propterea q̄ galasia est longa q̄ terra
est rotunda. Jnquit. alij autem direrunt q̄ galasia est vesti
gium causatum ex reflexione radij solis ab aere ad illum lo
cum sicut reflectitur radius a speculo super parietem super
quem non cadit lumen sine reflexione. s. per se vt direrunt
de stellis comatis. hoc aūt est error si. ⁊D. via galasia esset
lumen reflexum ab aere moueretur per motuz luminosi q̄
est solis sicut mouetur lumen reflexum per motum luminan-
tis: nos autem videmus galasiam in nocte q̄ in die quando
hoc est possibile in vno loco semper: q̄ sequeretur ꝓm hanc
opinionem etiam vt sit speculum ex quo fit reflexio coniun-
ctum seu firmum secus oportet hoc in luminoso seu in lu-
minante: hoc autem impossibile est in aere vt sit in ipso q̄si
speculum firmum seu coniunctum semper nisi ipsum ha-
beret causam perpetuam. Jnquit: iam igitur declaratum ē
q̄ galasia non est via quarundam stellaz neq̄z ē ex vmbra
terre neq̄z est apparentia accidens in reflexione a sole. Di-
camus igitur q̄ galasia ꝓm hunc modum est quem non vi
cam: iam igitur declaratum est q̄ aer propinquus corpo-
ribus celestibus est inflammatus ignitus q̄ apparent in lo
co in quo videtur galasia in celo stellato stelle multe magne
q̄ parue lucide q̄ ꝓpinque lapideate vt posuit Ozietes q̄ alij
considerantes de hac via: q̄ cum he due propositiones ve-
rificate sunt nobis possumus ex eis concludere duas con-
clusiones: vna earum est q̄ galasia est ex reflexione luminū
harum stellarum in aere inflammato existente in hoc loco
q̄ ꝓm hoc oportet si ipsa sit apparentia vt sit lumen agēs ap
parentiam firmum q̄ eternum q̄ speculum semper perma-
nens: hoc autem contingit in hoc sermone: speculum autē
seu q̄si speculū est propter multitudinez stellarum illic exi-
stentium: necesse est enim vt iste locus caleſiat q̄ subtiliatur
magis alia parte aeris contigui ex reliquis partib⁹ celi ita
vt subtilitas q̄ puritas eius sit causa ad reflexionem: si con-
cesserimus q̄ subtiliatio q̄ purificatio est causa reflexionis
q̄ autem illic sit lumen firmum magis intensum lumie exi
stente in reliquis partibus celi: manifestum est cum hec ps
celi habet plures stellas. hoc aūt fundatur in hac radice. s.
q̄ corpus celeste nō potest recipere speculum seu non pōt
esse quasi speculum. conclusio aūt secunda que apparet pri
mo aspectu sequi ex hoc dicto est q̄ galasia est aer accensus
ignitus sicut est dispositio in cometis: q̄ ꝓm hoc oportet si
esset: ita vt sit agens firmum illic seu ꝓmanēs huic igni p-
prium semper huic loco: hoc autem est multitudo stellarū
existentium in illa parte celi. Alexander autem credidit de
galasia q̄ putauit q̄ hec est opinio Aris. sed id quod videtur
ꝓm maiorem partem verborum Aristo. in traductione que
peruenit ad nos est sermo primus. ex quibusdam aūt appa
ret primo aspectu q̄ est vt dicit Alex. sed si esset galasia cor
pus ignitum esset necessarium accidere stellis que sunt i ga
lasia diuersitas aspectus ab illo corpore q̄ esset necessariū.
Verbi gratia. vt stella que videtur in vna sua parte seu ex-
tremitate ex parte orientali hominibus occidentalibus in
alia extremitate: q̄ iam inspecte sunt stelle que sunt in ipsa i
terris diuersis: q̄ videtur eis vnus situs: q̄ ego iam conside
raui seu vidi stellam cadentem seu aguilam cadentem que ē
in extremitate galasie in corruba q̄ in marocho: q̄ iter duas
has ciuitates est distantia multa in longitudine q̄ inueni
ipsam in his duabus ciuitatib⁹ in vno situ seu loco. ⁊Pre-
terea si galasia esset ignis sequeretur vt augmentaretur in
ānis siccis q̄ paruificaretur in annis seu in tempore humi-
do q̄ esset necessarium vt videtur habere vestigium in parte
quam determinat de aere: q̄ cum impossibile sit vt ipsa sit
nisi apparentia modo quo iam dixim⁹ vel corpus ignitū
q̄ est impossibile ipsam esse corpus ignitum necessarium ē
vt sit apparentia modo iam dicto vel cōposita ex istis dua
bus rebus simul vt dictum est de cometa seu de cauda que
apparet cum aliqua stella de stellis erraticis. Sed apparē
tia illa seu speculum non est permanens seu eterna. in hoc
autem est eterna. Sed cedit hec dubitatio: propterea quia
genus galasie non est notuz. Cause enim possibiles nō ha-

bent vim pare seu concludet esse ⁊ causam simul. s. cause efficientes ⁊ materiales: ⁊ ideo nos debemus declarare primo esse generis illius per signum seu rationē vt nos fecimus: postea aūt inuestigare de hoc assignādo causā. Aris. autem dimisit hoc propter breuitatem: hoc est totū q̄ possumus ratiocinare de hoc de his que dixit Aristo. in isto libro. cum aūt res sit considerata ſm vltimam considerationem ⁊ accipiatur in hac consideratione id quod declaratū est de dispositione apparentie seu visionis in scientia perspectiua videtur q̄ iste sermo est impossibilis ⁊ q̄ in hoc est magna difficultas: nam lumen quod apparet i hac pte celi vocata lactea de necessitate: vel illud lumen est lumen illarum stellarum que sunt illic vel lumen ignis generati. ſz iam declaratum est q̄ impossibile est vt sit lumen ignis: ergo non remansit nisi vt sit lumen stellarum que sunt illic: cum autem stelle videntur ⁊ etiam lumen earuz oportet de necessitate vt lumen earum videtur seu apparet modo alio a modo ſm quem videntur ille stelle vt declaratū est in perspectiua: hoc aūt non p̄t esse nisi esset ſm modum refractionis siue appareant stelle per radium rectum siue per radium reflexum. iam enim declaratum est in perspectiua q̄ non videtur nisi ſm aliquem istorum trium modorum qō non est pole vt videaē res duplicata p̄ vnū radiū: cū aūt apparētia ipole ē vt sit nisi per refractionez radii necesse ē vt sit illic quasi speculum in quo possibilis est refractio. ℔ autem impossibile est in igne: naz ignis subtilior est aut. s. ignis non luminosus qui est illic: refractio autem manifesta fit a corpore grosso diaphano per quod non transit lumen impossibile: est igitur vt sit hoc quod accidit istis stellis simile ei quod accidit lune de halo ⁊ q̄ cōtinuētur lumina earum quedam cum quibusdam donec ꝓueniat ex ipis figura longa. Nam aer qui correspondet illo loco seu qui est versus illum locum remotior est a refractione reliquis partibus aeris quia ipse est subtilior vt credidit Aris. ⁊ cuz hec apparentia non potest esse nisi per radium refractum ⁊ non est illic speculum eternū cui occurrit tale accidens sem per in ipso quod est versus istam partem: sequitur q̄ nō verificatur id quod dictum est de ipsa q̄ ipsa est refractio luminis a corpore igneo seu ignis: nam non sequitur ex hoc q̄ medium quod est inter nos ⁊ ipsam est subtilissimuz nisi q̄ ipsa appareat ex reliquis stellis in posteriori parte colūne: nam iam declaratum est in perspectiua q̄ stelle oportet q̄ appareant per radium reflexum: hoc autem non contingit in isto aspectu appropriari nisi si poneremus illic radiū refractum: nam ipsa est apparentia duplicata nam res iaz appet figura ei⁹ duplicata. s. q̄ vnū appet duo cū videtur per se ⁊ mediante speculo ⁊ speculū ex quo fit refractio esset dispositum in hoc: aliquando aūt apparet color illius tiū p illud speculum cum fuerit indispositum recipere figuram: ⁊ hoc propter paruitatem eius vel ꝓpter priuationē ei⁹ diaphanitatis ⁊ res appet in vno loco: ⁊ lumen eius in alio accidit i yride ⁊ in halo ⁊ cuz non verificatur in ipsa refractio ⁊ hec apparentia impossibilis est nisi per refractionez. quid enim dicendum est de hoc vtinam scirem ⁊ dicam⁹ qō possibile ē vt sit causa huius apud me aliqua duarum rerum vel ambe simul: prima autem est vt causa huius refractionis sit debilitas visus ab apprehensione seu a visione illius propter paruitatem illarum stellarum cum earum distantia: nam refractio iam accidit ex debilitate visus sicut accidit ex spissitudine seu grossitie medij: ⁊ ſm hoc erit paruitas illaz stellarum causa huius refractionis ⁊ propinquitas quarundam earum ad quasdam causa in sub ingressu circuloz refractionis quorūdā in quibusdam: ⁊ duplicatio eoz donec appareat hec refractio quid colorati cum congregabitur ex ipsa aliqua mensura sensibilis ⁊ accidit ei cū hoc apparere longa propter ingressum circulorū refractionis quorūdā super quosdā. Signū aūt in hoc est q̄ hoc accidens met accidit cuidā stelle ad alterā ⁊ est vna ex domibus lune. s. q̄ apparet quasi ita sit nebula alba ꝓpter paruitatem stellarum que sunt in ipsa ⁊ congregationem quarundam ad quasdam: ⁊ iam ſm hoc possibile est dicere q̄ propinquitas aeris que est illic ad ascensionem ⁊ illuminationem sunt causa in hac refractione ⁊ſm hoc verificabit sermo Aristotelis. Secundus autem modus qui mihi apparet possibilis est vt sit illa pars celi recipiens lumen ab illis stellis: postea illuminat per se seu illuminatur propter multiplicationē seu duplicationē luminis in ipsa propter cōgregationē illarū stellaz quarundā ad quasdaz: erit igit congregatio causa in intensione seu in fortitudine protectionis luminis donec appareat per se seu ex se luminosa: ⁊ erit paruitas earum causa in hoc q̄ illud lumen non apparet valde lustrum sed est magis propinquum colori q̄z lumini. intelligo autem cum dico lumiosa per se scilicet ſm modum quem illuminat illuminosum ⁊ est illud a quo ex quo libet puncto illius egrediūtur linee radiales recte sup quēlibet punctum corporis oppositi luminoso inter que possibile est cadere linea recta: scilicet vt egrediatur inter illū pūctum luminosi ⁊ istum linea recta non a puncto determinato ad punctum determinatum sicut accidit in refractione ⁊ reflexione: sed ponimus hoc accidens possibile i celo. naz iam declaratum est q̄ corpora diaphana vt aer. Ul. g. illuminatur tribus modis. s. per se refractionem ⁊ reflexionē. Illuminatio autem per refractionem ⁊ reflexionem non verificatur in corpore celesti propter similitudinem eius. s. q̄z partes eius sunt similes ⁊ q̄z cuius concesserimus esse isti⁹ nō proueniet ex istis ad terram lumē in locis determinatis vel magis propinquum: hoc est vt non perueniat ex quo refractio non fit nisi ex punctis determinatis: illuminari autem per se ab alio possibile est in ipso sicut est dispositio in luna nam declaratum est in perspectiua q̄ receptio lune lumē a sole impossibile est vt sit per refractionem seu reflexionem: ⁊ iam declarauit hoc Auenetan in tractatu proprio quinti: ⁊ cum posuerimus q̄ lumen celeste recipit lumen ⁊ illuminatus per se sicut est dispositio in aere non est remotum cū multiplicet in ipso receptio luminis ꝓpter congregationez stellaz quarūdā eaz ad quasdam vt videatur per se cū hoc q̄ ipm nō est luminosū p̄ se: nā aer cū cadit lumē ab ipo super corp⁹ coloratū vel si appet lumen cū hoc q̄ ipū nō ē luminosum p̄ se: ⁊ forte ille ptes celi sunt grossiores seu spissiores aliis ꝓpter propinquitatē stellaz q̄ sūt illic a quarūdaz cū quibusdā ⁊ accidit ei ex lumine eaz hoc accidēs: nā verisim: le est vt sit causa coloris illic apparētis cōgregatio stellarum trū: ⁊ possibile est dicere vt coadiuuat huic spissitudo illius partis celi: scilicet paucitas diaphanitatis donec accidat ei id quod accidit lumini cadenti super parietē. ⁊ per talem modum spissitudinis recipit luna lumen a sole ⁊ non est remotum vt corpus celeste sit differens ſm magis ⁊ minus in diaphanitate: nam omne quod ꝗuenitur alicui rei per se seu ex se possibile est differre in ipa illa res seu dispositio ſm magis ⁊ minus: ⁊ hoc declarabitur tibi ex vmbra que videtur inter lunam. nam iam declaratum est i perspectiua q̄ impossibile est vt sit apparentia ⁊ iam declarauit hoc Auetenan in tractatu proprio huic: non igitur est remotum apud me vt sit causa galasie hec quaz diximus: vel causa prima vel ambe simul. Nam cum illuminatio est necessaria scilicet in corpore celesti: tunc ipsum recipere colorem hic per lumen possibile est in ipso. Et hic est tertius modus etiam ⁊ est vt sint in hac parte celi stelle parue valde congregate quarum corpora non sentiuntur: sed lumen eaz videtur pp̄ fortitudinez eius ⁊ pp̄ admirtionē. s. admirtionē luminoz quorundam cum quibusdam. ⁊ accidit ex hoc vt videatur hoc lumen quod autem visibile cum sint parue mensure seu quantitatis ⁊ ipsum est distans videtur eius lumen ⁊ non eius figura est res nota per se: accidit autem huic cognitioni in substantia galasie esse cognitio diminuta: propterea q̄ genus illius est ignotum esse per se.

Hec sunt verba Commentatoris in predicta expositione.

De pluuia

De pluuia rore grandine niue pruina. Capitulum quartum.

DE loco autem pone secundo post hūc primo autem circa terram dicamus. Iste enim locus cōmunis est aque et aeris ⁊ accidentium circa eaꝫ que sursum generationem ipsius: sumendumꝫ autem ⁊ horum principia ⁊ causas omnium similiter. Quod quidem igitur vt mouens ⁊ principale ⁊ primum principiorum circulus est in quo manifeste solis latio disgregans ⁊ congregans in fieri: prope autem longius causa generationis ⁊ corruptionis est manente autem terra quod circa ipsam humidum a radijs ⁊ ab alia que desuper caliditate vaporans fertur sursum: caliditate autem que duxit sursum relinquentem: ⁊ hac quidem directa ad superiorem locum: hac autem ⁊ extincta propter suspendi longius in aerem qui super terraꝫ constat iterum vapor infrigidatus ⁊ propter derelictionem caloris ⁊ propter locum ⁊ fit aqua ex aere: facta autem iterum fertur ad terram. Est autem que quidem ex aqua exhalatio vapor: que autem ex aere in aquam nubes: caligo autem nebule decidentia eius que in aquam concretionis propter quod signum magis est serenitatis ꝙ aquarum. Est enim caligo velut nebula sterilis: fit autem circulus iste imitans solis circulum: simul enim ille ad plagas permutatur: et iste ad sursum ⁊ deorsum. Oportet autem intellige re hunc velut fluuium fluentem circulum sursum ⁊ deorsum communem aeris: ⁊ aque: prope quidem enim existente sole vaporis sursum fluit fluuius: elōgato autem aque deorsum: ⁊ hoc indesinens vult fieri ſm ordinem quare siquidem enigmatizabant occeanum priores forte vtiqꝫ hunc fluuium circulariter fluentem circa terram. Eleuato autem humido semper propter calidi virtutem ⁊ iterum lato deorsum propter infrigidationem ad terram proprie nomina passionibus imponuntur ex quibusdā differentijs ipsarum: cum quidam enim ſm modica feratur pserades: quando autem ſm maiores partes pluuia vocatur: ex eo autem quod de die euaporat quantum si non suspensum fuerit propter paucitatem sursum ducentis ipsum ignis ad eaꝫ que eleuatur aquam iterum deorsum latum cum infrigidatum fuerit nocte vocatur ros ⁊ pluuia: pruina quidem quando vapor congelatur prius ꝙ in aquam concernatur iterum: fit autem in hyeme ⁊ magis in hyemalibus locis. Ros autem cum concretus fuerit in aquaꝫ vapor: ⁊ neqꝫ sic fuerit estus vt exiccetur sursum dictum: neqꝫ sic frigus vt congeletur vapor ipse propterea quod aut tempus calidus aut locus fit. Fit enim magis ros in temperie ⁊ in locis tēperatis pruina sicut dictum est contrarie. Palam enim ꝙ vapor calidior aqua: habet enim eleuantem adhuc ignem: quare ampliorꝫ frigiditatis ipsum coagulare. Fiunt autem ambo serenitate ⁊ tranquillitate: neqꝫ enim eleuabuntur non existente serenitate: neqꝫ constare poterunt vtiqꝫ vento flante. Signum autem quia fiunt hi prope non ꝙ longe suspenditur vapor: in montibus enim non fit pruina. Causa autem vna quidem hec quia sursum ducitur ex submissis ⁊ humectꝫ locis: quare velut onus portans maius sursum ducens caliditas ꝙ ſm ipsam non potest eleuare ipsum ad multum locum altitudinis: sed prope dimittit iterum. Alia autem quia ⁊ fuit maxie aer existēs in altis ꝙ dissoluit cōsistētiā talē. Fit ät ros vbiqꝫ australib⁹ nō borealib⁹ pterꝙ in ponto: ibi autem contrarie: borealibus quidem enim fit: australibus autem non fit. Causa autem similiter situi: quia temperie quidem fit: hyeme autē non. Auster quidem enim temperiem facit: boreas autem hyemem frigidum enim: quare ⁊ in hyeme exhalationis extinguit caliditatem. In ponto autem: auster quidem non sic facit temperiem vt fiat vapor: boreas autem propter frigiditatem antiparistasim faciens calidum congregat: quare plus vaporat magis: sepe autem hoc ⁊ in exterioribus locis est videre fatuum: vaporant enim putei borealibus magis ꝙ australibus: sed borealia quidem extingunt anteꝙ constet aliqua multitudo: in australibus autem sumitur congregari exhalatio: ipsa autem non coagulatur hic quemadmodum in circa nubes loco: inde enim tria veniunt corpora constantia propter infrigidationem aque nix ⁊ grando: horum autem duo proportionabiliter: ⁊ propter easdem causas fiunt bis que inferius differentia ſm magis et minus ⁊ multitudine ⁊ paucitate. Nix enim ⁊ pruina idem: ⁊ pluuia ⁊ ros: sed hoc quidem multū hoc autem paucum. Pluuia quidem enim fit ex multo vapore infrigidato: huius ät cā ⁊ locus mult⁹ ⁊ tēpus existens in quo colligitur ⁊ ex quo: paucum autem ros: ephumeros enim consistentia ⁊ locus parus: manifestatio autem ⁊ generatio existens velox ⁊ parua multitudo: similiter autem ⁊ pruina nix. Cum enim congeletur nubes nix est: cum autem vapor pruina propter quod aut temporis: aut regionis signum est frigide: non enim vtiqꝫ coagularetur adhuc multa existente caliditate si non simul superuiceret frigus. In nube autem adhuc multum inest calidum residuum ignis qui euaporare fecit ex terra humidum: grando autem ibi quidem fit: in propinquo autem terre vaporante hoc deficit. Quemadmodum enim diximus vt quidem ibi nix: hic qdem fit pruina vt autem ibi pluuia hic ros: vt autem ibi grando hic non contra respondet simile: causa autem cum dixerimus de grandine erit manifesta. Oportet autem accipere similiter ⁊ accidentia circa generationem ipsius quecunqꝫ non seducentia quidem putata esse rationabilia. Est quidem enim grando crystallus: coagulatur autem aqua hyeme: grandines quidem fiunt vere ⁊ autumno maxime:

deinde autem ꝛ fructuum tempore: hyeme autez rarius: ꝛ quando minus frigus fuerit: ꝛ vniuersaliter aut fiunt grandines in temperatioribus locis: nines autem in frigoribus. Inueniens autem ꝛ coagulari aquam in eo qui sursum loco: neqz enim congelatum esse possibile anteq̃ facta sit aqua neqz aquam nullo tempore possibile manere eleuatam existentem. At vo neqz quemadmoduz psecades sursum quidem incident propter'paruitatem: immorantes autem in aere sicut ꝛ terra et aurũ paruitatẽ partium sepe supernatant sic in aere aqua. Conuenientibus autem multis paruis magne deorsum feruntur pseeades. Hoc autem non contingit fieri in grandine: non enim copulantur congelata quemadmodum humida. Palam igitur q̃ sursum tanta aqua maneret: nõ enim vtiqz congelata fuisset tanta. His quidem igitur videtur passionis causa esse huius generationis cum propulsa fuerit nubes in superiorem locum magis existentem frigidum: propterea q̃ desinunt ibi refractiones radiorum a terra ꝛ veniens ibi aqua congelatur: propter quod ꝛ estate magis ꝛ in calidis regionibus accidit fieri grandines: quoniam amplius calidum sursum pellit a terra nubes. Accidit autem in valde altis minime fieri grandinem q̃uis oportebat: quemadmodum et niuem videmus in altis maxime factam. Adhuc autem sepe vise sunt nubes delate cum sono multo secus ipsam terram vt terribile esset videntibus ꝛ audientibus tanq̃ futuro aliquo maiori: aliquando autem ꝛ sine sono visus talibus nubibus grando fit multa ꝛ magnitudine incredibilis ꝛ figuris non rotunda: propterea q̃ non multo tempore fit latio ipsius tanq̃ prope terram facta coagulatione: sed non sicut illi aiunt. At vo necessarium ab ea que maxime causa coagulationis maximas fieri grandines. Crystallus enim grando ꝛ hoc omni manifestuz: magne autem sunt quia figuris non rotunde. Hoc autem signuz est q̃ sint congelata prope terram: late enim de longe propter ferri longe circulatione fiunt figureqz rotunde ꝛ magnitudine minores. Quod quidem igitur non expelli in superiorem locum frigidum congulatio accidit palam: sed quoniam videmus q̃ fit antipariſtasis calido ꝛ frigido inuicez: propter quod in estibus frigida ꝛ inferiora terre ꝛ calida in gelu: hoc oportet putare ꝛ in eo qui sursum ferri loco: quare calidiori aut tẽporibus antipariſtasim passum inter frigidum propter eam que in circuitu caliditatem: aliquando quidem cito aquam ex nube facit propter quod ꝛ gutte multo maiores in calidis fiunt diebus q̃ in hyeme ꝛ aqua labrotere: labrotere quidem enim dicuntur cum subito simul tote magis: subite autem propter celeritatem coagulationis: hoc autem ipsum fit contrarium quemadmodum Anaxago. dicit. Hic quidem enim cum in frigidum aerem ascenderit: ait hic pati. Nos autem cum in calidum descenderit ꝛ maxime cum maxime: cum autem adhuc magis antipariſtasim patiatur inter factum ab exteriori calido: aquam autem faciens coagulauit et fit grando. Accidit autem hoc cum citius fuerit coagulatio q̃ aque latio deorsum. Si enim fertur qui quidem: in tanto aut tempore: frigiditas aũt vehemens existens in minori coagulatum nihil prohibet eleuatum congelari: si coagulatio in minori fit tempore q̃ que deorsum latio. Et quanto vtiqz propinquius ꝛ magis subito fiat coagulatio ꝛ aque labrotere fiunt ꝛ gutte ꝛ grandines maiores propterea q̃ breui feruntur loco: ꝛ non crebre gutte que magne cadunt propter eandez causam. minus autez estate fit q̃ vere: ꝛ autumno magis tamen q̃ hyeme: quia siccatur aer estate: in vere autem adhuc humidus: in autumno iam humectatur. Fiunt autem quemadmodum dictum est ꝛ in maturatione fructuum grandines propter eandem causam. Confert autem adhuc ad caliditatem coagulationis ꝛ post calefactam eẽ aquã: citius enim infrigidatur propter quod multi cum calidam infrigidare cito voluerunt ad solem ponunt primo: ꝛ qui circa pontum cum in glatie habitacula fecerint ad piscium venationes. Uenantur enim decidentes glatiem aqua calida ꝛ circumfundunt calamis propterea q̃ citius coagulatur: vtuntur enim glatie quasi plumbo vt quiescant calami. Calida autem fit cito conflans aqua in regionibus ꝛ temporibus calidis. Fiunt autez circa arabiam ꝛ ethiopiam estate aque ꝛ non hyeme: ꝛ hic vehemens ꝛ eadem die sepe propter eã dem causam. Cito enim infrigidantur antipariſtasim que fit propter calidam esse regionem valde. De pluuia quidem igitur ꝛ roze ꝛ nine pruina ꝛ grandine propter quã causam fiunt ꝛ que natura ipsorum est dicta sit tanta.

Capitulum quartum.

Postq̃z autem locuti fuimus de his que fiunt fm plurimum in locis superioribus dicamus nunc de eis que fiunt in loco inferiori. Iam videtur q̃ in aere sint duo loca: vnus eorum est locus superior ꝛ est ille in quo fiunt comete ꝛ flãme. Alius est in quo fiunt pluuia ꝛ nix ꝛ pruina ꝛ grando. Et hic locus in quo ista fiunt habet gradus. In superiori enim eius parte fit pluuia ꝛ nix ꝛ grando. In inferiori autem parte huius fit ros ꝛ pruina. Et ordo istorum locorum apparebit cuz dabimus causas istarum productionum seu generationum.

Et in

Et in primis loquamur de pluuia: ⁊ dicamus q̄ genus eī est notum: ⁊ est illud quod generatur ex acre. Nam non est ibidē aq̄ in actu: nā ille locꝰ nō ē nālis aq̄: nec est ibi aliqd cogēs ipsū remanē illic: ꝫ inuestigatio hic de dispōne eiꝰ ē inuestigatio de cāis generatiōis eiꝰ. Et de cāis q̄ generatio huius procedit ſm rectitudinē ⁊ ordinem determinatum. Et hoc etiam declarabitur ex rebus quas predixim⁹ ⁊ suppossuimus. Jam enim dictum est a nobis q̄ sol producit duo genera exhalationum: vnum est calidum ⁊ siccuꝫ: ⁊ aliud calidum ⁊ humidum. Et ipse facit hoc magis ī pte ad quam ascendit. Exemplum huius cum ipse ascendit ad septentrionem excitat has duas exhalationes. Et similiter facit in parte meridionali cum fuerit descēdens ad ipaz ⁊ cum reuoluitur a parte ad quam descendit sequitur de necessitate vt infrigidetur ille vapor calidus ⁊ hūidus: ⁊ maxime illud quod fuit de ipso in loco in quo non peruenit ad ipsum reflexio radiorum. Nam mandatum est ex iam declaratis q̄ iste locus est frigidior omnib⁹ locis aeris. Nā iam declaratum est q̄ calefactio solis ⁊ stellarum fit p motum vel per reflexionem. Reflexio autez fit in terra ⁊ illis que sunt propinqua terre propter grossitudinem corporis eis ⁊ duritiem seu soliditatem eius. ⁊ declaratum est q̄ hec reflexio habet finem seu terminum ⁊ in loco vbi desinit nō aduenit de caliditate aliquo modo. Nam causa reflexiōis est minima: que cum non fuerit radius cadens super terraz ſm angulum rectum vel prope rectum. hoc autem est ī parte ex qua reuoluitur sol. Cum hoc esset q̄ iste locus est magis remotus a corporibus celestibus: ipsa igitur etiam nō possunt facere peruenire caliditatem que fit per motum. Et signum huius est q̄ aer qui est in ipso non videtur moueri per motum totius. Et cum hoc fit ita: ⁊ fuit iste locus magis fortis vt appareat in eo frigiditas cum hoc q̄ sol reuoluitur ab ipso: necessarium est vt sit frigiditas in illa hora dominans in aere in illo loco multum. Nam aer qui ē ibidem est humidus propter propinquitatem hui⁹ loci ad terram. Et grauitas aeris humidi accidit ei vt ingrossetur a frigiditate ⁊ fiet ex ipso nubes: ⁊ cum intēditur grossities eius transmutatur ad pluuiam ⁊ descendit. Ipse enim propter equalitatem partium eius ad recipiendum generationē transmutatur multus ex ipso simul. Et omne illud cui aduenit hoc habet mensuram aliquam ſm quam conseruat suā formā in aere donec consumatur illa nubes: aut remanebit ex ea illud quod potest non transmutari in aquam ⁊ ē caligo. Et ideo est signum clarificationis seu serenitatis. Et hec ē cā in hoc q̄ sua descensio non fit ita q̄ inter guttam ⁊ guttam sit interpolatio magna neq̄ tota simul ꝫ q̄si descendit cōsequenter. Quod autē aeri calido humido accidit tale. ſ. q̄ frigefit mandatum est ex eis que apparent in balneis ⁊ in quibusdam alijs in quibus fiunt gutte. Declarata igitur est ex hoc sermone causa generationis pluuie: ⁊ sunt cause que se habent loco differentiarū in diffinitione eius declarabitur etiam cuz hoc quare sua generatio ē ſm circulum ⁊ recte. Nam maior pars istorum sequitur a motu solis. Quis etiam apparet q̄ luna habet i b̄ introitum paruum cum diminuitur lumen eius: ⁊ ideo multiplicant pluuie in illa hora ſm plurimum. i. in fine mensium. Nam propter paucitatem luminis eius accidit aeri etiam in illa hora frigiditas intensior cum hoc q̄ illa frigiditas est conueniens vt fiāt ex ipsa pluuie: ⁊ propter hoc dicitur q̄ natura lune est frigida ⁊ humida. Et simile huic videtur accidere soli cum est cum aliqua stella seu cum habet certum aspectum ad certam stellam: idest q̄ tunc fit quedam habitudo ex qua causatur multitudo pluuiarum ⁊ econuerso sicut dicitur de combustione veneris ⁊ aliarum. Sed causa in diuersitate pluuie ita q̄ sit ex ipsa gutte magne ⁊ spisse ⁊ alie species pluuie est diuersitas dispositiōis subiecti: ⁊ fortitudo agentis ⁊ debilitas eius. Nam aer cum fuit calidus ⁊ humidus recipit possibilitatem maiorem ⁊ transmutatur statim ad guttas magnas ex quib⁹ fit pluuia grossa: ⁊ maxime cum fuerint contraria scilicet caliditas ⁊ frigiditas simul. Sed cum non est ſm hanc dispositionem ⁊ est in extremo opposito fit ex ipso pluuia minuta. Illud autem quod est inter hec duo extrema est medium ſm dispositionē subiecti. Sed cum aer calidus ⁊ humidus magis velociter recipit formam aque q̄ꝫ frigidus vel mandatum est quia aq̄ calide magis velociter recipiunt frigiditatem: ⁊ aer est ſm hanc dispositionem: hoc etiam declaratur per intensam frigiditatem. Et ideo non fiunt pluuie in tempore frigoris neq̄ in tempore in quo flat ventus septentrionalis: sicut non fiunt in intēso calore ⁊ siccitate aeris. materia. n. earum cessat in his duobus temporibus. Et aliquādo sūt multi anni conuenientes vt generetur in eis vapor calidus ⁊ humidus ⁊ fiunt pluuie multe. ⁊ hoc vel propter dispositionem materie vel propter illud quod accidit elementis ex corporibus celestibus vel ex ambobus: ⁊ econtrario etiam id est q̄ sunt multi anni sicci propter remotionem harum met causarum. causa autem propter quam fiunt nubes ſm plurimum ex vapore calido ⁊ humido est quia est conueniens vapor ascendens ex eis ad generationem pluuiarū: ⁊ b̄ propter humiditatem eius ⁊ caliditatem. Ros autem est pluuia subtilis descendens in nocte. Et ideo descendit die sereno. Et quasi agens eius causa que est habens habitudinem cause agentis pluuie est motus solis sub terra ⁊ super ipsam. Et ideo cum fuerit super terram ascendit vapor cōueniens huic ⁊ cum occultatur sol sub terra infrigidat ille vapor ⁊ transmutatur ⁊ fit ros. Et locus roris oportet de necessitate vt sit sub loco pluuie. Et hoc propter paucitatē caliditatis iuente ī materia eiꝰ. Et iō fit gnatio eiꝰ debilis. Et signū huiꝰ est b̄ qđ. d. Aris. qđ ī cacumine montiū alto rum non descendit ros: neq̄ ī omnibus quattuor partib⁹ reuolutionis anni: sed in temporibus conuenientib⁹ ascensioni huiꝰ vaporis: ⁊ marie cū flant venti accidētes in q̄libet terra: ⁊ sūt in maiori pte terraꝝ vēti australes seu meridionales: ⁊ aliq̄n ē in quibusdā ciuitatib⁹ vētus flās ex pte propinq̄ adducēs vaporē propinquū ei quicūq̄z vētus fuerit. Sed cū flat vētus septētrionalis vel ventus spargentes ⁊ destruētes nubes delinit descēsio eius. nix autez ⁊ pluuie ambe sunt vnū. ⁊ similiter causa efficiēs ambaꝝ ē vna ⁊ locus. diuersificant aūt ſm plus ⁊ minus: locꝰ enim niuis ⁊ pluuie ē vnꝰ: ⁊ silr mā caꝝ. Sz diuersificant ppē diuersitatem agētis. ſ. frigiditas ī intēsione ⁊ remissiōe. Nā cū non fuit frigus valde intēsum fit pluuia: cū aūt frigus ē valde intensū cōgelat vaporē illū dispositū ad recipiēdum formā aque anteq̄ꝫ sit ꝓpleta in oibus ptib⁹ eius nā aq̄ ⁊ grauefit per ꝓgelationē ⁊ descēdit. Et iō inuenit ī tpib⁹ frigidis ⁊ ī locis frigidis: pruina aūt mā eiꝰ ⁊ mā roris est vna ⁊ locus amboꝝ ē vnꝰ ⁊ agēs ēt. Sz diuersificant p̄ fortitudinē agētis ⁊ debilitatē eius. Et cū fuerit frigꝰ remissuz fit ros. Cū aūt fuerit intensū congelat illе vapor antecꝫ transmutet: ⁊ sit ex ipso pruina. Grādines aūt videntur de dispositione earū quod sint aque cōgelate in nube. Sz querit de dispositione eiꝰ cur fit ſm plurimū ī autūno ⁊ in vere. Et vlr ſm oppositam dispositionē niuis. Et dicamꝰ q̄ causa grandinis sit intensio frigiditatis cōgelantis ipsum aq̄ꝫ descendat inferi⁹ manifestū ē qđ aūt causa eē talis frigiditatis in his duob⁹ tpib⁹ in aere p se nāliter est ipossibile: ꝫ si fuerit omnino ē p accns: ⁊ hoc ē cū calefit aer postq̄ꝫ fuit frigid⁹ aut frigefit postq̄ꝫ fuit calid⁹: ⁊ vlr cū fuerit nubes diuersarum partiū in caliditate ⁊ frigiditate: accidit frigiditati vnī in se fugiēs a caliditate: ⁊ ingredit in ꝓfunditate nubis aliqn. hoc etiaz accidit aliqn caliditati sicut apparet de dispositione eius in terra: ⁊ cum accidit hoc caliditati fit ex b̄ vnū genus entiū sicut tonitrua ⁊ fulgura seu fulmina: cum aūt hoc accidit frigiditati fit grādo. Nā de cōsuetudine seu de natura contrarij est fortificari ita q̄ accidit ꝓtrario suo aliqua corruptio. Cum hoc q̄ de natura aque est recipere

magis actionem frigiditatis cū calefit: ⁊ ideo quando volunt medici infrigidare aquā velociter calefiūt per prius: ⁊ cum hoc sit ita: accidit nubi infrigidari ꝓpter caliditatem preexistentem in ipsa prius q̄z transmutetur ad pluuiam. ⁊ ideo gutte pluuie descendentis cum grandine sunt magne. ⁊ frigiditas fuerit intensior congelātur anteq̄z descendāt. Et ideo multoties descendit pluuia ⁊ grando simul ꝓpē diuersitatem partium illius nubis in paucitate frigiditatis ⁊ in intensione eius. Causa autez diuersitatis eius i magnitudine ⁊ paruitate sūt vna bar duar. Una earr est debilitas dispositionis seu ꝓparationis: ⁊ fortitudo ei⁹ ⁊ virtus agentis ⁊ debilitas eius. Alia aūt est distantia loci in quo fit seu generatur ⁊ ꝓpinquitas eius. Iplū eni cū fuerit magis remotum cōsumit ipm aer ⁊ non peruenit ad terraz nisi pars parua ⁊ ꝓpter hanc cām met illud quod ex ipso fit in loco ꝓpinquo habet angulos cū descendit. ⁊ hec est sūma sermōis de pluuijs ⁊ roze ⁊ grādine ⁊ niue ⁊ pruina.

¶De ventis fontibus ⁊ fluminibus. Capitulum.v.

DE ventis autem ⁊ omnibus spiritibus adhuc autem ⁊ de fluuijs ⁊ mari dicamus primo ⁊ de his dubitātes ad nosipsos: sicut eni ⁊ de alijs sic ⁊ de his nihil accepimus⁹ dictū tale quod non ⁊ quilibet tale dicat vtiqz. Sūt aūt qui dicunt vocatū aerem. motum quidem ⁊ fluentem ventum esse: consistentē aūt eundem: hunc iterum nubem ⁊ aquam tanq̄ eadē natura existente aqua ⁊ spiritu ⁊ ventum existentem motum aeris. ¶Propter quod ⁊ eorum qui sapienter volunt dicere quidam vnum aiunt ventum esse omnes ventos: q⁹ accidit aerem ⁊ motum vnū ⁊ eundē eē omnium. Videri aūt differre diffinientē nihil ꝓpt̄ loca vnūquodqz existit fluens semper. similiter dicentes: quēadmodum vtiqz siquis putet ⁊ fluuios omnes vnum fluuiū esse. propter quod multi melius dicunt sine inquisitione q̄ cū inquisitiōe sic dicentes. Siquidem enim ex vno principio omnes fluunt ⁊ ibi spiritus: eodem modo forsan dicerent vtiqz aliquid sic dicentes: si autē similiter hic ⁊ ibi palam: q⁹ hoc leue dictū erit vtiqz mēdaciū. Ām hoc quidem oportunam habet considerationez quid est ventus: quomodo fit ⁊ quid mouēs ⁊ vnde principium ipsorum ⁊ primo: vtrū quemadmodū ex vase oportet accipere fluentem ventū ⁊ vsqz adhuc fluentē donec vtiqz euacuet vas velut ex vtribus emissum: aut quemadmoduz pictores pingūt ex ipsis principium emittentes. Similiter autez ⁊ de generatione fluuioz videtur quibusdam habere. Elevata enim a sole aqua iterum pluta congregata sub terra fluere ex ventre magno: aut omnes ex vno: aut aliud ex alio ⁊ non fieri aquam nullam: sed collectam ex hyeme in talia susceptacula hanc ferri multitudinem fluuiorum. ¶Propter quod ⁊ maiores semper hyeme fluere q̄ estate: ⁊ hos quidem esse perpetuos: hos autez nō perpetuos: quorumcunqz quidez enim propter magnitudinē ventris multa collecta aqua est: vt sufficiat. ⁊ non prius consumatur anteq̄ superueniat imber in hyeme. iterum hos quidem perpetuos eē in finē. Quibuscūqz autem minora susceptibilia: hi propter paucitatem aque exsiccantur anteq̄ superueniat que de celo euacuato vase q̄is manifestum quis velit faciens velut susceptaculum pre oculis quottidiane aque fluentis continue intelligere multitudinem: excedit vtiqz magnitudine terre molez vel non multum deficiet susceptа omnis influens aqua per annum: sed semper palā q̄ accidunt quidem ⁊ multa talia in locis multis terre non soluz: sed inconueniens si quis non putet propter eandē causam aquam ex aere fieri propter quam quidem super terram ⁊ in terra. Quare siquidem ⁊ ibi propter frigiditatem constat vaporans aer in aquaz: ⁊ ab ea que in terra frigiditate hoc idem: oportet putare accidere ⁊ fieri: ⁊ nō solū segregatā aquā q̄ in ipsa ⁊ hanc fluere. sed fieri continue. Adhuc autem non ea que fit: sed existente aqua quottidie nō tale esse principium fluuiorum velut sub terra stagna quedam segregata sicut quidam dicunt: sed similiter sicut ⁊ in eo qui super terram loco parue consistentes gutte: ⁊ iterum ipse cum alijs multis: tandem cum multitudine descendit pluta aqua: sic ⁊ in terra ex paruis colligi primo: ⁊ est velut scaturiens in imum terre principium fluuiorum. manifestat autem ipsum opus. Qui enim aqueduct⁹ faciunt humilibus ⁊ de fossis colligunt ac si vtiqz sudante terra ab excelsis. propter quod ⁊ rheumata fluuiorum ex montibus videntur fluentia ⁊ plurimi ⁊ maximi fluuij fluunt ex maximis montibus: similiter ⁊ fontes plurimi mōtibus ⁊ locis altis vicinantur: in campestribus autem siue fluuijs pauci fiunt omnino. Montana autem ⁊ alta loca velut spongia suspensa ꝑm modica quidez: in multis aūt locis producunt ⁊ colligunt aquam. Suscipiunt enim aduenientis aque magnam multitudinem: quid enim differet concauam ⁊ supinam aut conueram esse peripheriam ⁊ gibbosam vtroqz enim modo equalem comprehendet molem corporis ⁊ ascendente vaporem infrigidant ⁊ concernunt in aquam iterum: propter quod quemadmodum diximus maximi fluuiorum ex maximis videntur fluētes montibus. ¶Palam autem ex hoc considerantibus terre periodos. bas eni exingrere a singulis sic descripserūt q̄cūqz nō accidit ipomet vidisse dicētes. In asia qdē igit plurimū ex parnaso vocato

monte

monte videntur fluentes ⁊ maximi fluuij. hic autez mons dicitur maximus omnium qui ad orientem hyemalem: ascendenti enim iam hunc apparet qui dem extra mare cuius terminus non palam bis qui hinc: ex hoc quidē igitur fluunt alij fluuij ⁊ bactros: coaspes: araxes: adhuc autē dicitur tanais pars exi stens in meotidem paludem: fluit autem indus ex ipso omnium fluuiorum rheuma plurimum: ex cau caso autem ⁊ alij fluunt multi: ⁊ ꝑm multitudinem ⁊ ꝑm magnitudinem excedentes ⁊ phasis: caucasus enim maximus mons est eorum qui ad orientez esti ualem ⁊ multitudine ⁊ altitudine. Signa autem al titudinis quidem: quia videtur ⁊ a vocatis profun dis ⁊ a nauigantibus in stagnum. Adhuc illustran tur sole ipsius summitates vsqz ad tertiam partem noctis ⁊ ab oriente ⁊ iterum a vespere: multitudinis autem qz multa habet iuga in quibus gentes habi tant multe ⁊ stagna aiūt esse magna: attamen omnia iuga esse manifeste vsqz ad vltimam verticem. Ex pyreneo autem hic autem est mons ad occidentem equinoctialem in celtica fluunt histrus ⁊ tartassus: iste quidem igitur extra columnas. Histrus autem per totam europam in pontum euxinum. Fluuio rum autem aliorum: plurimi ad arctum ex monti bus archinis: hi autez multitudine ⁊ altitudine ma ximi circa locum hunc sunt. Sub ipsa autem vsa super vltimam scythiam vocate ripe: de quaruz ma gnitudine valde dicere sermones qui dicuntur fa buloſi: fluunt igitur plurimi ⁊ maximi: post histrum aliorum fluuiorum hinc vt aiunt. Similiter autem ⁊ circa lybiam: qui quidem ex ethiopicis montibus ⁊ egon ⁊ onysis: maximi diuulgatorū crinites voca tus qui in exterius mari fluit ⁊ nili fluxus: primo ex argento vocato monte: eorum autem qui circa elinu cum locum achelous quidem ex pindo et inachos hinc: strimon autez ⁊ nestus ⁊ ebrus omnes tres exi stentes ex scombro. Multi autem fluxus ⁊ ex rodo pe sunt: similiter autem ⁊ alios fluuios inueniet qs vtiqz fluentes. Sed testimonij gratia hos dixim⁹ quoniam ⁊ quicunqz eorum ipsorum fluunt ex palu dibus paludes sub montibus positos esse accidit omnes ferre antem sub locis altis expone. Quod quidem igitur non oportet putare sic fieri princi pia fluuiorum vt ex determinatis ventribus mani festum. Neqz enim vtiqz locus sufficiens esset qui terre vt est dicere: sicut neqz qui nubium sed existē tem sub montibus oportebat fluere solum: ⁊ nō hoc quidem deficeret: hoc autem fieret: sed semper ab existente accipiebatur ⁊ sub montibus esse fontes attestatur: quia ex confluere ad modicum ⁊ paula tim ex multis scaturientibus distribuit locus ⁊ fiūt sic fontes fluuiorum. Non solum autem sed ⁊ talia esse loca habentia multitudinem aque velut stagna: nihil inconueniens: sed non ad tanta vt hic accidat nihil magis q̄ siquis putet que manifesta esse fontes fluuiorum. Fere enim ex fontibus plurimi fluunt: similiter autē illa ⁊ hoc putare esse corpus aque om ne. Quod autem sunt tales fontes ⁊ voragines ter re manifestant absorpti fluuiorum: accidit autē hoc in multis locis terre: puta peloponessi plurima ta lia circa archadiam sunt. causa autem quia montuo sa existens non habet effluxus ex alueis in mare: re pleta enim loca ⁊ non habentia effluxum ipsius in ueniunt transitum in profundum cogente desuper veniente aqua: circa elladem quidez igitur parua ta lia omnino sunt facta. Sed sub caucaso stagnum qō vocant qui ibi mare: hoc enim multis fluuijs ⁊ ma gnis ingredientibus non habens effluxum manife stū: deriuat sub terra iuxta corax circa vocata pro funda ponti: hec autem sunt infinita quedam maris profunditas. Nullus enim vnq̄ qui descendit po tuit terminum inuenire: hanc autem longe a terra fere ad tercenta stadia potabilem reddunt aquam ad multum locum non indirectum: sed in tres par tes: ⁊ circa logisticam non minor rhodano absorbe tur quidem fluuius ⁊ iterum egreditur ꝑm aliuz lo cum. Rhodanus autem est fluuius transmeabilis. Non semper autem eadem loca terre: neqz aquo sa sunt: neqz arida: sed permutantur ꝑm fluuiorum generationes ⁊ defectus: propter quod ⁊ que circa aridam permutatur ⁊ mare non semper hec quidez terra: hoc autem mare perseuerant omni tempore: sed fit mare quidem vbi ante arida: vbi autem nūc mare iterum hic terra: ꝑm tamen quēdam ordinez hoc putare oportet fieri periodum: principium au tem horum ⁊ causa quia ⁊ terre que intus sicut plā tarum corporum ⁊ animalium statum habent ⁊ se nectutem: sed illis quidem non ꝑm partem hoc ac cidit pati: sed simul totum in statu esse ⁊ decremen tum pati necessarium. Terre autem hoc fit ꝑm par tem propter frigus ⁊ caliditatem: hec quidem igi tur crescunt ⁊ minuuntur propter solem ⁊ circula tionem. Propter hoc autem ⁊ virtutez partes ter re accipiunt differentem ⁊ vsqz ad tempus aquosa possunt permanere: deinde exiccantur ⁊ senescunt: item alia autem loca viuificantur ⁊ aquosa fiunt ꝑm partem. Necesse autem locis factis siccioribus fon tes exterminari: his autez accidentibus fluuios p̄ mo quidem igitur ex magnis paruos: deinde tan dem fieri siccos: fluuijs autem transmutatis ⁊ his quidem exterminatis: in alijs autem proportiona biliter factis permutari mare. Vbi quidem enīz ex crescens a fluuijs abundauit abscedens aridam fa cere: necessarium vbi autem fluxibus abundans ex siccabatur ad terram: tunc iterum hoc stagnare: sed propter quod fit omnis naturalis circa terram ge neratio per successionem: ⁊ in temporibus longis simis ad nostram vitam latent hec facta: ⁊ prius om niuz gentium interitus fiunt ⁊ corruptiones anteq̄ memoretur horum permutatio a principio in finē. Maxime autem igitur corruptiones fiunt ⁊ citissi me in prelijs: alie autem infirmitatibus: he autem

sterilitatibus: z his he quidem magne: he autez ſm modicum vt lateant talium gentium transmigrationes: propterea q; hi quidē derelinquunt regiones: hi autem permanserunt vſq; ad hoc donec vtiq; nō amplius possit alere regio multitudinem nullaz. A prima ergo desertione ad vltimam verisimile est lōga fieri tempora vt nullus memoretur: sed saluatis adhuc manentibus obliuionem factam esse propter temporis multitudinem. Eodem autē modo oportet putare z habitationes latere quando primuz facte sunt gentib⁹ singulis: deiñ ꝓmutata z facta ficca ex paludosis z aquosis: etenim hic paulatiz ex multo tempore fit additio vt non sit memoria qui primi z quando z qualiter habentibus locis venerunt velut accidit circa egyptuz. Etenim hic locus semper siccior videtur factus z tota regio fluuij attractio existens nili: propter autem paulatim exiccatis paludibus propinqua inhabitari ex temporis longitudine ablatum esse principium. Videtur igitur z ora omnia excepto vno canobico manufacta z non fluuij existentia z antiquitus egyptus thebe vocate. Insinuat autem z Homerus sic recens existens vt est dicere tales permutationes. Illius enim loci facit memoriam tanq; nonduz memphi existente aut taliter aut non tanta: hoc autem simile sic accidere. Inferiora autem loca superioribus posterius habitata sunt: paludosa enim ad amplius tempus necessarium esse propinquiora alterationi propter stagnare in vltimis semper magis: permutatur autem hoc iterum apte habet. desiccata enim loca veniunt ad bene habere: que autem prius bene temperata exiccata aliquando fiunt deteriora. Quod quidem accidit elladijs z circa argiuorum z micenecoruz regionem. Sub troicis quidem que argorum q; paludosa erat paucos poterat alere. Micena autez bene habebat propter quod honoratior erat: nunc autem contrarium propter predictam causam. Hec quidem inutilis facta est z ficca prorsus: huius autē que tunc propter stagnare inutilis nunc vtilis est facta. Sicut igitur in hoc loco accidit existente loco paruo idem oportet putare hoc accidere z circa magna loca z regiones totas. Qui quidem igitur respiciunt ad modicum causam putant talium passionū esse totius permutationem tanq; generato celo: propter quod z mare minus fieri aiunt tanq; exiccatuz quia plura loca apparent hec passa tunc q; prius. Est autem horum hoc quidem verum: hoc autem non verum: plura quidem enim sunt que prius aquosa nunc autem arida non solum: sed z contrarium. In multis enim locis considerantes inuenie⁹ superueniſſe mare. Sed huius causaz non mundi generationem putare oportet. Derisibile enim ē propter paruas z momentaneas mutatiōes mutare totum: terre autem moles z magnitudo nihil est omnino ad totum celum: sed omnium horum causam existimandum: quia fit per tempora finita velut in temporibus que ſm annum hyems sic periodo quadam magna: magna hyems z excessus imbriū: hoc autem non semper ſm eadem loca: sed quemadmodum vocatus sub deucalione cataclysmus. Eteniz hoc circa ellinicum locum fuit factus maxime z huiusmodi circa elladem antiquam: hoc autem est circa dodonem z achelouum: iste enim in locis multis rheumata permutauit: habitabant enim selli hic: z vocati tunc quidem greci nunc autem elines. Cum igitur factus esset talis excessus imbrium putare oz ad multum tempus sufficere: z sic nunc cuius quod est esse perpetuos quosdam fluuiorum: hos autem non: hi quidem aiunt causam esse magnitudinē sub terra voraginum. Nos autem magnitudinem altorum locorum z spissitudinem frigiditatem ipsoruz. Ista enim plurimam z suscipiunt aquam z operiūt z faciunt quibuscunq; autem parue suspense montium consistentie aut sonifere aut lapidose z argillose: hoc potius deficere sic putare oportet in quibus vtiq; facta fuerit talis humiditatio vt perpetue fiāt humiditates locorum magis: tempore autem hoc exiccata sunt facta magis: altera autem minora que aquosa donec veniat iterum descensus periodi eiusdem. Quoniam autem necesse totius fieri quidem quandam permutationem non tamen generationē z corruptionem siquidem maneat totum necesse: quemadmodum nos dicimus eadem loca semper humida esse mari z fluuijs z sicca. Manifestat autē quod fit: quos enim aimus antiquissimos hominuz esse egyptios: horum regio tota facta videtur exñs fluuij opus: z hoc ſm ipsam regionem aspicienti palam est: z que circa mare rubrum sufficiens argumētum. Et hoc enim regnum aliquis attentauit perfodere: non enim paruas haberet vtiq; ipsis vtilitates nauigabilis totus locus: dicitur autem primus sesostres conatus fuisse antiquorum: sed inuenit mare existēs altius terra: ꝓpter qō ille primo: z Dari⁹ posterius cessauit fodiens vt nō corrumperetur fluxus fluuij cōmixto mari. Manifestum igitur q; mare omnia vnum huic continuum esset: ꝓpter quod z que circa lybiam lammoniam regionem humiliora videntur z profundiora preter rationem inferioris regionis. Palam enim q; alteratione facta sūt stagna z arida: tempore autem facto derelicta z stagnata aq; desiccata ē iā ambulata. At vō z circa meotidem paludem acciderunt atterationes fluuiorum tm̄ vt multo minores magnitudine naues nunc innatant ad operationem q; anno. lx. quare ex hoc facile proportionabiliter accipere q; z primo sint multa stagnorum: z hoc opus est fluuiorum z tandez necesse omne fieri siccum: adhuc autez bosphorus semper quidem fluit propter atterrari: z est adhuc oculis videre quo accidit modo. Quando enim ab asia interceptionem faciebat fluxus quod posterius stagnum factum fuit paruum primo: deinde exiccatuz fuit vtiq; post hec autem alia que ab intercepto et

stagnum

stagnum ab hac: ⁊ hoc semper sic accidit: similiter autem hoc facto sepe necesse tempore procedente velut fluuium fieri: tandem autez ⁊ adhuc siccum. Manifestum igitur quoniam quando tē pus non deficit ⁊ totum eternum quod neqz tanais neqz nilus semper flurit: sed erat aliquando siccus locus vnde fluunt: opus enim habet ipsorum terminum: tempus autez non habet. similiter autem hoc ⁊ in alijs conuenit dicere. At vō siquidez ⁊ fluuij fiunt ⁊ corrumpuntur ⁊ non semper eadez loca terre aquosa ⁊ mare necesse permutari similiter. Mari autem hoc quidem deserente: hoc autem supergrediente semper manifestuz ꝙ omnis terra non semper eadem: hec quidē ipsa sunt mare: hec autem arida sed permutātur tempora omnia. Quod quidem igitur non semper eadē neqz arida sunt terre neqz natabilia sūt: ⁊ propter quā causam hoc accidit dictum est. Similiter autem ⁊ propter quid: hi quidem perpetui: hi autem non sunt fluuiorum.

¶ Capitulum quintum.

POstea autem procedit loquendo de fluminibus ⁊ mari ⁊ ventis. Sed ipse loqmur hic de his quesitis perfecte de fluminibus tñ quia ipse complebit sermonem de reliquis duobus quesitis in secundo libro. Et procedamus in hoc ſm ordinem eius: ⁊ dicamus ꝙ aque que inueniuntur in terra sunt due species vna earum sub terra: reliqe autem supra terram. Et quelibet harum specierū vel fluunt vel stant. Aque autem stantes multotiens fiunt seu sunt ex aquis pluuie quando accidit illis locis vt remaneant aque cadentes in eis propter duriciem seu compactionem corporum eorum sicut est dispositio in loco compacto ⁊ concauo repleto aquis. Et iam inuenitur hec species aquarum ſm generationem ex aere qui est infra seu intra terram cum adūnabitur per locum conuenientez huic ſm dispositionem conuenientem ei supra terram. Sed accidit talibus aquis vt non sit fluentes propter debilitatem impulsionis earum ⁊ propter planitiem loci generationis earum ⁊ impossibile est quin sit locus earum in quo generantur altior loco a quo exeunt. Et signum super hoc ꝙ iste aque. ſ. que generantur cum exeunt non exiccantur. Sed aque fluentes fiunt ſm plurimum ſm generationem continuam ⁊ productionem non cessantem. Et marime flumina magna. Et ideo accidit eis vt remancat flurus eorū multo maiori tempore q̄z sit vita hominis. Et impossibile est vt sint in terra aque in actu ex quibus fluunt ista omnia flumina ita magno tēpore: neqz ex vna hyeme ad aliam. Et marime in annis siccis. Nam illa loca essent de necessitate maiora multum q̄z illud quod videtur ex terra: vel q̄z pars terre discooperta. Et etiam si non essent loca maiora accideret terre multotiens profundatio. Nō tamen est impossibile vt sint in terra loca aduuatiua p suas magnitudines in continuitate flurus ⁊ multitudine eius ⁊ marime in tempore hyemis. Et in illo quod est propinquum hyemi. Et loca conuenientia tali generationi continue sunt montes. Et ideo erumpunt flumina magna a montibus ⁊ causa huius est nā montes habent simul multa coadiuuantia huic. ex eis est: quia in montibus magnis oīb⁹ alijs locis ē hūiditas: ⁊ frigiditas pp altitudinē eor ⁊ ppiquitatē eorum ad locum frigidum: in quo generantur pluuie. Et etiam propter grossitiez seu compactionem eorum non resolvitur humefactio seu roratio neqz humiditas que est in ipsis. Et propter frigiditatem que inuenitur in eis semper ab extra accidit ne sint in ipsis aque semper: sicut accidit in corporibus animalium in tempore frigoris: ⁊ caliditas intrinseca resoluit humiditates existentes ibidem ⁊ rorationes: ⁊ transmutat ipsas ad aerem calidū. Et ascendit ad superiora illius: ⁊ cum ascendit transmutatur aqua propter grossitudinem partis superioris ⁊ frigitatem eius sicut accidit hoc in balneis. Hoc autem fit in cauernis seu scissuris illorum montium ⁊ in locis dispositis aduenire tale accidens simile eius ꝙ fit in instrumentis factis vt descendant guttati ex eis aque per cooperimē ta eorum. Cum autem multiplicantur he aque ⁊ quedam earum expellunt quasdam erumpunt flumina. Et aliquādo he aque fluentes sunt ex aquis pluuie ⁊ sunt flumina q̄ fluunt in tempore hyemis ⁊ in tempore propinquo huic: ⁊ postea cessant. Et aliquando associantur quibusdam fluminibus due harum causarum. Et in hoc completur prim⁹ liber.

Liber secundus

CAristotelis Stragyrite ¶Metheorox liber secundus: cum Auerroys Commentarijs nuper traductis.

DE mari autem ⁊ que natura ipsius: ⁊ propter quã causam ẽ salsa tanta aque multitudo: adhuc autez de ea que a principio generatione dicamus. Antiqui quidem igitur et versantes circa theologias faciunt ipsius fontes vt ipsius sint principia ⁊ radices terre ⁊ maris. ¶Magis tragicum. n. bij ⁊ reuerentius existimauerunt forte esse quod dicitur tanꝯ magna quedam hec pars omnis existẽs: ⁊ reliquum celum totum circa hunc locum consistere: ⁊ huius gratia tanꝯ entem honoratissimum ⁊ ꝓncipium. ¶Qui autez sapientiores humana sapientia faciunt ipsius generationem: esse enim primo humidum omnem locum qui circa terram: a sole autem exiccatum: quod quid euaporauit spiritus ⁊ euersiones solis ⁊ lune aiunt facere: relictum autem mare esse: propter quod ⁊ minus fieri exiccatum putant: ⁊ tandem forte aliquando siccum totum. ¶Quidam autem ipsorum aiunt calefacta a sole terra velut sudorem fieri: propter quod salsum esse: etenim sudor salsus: quidã ãt salsedinis causam terraz esse aiunt. ¶Quemadmodum enim ⁊ quod per cinerẽ coloratur salsum fit: eodem modo ⁊ hoc salsum esse mixta ipsi tali terra. ¶Quod quidem igitur fontes maris impossibile esse per existentiam iam considerare oportet. ¶Aquarum enim que circa terram: he quidem fluxibiles existunt entes: he autem stationarie fluxibiles quidem igitur omnes fontales. ¶De fontibus autez diximus prius q̃ oportet intelligere nõ tanꝯ ex vase deriuatum esse principium fontem: ſz ad vnum semper factam ⁊ confluentem occurrere primum. Stationarium autem he quidem collecti ue ⁊ substantiue velut paludose ⁊ quecunqz stagnabiles multitudine ⁊ paucitate differentes: he autez fontane: he autem omnes manufacte: dico autez velut puteales vocate. ¶Omnium enim supius oportet fontem esse fluxus: propter quod he quidem spõtance fluunt que fontales: he autem arte indigent operante. ¶Differentie quidem igitur tot ⁊ tales aquarum sunt. his autem sic determinatis impossibile fontes esse maris. ¶In neutro enim horum generum possibile est esse ipsum: neqz enim effluxibile est: neqz manufactum: fontales autem omnes horum alterum passe sunt: spontaneam autem stationariam tantam multitudinem nullam videm⁹ fontalem factam. ¶Adhuc autem quoniam plura sunt maria adinuicem non commixta ſm nullum locuz: quorum rubrum quidem videtur ſm modicum cõmunicans ad quod extra columnas mare ircanicũ ⁊ caspium separata ab hoc ⁊ circumhabitata in circuitu vt non vtiqz laterent fontes si ſm aliquem locum ipsorum esset. ¶Fluens autem mare videtur ſz angustias sicubi propter adiacentem terram in modicum ex magno coarctatur pelago propterea q̃ libratur huc ⁊ illuc sepe: hoc in magna multitudine maris immanifestum: quia autem propter angustiã terre modicum obtinet locum: necessarium eã que in lato modicam librationem ibi appere magnam. ¶Quod autem inter eracleas columnas totum ſm terre concauitatem fluit ⁊ fluuiorum multitudinez meotis quidem enim in pontum fluit: iste autem in egeum: qui autem iam extra hoc pelagi minus faciunt hoc euidenter: illis autem ⁊ propter fluuiorum multitudinem accidit hoc. ¶Plures enim fluuij in euxinum fluunt: ⁊ meotim aut multiplicem regionem ipsius: ⁊ propter breuitatez profunditatis: semper enim ibi profundius videtur existens et mare meotide pontus: hic autem egeuz: egeo autem siculicum: sardonicum autem ⁊ thyrrenicum profundissima omnium. ¶Que autem extra columnas breuia quidem propter lutum: sine autem flatu sunt vt in concauo mari existente sicut igitur ⁊ ſm partem ex altis fluuij apparent fluentes: sic ⁊ totius terre ex altioribus que ad arctum fluxus fit plurimus: vt quidem hi propter effusionem non profundi: qui autez extra pelagi profundi magis. ¶De eo autez quodqz ad arctum sunt terre alta sunt signum quoddam: et multos persuasos esse antiquorum metheorologorum solem non fieri sub terra: sed circa terram ⁊ locum hunc: disparem autem: ⁊ facere noctem propterea q̃ alta loca sunt quo ad arctuz terre. ¶Quod quidem igitur non fontes possibile sit maris esse ⁊ propter quã causam sit videtur fluens talia ⁊ tanta nobis dicta sunt. ¶De generatione autem ipsius si factum est ⁊ de sapore que causa salsedinis ⁊ amaritudinis dicendum. ¶Causa quidem igitur que fecit pores putare mare principium esse ⁊ corpus omnis aque hec est. ¶Videbitur enim vtiqz rationabile esse quemadmodum aliorum elementorum est congregata moles ⁊ principium propter multitudinez. vnde permutatur partium ⁊ miscetur alijs. ¶Puta ignis quidem in superioribus locis: acris autẽ multitudo q̃ post ignis locum: terre autez corpus circa q̃ hec omnia posita sunt manifeste. ¶Quare palam quia ſm eandem rationem ⁊ de aqua necesse quere: tale autem nullum aliud corpus videtur posituz totum simul: sicut ⁊ aliorum elementorum preter maris magnitudinem. ¶Quod enim fluuiorum neqz totum simul: neqz stabile: sed vt factuz semper videtur quottidie ex hac itaqz dubitatione principium omnium humidorum ⁊ omnis aque putatum ẽ esse mare: propter quod ⁊ fluuios non solum in hoc sed

ex hoc

ex hoc quidã aiunt fluere:collatum enim fieri quod falsum potabile. Opponitur autem altera ad hanc opinionem dubitatio:cur quidem non est consistẽs aqua hec potabilis si quidem principium ois aque: sed salsa. Causa aũt simul ⁊ huius dubitationis solutio erit ⁊ de mari accipere ꝓpriam existimationez necessarium recte:aqua enim circa terram ordinata sicut circa hanc aeris speram ⁊ circa hanc que dicit ignis:hic.n.est horum vltimum:siue vt plurimi dicunt siue vt nos. Lato autem sole hoc modo ⁊ ꝓpter ea permutatione ⁊ generatione ⁊ corruptione existente:qõ quidem subtilissimum ⁊ dulcissimum sursum ducitur per singulos dies ⁊ fertur iterum disgregatur ⁊ vaporans in superiorem locum: ibi autẽ rursus constans ꝓpter infrigidationem deorsuz fert iterum ad terram:⁊ hoc semp vult facere natura:sicut dictum est prius. Propter qõ ⁊ deridendi oẽs quicunqz priorum existimauerunt solem cibari humido:⁊ ꝓpter hoc aunt versiones facere ipsum:nõ enim semper posse eadem loca exhiberi ipsi alimẽtum. Necessarium aũt esse hoc accidere circa ipsuz aut ipsum corrumpi:⁊ enim manifestum ignẽ quãdiu habuerit alimentum vsqz ad hoc viuere.humidum aũt igni esse alimentum solum tanq̃ pertigat vsqz ad solem qõ sursum ducitur. Humidi autem ascensus talis fit:qualis quidem facte flãme: ꝓpter qõ signũ accipientes sic ⁊ de sole putauerunt. Hoc aũt non est simile:flamma quidem enim per continuum humidum:⁊ siccum permutata fit:⁊ non aliẽ non enim eadem existens permanet nullo tempore vt est dicere:circa solem aũt impossibile hoc accidere:qm̃ alito quidem eodem modo:sicut illi dicunt palam q̃ ⁊ sol non solum sicut eraclitus ait: nou⁹ in die est:sed semper nouus continue. Adhuc autez q̃ a sole eleuatio humidi similis est calefactis ags ab igne:si igitur neqz subardens ignis alitur:neqz solẽ verisimile erat existimare:neqz si omnem calefaciẽs euaporare fecerit aquam. Incõueniens autem ⁊ solum curasse de sole:aliorum autem astrorum ipsos negligere salutem tantis ⁊ magnitudine ⁊ multitudine existentibus. Idem aũt accidit ⁊ his irrationabile ⁊ dicentibus prio humida existente terra ⁊ mũdo qui circa terram a sole calefactum aerem:aut factum esse ⁊ totum celum augmentatum:⁊ hoc spiritus exhibere ⁊ versiones ipsius facere. Manifeste enim semper sursuz ductum videmus:descendens iterum aqua ⁊ si non per vnum reddatur ⁊ per singulas regiones similiter:sed in aliquibus ordinatis temporibus redditur omne acceptũ velut neqz aliis superioribus:neqz hoc quidem manente aere iã post generationem:hoc autem facto ⁊ corrupto iterum in aquam. Potabile quidẽ igitur ⁊ dulce propter leuitatem sursum ducitur omne:salsum autem subtus manet propter grauedinem vt in eo qui conuenienti ipsius loco proprio hoc enim putandũ dubitandum esse conuenienter:irrationabile enim si non aliquis est locus aque:sicut ⁊ aliorum clementorum ⁊ hanc esse solutionem. Quem enim videmus locum occupans mare. iste non est maris:sed solum aque:videtur autem maris:quia qõ salsum quidem deorsum manet propter pondus.dulce autez ⁊ potabile sursum ducitur propter leuitatem: quẽadmodum in animalium corporibus:etenim in his alimento ingredienti dulci humidi alimenti hypostasis ⁊ superfluum:apparet eus amarum ⁊ salsum. Dulce enim ⁊ potabile ab innato caloze attractum in carnes ⁊ aliam compactionem venit partium: vt quelibet nata est. Sicut igitur ibi inconueniens si quis potabilis alimenti non putet locum esse ventrem solum:quia cito assumitur sed superfluit:qz hoc videt subsidens non vtiqz existimabit bene: similiter autem ⁊ in his. Est quidem enim sicut dicimus locus iste aque ꝓpter qõ ⁊ fluuij fluunt in ipsum oẽs ⁊ omnis que fit aqua:sique enim q̃ maxime concauum fluxus ⁊ mare talem obtinet locum:sed hoc quidem sursum fertur cito propter solem esse:hoc autẽ derelinquitur propter dictam causam. Quare autem antiquam dubitationem propter qõ quid tanta multitudo aque nusq̃ apparet: per singulos enim dies fluuijs fluentibus innumerabilibus ⁊ magnitudine immensis nihil marẽ fit amplius. Hoc quidẽ nullum incõueniens dubitare aliquos non tamẽ intuentem difficile videre. Eadem enim multitudo aque in latum diffusa ⁊ tota simul non inequali tempore exsiccatur:sed differt intantum:vt hoc quidez permaneat per totum diem: hoc autẽ quẽadmodũ si quis super mensam magnam diffuderit aque cyatum simul:perspicientibus vtiqz exterminabitur totum qõ vtiqz ⁊ circa fluuios accidit. Continue enim fluentibus simul totum semper qõ peruenit immẽsum ⁊ latum locum exsiccatur cito ⁊ latẽter. Quod autem scriptum est in phedone de fluuijs ⁊ mari impossibile est. Dicitur enim q̃ omnia quidem inuicem perforata sunt sub terra: principiuz autem omnium fit ⁊ fons aquarum vocatur tartarus circa medium aque quedam multitudo ex quo ⁊ fluẽtia ⁊ nõ fluentia prodeunt omnia. Circunfluentiam autem facere ad singula rheumatum propterea q̃ moueatur semper quod primum ⁊ principium:non haberet enim sedem sed semper circa medium volui. Motum autem sursum ⁊ deorsum facere effusionem rheumatibus: hoc autem in multis quidem locis stagnari:quale ⁊ quod apud nos esse mare.

Omnia autem iterum circulo circunduci ad principium : vnde inceperunt fluere : multa quidem ſm eundem locum : quedam autem

ꝛ e regione positioni effluxus: puta si fluere incepe-
runt desubtus desuper ingredi: esse autem vsq; ad
medium descensum. Decetero enim ad sursum iã
omnibus esse lationem. Sapores autem ꝛ colo-
res habere aquã per qualem vtiq; contigerit fluẽs
terram. Accidit ergo fluuios nõ ad eundem semp
locum ſm rõnem banc: qm̃ enim ad medũ influũt
a quo circũfluunt nihil magis fluũt desubtus ꝙ de
super: sed ad quodcũq; tẽderit fluctuans tartarus:
ꝙ̃uis hoc accidente fiet vtiq; qõ dicitur sursum flu
uiorum: qõ quidem impossibile. Adhuc q̃ fit aqua
ꝛ que sursum ducitur iterum vnde erit: hoc enim to
tum excludere necessarium siquidem semper salua
tur equalis. Quantum enim extra fluit iterum fluit
ad principium ꝙ̃uis omnes fluuideantur terminã
tes ad mare quicunq; non in alios. in terram autẽ
nullus: sed ꝛ si disparcant iterum prodeũt. Magni
autem fiunt fluuiorum qui longe fluunt per cõcauũ:
multorum enim suscipiũt rebumata fluuiorum de-
truncantes loco ꝛ longitudine vias: ꝓpter quod qui
dem ꝛ bistrus ꝛ Nilus maximi fluuiorum sunt eo-
rum qui in hoc mare exeunt: ꝛ de fontib⁹ alij dicũt
vnuscuiusq; fluuiorum: alias causas: qꝛ multi in eũ
dem incidunt. Hec itaq; omnia manifesta ꝙ ipos-
sibile est accidere alterq; ꝛ mari principiũ unde ha-
bente ꝙ quidem igitur aque locus est iste ꝛ non ma
ris ꝛ ꝓpter quã causam: qõ quidem potabile imma-
nifestum verũtamẽ fluens: hoc autem subsidẽs: ꝛ qꝛ
terminus magis aque ꝙ̃ principium est mare: quẽ-
admodum qõ in corporibus superfluum alimenti:
ꝛ omnis ꝛ maxime ꝙ humidi dicta sint tãta nobis.
De salsedine autem ipsius dicendum ꝛ vtrum sem
per est idẽ: aut neq; erat neq; erit sed deficiet: eteni
sic putant qdam. Hoc quidem igitur visi sunt ho-
mines confiteri qõ factum est: siquidez ꝛ omnis mũ
dus simul enim ipsius faciunt generationem: qua-
re palam ꝙ si quidem ꝓpetuum omne ꝛ de mari exi
stimandum. Putare autem minus fieri ſm multi
tudinem: sicut ait Democritus: ꝛ tandem deficere
ab esopi fabulis nihil differre videtur persuasus sic
ꝛ enim ille fabulose cõposuit ꝙ bis quidez carybdis
resorbens primo quidem montes fecit manifestos:
secũdo autem insulas: vltimo aũt sorbens aridũ fa-
ciet omnino. Illi quidem igitur cõgruebat irato ad
portbmea talem dicere fabulam: veritatem autem
querentibus minus: ꝓpter quã causaz mãsit primo:
siue ꝓpter pondus vt etiam quidam horum aiunt:
in promptu eni huiusmodi cãm videre: siue ꝛ pro-
pter aliud quid palam ꝙ ꝓpter hoc permanere ne-
cessarium ꝛ reliquo tempore ipsum: aut enim dicen
dum ipsis ꝙ neq; eleuata aqua a sole veniet iterum
aut si quidez hoc erit necessarium: aut semp: aut ꝙ̃-
diu quidez fuerit hoc remanere mare iterum sursũ
ferri illud prius oportebit qõ potabile: quare nunq̃
exsiccabitur: iterum. n. illud peruenier descendens
in ipsum qõ preascendit. Differt enim nihil semel
hoc dicere: aut sepe: siquidem igitur solez cessare fa
ciat quis allatione quid erit exsiccans: si autem per-
mutet esse circulationem semper ꝓpinquas potabi-
le: sicut diximus sursum ducet: demittet autem ite
rum recedens. Acceperunt aũt suspitionem hanc
de mari eo ꝙ multa loca apparent siccioza nunc ꝙ̃
prius: de quo cãm diximus: qꝛ ſm quedam tempo-
ra excessibus factis aque hec est passio: sed non pro-
pter totius generationem ꝛ partium: ꝛ iteruz erit cõ
trarium ꝛ cum factum fuerit iterum exsiccabitur: ꝛ
hoc sic circulariter necessarium semper ire: magis
eni sic rationabile existimare ꝙ̃ ꝓpter hoc celum to
tum permutari: sed de bis quidem plus ꝙ̃ dignum
imoratus est sermo. De salsedine autem bis qui-
dem qui semel generauerunt ꝛ totaliter ipsum ge-
nerant impossibile est falsum facere. Si. n. omnis
humidi qõ circa terram erat ꝛ eleuati a sole residuũ
factum est mare: siq; inexistit tantus sapor in multa
aqua ꝛ dulci ꝓpter immixtaz esse quãdam terram ta-
lem: nihil minus cum aduenerit iterum aqua q̃ eua
porabit: necesse equali existente ꝛ primo ꝛ multitu-
dine aut si neq; prius neq; posterius salsum ipsum
esse. Si autem ꝛ primo cõfestim erat dicẽdum: que
causa ꝛ simul ꝓpter qõ ꝛ si non ꝛ tunc sursum latum
fuerit ꝛ nunc patitur hoc. At vo ꝛ quicunq; terraz
causam ponũt salsedinis immixtam. Habere eni mul
tos sapores aiunt ipsam vt a fluuijs simul delatam
ꝓpter mixturam facere salsum: incõueniens autem
non ꝛ fluuios salsos esse: quomodo enim possibile in
magna quidem multitudine aque euidens sic face-
re mixturam terre talis. In vnoquoq; autem nõ pa
lam. n. ꝙ mare est omnis fluuialis aqua: i nullo eni
differebat nisi eo ꝙ salsum sit a fluuijs: hoc aũt nul
lus venit in locũ in quem oẽs simul fluunt. Simili-
ter aũt ꝛ verisibile: ꝛ si quis dicens sudorez terre eẽ
mare putat aliquid planum dixisse: sicut Empe-
docles ad poesim quidem. n. sic dicens sorte di-
xit sufficiẽter. Metaphora. n. est poetica: ad cogno
scendum aũt naturam nõ sufficienter. neqz enim sic
palam hoc qualiter ex dulci poculo salsus fit sudor:
vtrum ascendente quodam solum puta dulcissimo
aut cõmixto quodam sicut in his que per cinerẽ co-
lantur aquis. Videtur aũt eadem causa esse ꝛ circa
superfluum in vesica collectum. Etenim illud ama
rum ꝛ salsum fit potato eo qõ in alimẽto humido exi
stente dulci. Si itaq; quẽadmodum que per calecz
colatur aqua amara fit: ꝛ adhuc quidem simul cũ vi
na delata tali quadam virtute qualis ꝛ videtur sub-
sistens in vasis salsedo cum sudore aũt cum segrega
ta ex carnib⁹ velut abluẽte qõ tale ex corpe exeunte
humido: palã ꝙ ꝛ in mari ꝙ ex terra cõmixtũ humi
do cã salsedinis: in corpe qdem igiꝝ fit tale q̃ alimẽ
ti hypostasis ꝓpter indigestionem: in terra eniz ſm
quem modum exist dicendum. Omnino autem

quomodo

